A. Gosohorsky's Buchhandlung
(L. F. Maske)
in Breslau
Albrechtsstrasse No. 3.
Buch- und Antiquar-Handlung nebst
Lese-Bibliothek

Breslau, den 16/10 1860.

Joan. Godofr. Lud. Kosegartenii

Grammatica Arabica.

Pars prima: De formis grammaticis
(Vollständige arabische Formenlehre, 681 Seiten)
Pars secunda: De usu formarum grammaticarum
(Syntax; nur 7 Seiten gedruckt worden)

Nicht im Buchhandel !!
(gedruckt nach 1834)

(aus der Bibliothek Prof. Dr. Fritz Hommel's)

A. Gosohorsky's Buchhandlung
(L. F. Maske)
in Breslau
Albrechtsstrasse No. 3.
Buch- und Antiquar-Handlung nebst
Lese-Bibliothek.

Breslau, den 16/10 1860.

Herrn L. Bamberg in Greifswald.

Hiermit erlaube ich mir Sie mit der Anfrage zu belästigen, wo wohl die Erben des verstorbenen Professor Dr. Kosegarten ihren Wohnsitz genommen haben mögen.

Ich bedarf eines Exemplars der Grammatica arabica, [illegible] Sie [illegible] und [illegible] es irgendwo erfragen.

Zu Gegendiensten bereit

mit hochachtungsvoller Ergebenheit

A. Gosohorsky's Buchh.

[illegible]

[illegible] 31/12. 60

[illegible]
[illegible] Bamberg

Inhalt
von Kosegarten's Grammatica Arabica
S. 1–688

Pars prima: De formis grammaticis (Formenlehre) S. 1–681

Liber I. De Arabum linguae ac scripturae origine et progressu S. 1–29
Caput 1. De lingua Arabica S. 1–17 (§ 1–16)
" 2. De scriptura Arabica S. 18–29 (§ 17–27)

Liber II. De litterarum signis ac pronuntiatione S. 30–91
Cap. 1 De consonantium figuris ac pron. S. 30–45 (§ 28–70)
" 2. De consonantium partitione S. 45–49 (§ 71–83)
" 3 De vocalium figuris ac pron. S. 49–63 (§ 84–132)
" 4. De pronuntiationis signis S. 63–85 (§ 133–180)
" 5. De siglis, numerorum signis, distinctionibusque S. 85–91 (§ 181–191)

Liber III. De syllabarum conformatione S. 92–161
Cap. 1. De generalibus syllabarum legibus S. 92 (§ 192–207) –100
" 2. De syllabis propter consonantes infirmas mutatis S. 100–112 (§ 208–220)
" 2. De syllabis propter consonantes infirmas mutatis S. 112–121 (§ 221–242)
" 3. De syllabis propter Elifam mutatis S. 121–137 (§ 243–273)
" 4. " " " Wâwam " " S. 137–153 (§ 274–305)
" 5. " " " Jâ'am " " S. 153–160 (§ 306–330)
" 6. " " pausantibus S. 160–161 (§ 331–334)
" 7 De accentu syllabarum S. 162–182 (§ 335–367)

Liber IV. De vocabulorum ortu
Liber V. De conformatione ac flexione verborum S. 183–300 (§ 368–620)
Liber VI. " " " " nominum S. 301–439 (§§ 621–1006)
Lib. VII. De conf. ac flexione pronominum S. 440–491 (§§ 1007–1123)

Lib. VIII De particulis S. 492– (§ 1124–)
Cap. 1. De variis particularum generibus S. 492–495 (§ 1124–1127)
" 2. De praepositionibus S. 495–532 (§ 1128–1173)
" 3. De adverbiis S. 533–584 (§ 1174–1254)
" 4. De conjunctionibus S. 584–655 (§ 1255–1410)
" 5. De interjectionibus S. 655–681 (§ 1411–1442)

Pars secunda: De usu formarum grammaticarum (Syntax)
nur § 1443–1455 De usu praeteriti (Anfang) vorhanden S. 682–688 (7 Seiten)

Pars prima.
De formis grammaticis.

Liber primus.
De Arabum linguae ac scripturae origine et progressu.

Caput primum.
De lingua arabica.

1. Sermo arabicus, quum ubertate, tum virili robore, ac dicendi splendore conspicuus, quum ex iis, quae semiticae nuncupari solent, orientis linguis sit, cum Hebraeorum, Aramaeorum, Aethiopumque linguis propinqua cognatione coniunctus est. Sed hebraeus sermo priscam quandam simplicitatem retinuit; arabicus vero, pluribus post hebraeum saeculis egregie excultus, non modo politiorem speciem induit, verum etiam doctorum hominum scriptis fere innumeris ita locupletatus atque amplificatus est, ut ad quodcunque artium et scientiarum genus enarrandum aptus factus sit. Aramaeus sermo, si formarum grammaticarum rationem spectamus, inter hebraeum et arabicum quasi medius interpositus esse videtur; aethiopicus ad arabicum propius accedit.

2. Arabum, et potissimum septentrionalium, terrae gentisque nomen עֲרָב اَلْعَرَبُ iam a scriptoribus hebraeis, id est Jesaia circa a. 720. a. Ch. atque Jeremia circa a. 620. a. Ch. litteris consignatum legimus; quod nomen proprie idem fortasse significavit, quod עֲרָבָה i. e. vasta, vastorum incolas. Illo tempore vero qualis Arabum sermo fuerit, nonnisi coniectura quodammodo assequi possumus. Simillimum hebraeo arabicum sermonem iam tunc fuisse, coniici posse videtur. Nam permulta vocabula hebraea, quae ex primordiis utriusque linguae sunt, atque in consuetudine quotidiana versabantur, ut אָב pater, אָח frater, יָד manus, עַיִן oculus, אֹזֶן auris, בַּר campus, בְּאֵר

puteus, גָּמָל camelus, פָּרָשׁ equus, תָּמָר palma, אָכַל comedit, אָחַז cepit, prorsus non mutata arabicus sermo quoque exhibet: أَبٌ أَخٌ يَدٌ عَيْنٌ أُذُنٌ بِيرٌ بِرٌّ جَمَلٌ فَرَسٌ تَمْرٌ أَكَلَ أَخَذَ. Huiusmodi vocabula, quum quasi fundamenta cuiuscunque linguae sint, non posteriori demum tempore in arabicum sermonem introducta, sed potius ab antiquissimo tempore Arabibus aeque usitata fuisse atque Hebraeis, sane verisimile fit. Praeterea alias in Hebraeorum libris linguae arabicae antiquissimae reliquias deprehendimus, locorum potissimum nomina, hominumque, quorum nonnulla etiam posteriores Arabes retinuerunt, ut שְׁבָא سَبَأ Sabaei; חֲצַרְמָוֶת حَضْرَمَوْتُ Hadramautia; תֵּימָא تَيْمَاءُ Temâa, i. e. desertum; אוּזָל أَزَالُ Usalia, urbs quaedam iemenica; דּוּמָה دُومَةُ Duma, urbs quaedam idumaea; קֵדָר قَيْدَرُ Cedareni; הַגְרִים هَجَرٌ Hagareni; גֶּתֶם جُعْثُمَةُ Gathamus, i. e. macer, nomen principis arabis. Quibus vocabulis ea fortasse adiicienda sunt, quae res significant arabico solo natas, vel inde exportatas, ut מֹר myrrha, לֹט ledum, קְצִיעָה cassia, i. e. cortex delibrata. Denique nonnulla vocabula apud Hebraeos reperiuntur, quae arabica, atque cum articulo arabico أَلْ coniuncta esse putantur, ut אַלְמוֹדָד Almodadus, nomen principis arabis; אֶלְגָּבִישׁ grando, quod fortasse cognatum est arabico أَلْجِبْسُ gelatum, gypsum.

3. Atque etiam Graecorum ac Romanorum libri sermonis arabici antiqui reliquias passim proferunt. Ab Herodoto circa a. 440. a. Ch. expresse commemorantur *ἀραβία* Arabia, *κασίη* cassia, *λάδανον* ledum, *σμύρνα* myrrha, arabicorum aromatum nomina, arabicus deus *οὐροτάλτ*, quem Dionysum Herodotus appellat, ac dea *ἀλιλάτ*, quae Urania esse ab Herodoto traditur, atque eadem fortasse est, quam Arabum libri nuncupant أَللَّاتُ. Eratosthenes circa a. 240. a. Ch. urbis iemenicae mentionem fecit, quae *μαριάβα* مَأْرِبُ nuncupabatur. Maccabaeorum libro secundo circa a. 172. a. Ch. *ἀρέτας* أَلْحَارِثُ, princeps arabs, Jasonem sacerdotem iudaeum accusasse dicitur. Diodori, qui Christo aequalis fuit, scriptis gentes arabicae nominatim memorantur satis multae, *ναβαταῖοι* أَلنَّبَطُ, *θαμουδηνοί* ثَمُودُ, *σαβαῖοι* سَبَأ, aliaeque; atque Strabonis, qui eodem fere tempore vixit, libro *χατραμοτεῖται* أَلْحَضْرَمِيُّونَ, *ὀβεῖδας* عُبَيْدَةُ, *ἀρέτας* أَلْحَارِثُ, reges arabes; quorum nomina ad regulas linguae arabicae plane iam conformata

deprehendimus. Flavius Josephus, contra Apion. lib. 2. cap. 9. hominis Idumaei mentionem fecit, cui nomen erat Zabido, ζαβίδος زبيد. Plinius Secundus circa a. 100. p. Ch. naturalis historiae libro 6. cap. 28. locorum ac populorum Arabiae permultorum nomina consignavit; ex quibus sunt Homeritae حمير, Saraceni الشرقيون, i. e. orientales. Significationes quoque nonnullorum nominum exposuit Plinius; Riphearma hordeum significare dicit; Cauraranos, ditissimos armento; Mariabam, dominos omnium; Emischabales, camelorum oppidum. Quorum quidem vocabulorum etyma e posteriorum Arabum sermone protrahere, res haud facilis esse videtur. Mariaba مارب fortasse cognatum est verbo آرب victor fuit, vel رب magnus fuit; Emischabales vero verbis حمى الجمل septum camelorum, vel ام الجمل mater camelorum. Vocem جمل enim in hoc nomen insertum esse, satis certum existimo; nam Graeci et Romani, qui arabica nomina litteris consignarunt, saepius b cum m; atque m cum b commutarunt.

4. Simul ut ad prima post Christum saecula descendimus, in scriptis Graecorum Byzantinorum, atque antiquis Arabum narrationibus frequentissima ea Arabum nomina comparent, quae ad ingenium linguae prorsus accommodata sunt, atque propterea etiam posterioribus Arabibus usitata fuerunt; ex quo coniici potest, ea tunc specie arabicum sermonem indutum fuisse, quam primorum Moslemorum tempore obtinuit. Lapis prope Palmyram repertus est, cui ao. 114. p. Ch. praeter alia haec inscripta sunt: ἐπὶ ἀργυροταμιῶν ζεβείδου καὶ μοαμέδου, i. e. quaestoribus Zebido et Mohammede, زبيد ومحمد; Letronne analyse critique du recueil d'inscriptions grecques et latines de M. le comte de Vidua; pag. 18. Palmyrae circa a. 270. p. Ch. vixerunt Odenatus اذينة i. e. auricula; Zenobia زينب i. e. nitida; Zaba زباء i. e. comata. Primis post Christum saeculis floruerunt respublicae Arabum Jemenensium, Hedschâsensium, Hirensium, Gassanidarum; a quibus quae gesta sunt, historici arabes ac byzantini memoriae prodiderunt. Ex clarissimis autem earum rerum publicarum viris fuerunt Amr ben âmer moseikija, i. e. lacerator, عمرو بن عامر مزيقياء; Mâlek ben fahm ملك بن فهم; Dschafna ben amr ben thaalaba, جفنة بن عمرو بن ثعلبة; El hassan ben assad الحسن بن اسد; permultique alii, qui huiusmodi nomina ceperunt. A scriptoribus byzantinis haec Arabum nomina interdum negligentius scripta traduntur. Sozomenus lib. 6. cap. 38. ac Theophanes circa

a. 370. p. Ch. Maviam, Saracenorum reginam, vixisse ferunt, μαυΐα σαρακηνῶν βασίλισσα, مَاوِيَّة, atque praeclara eius facta Arabes carminibus celebrasse, παρὰ δὲ σαρακηνοῖς ἐν ᾠδαῖς ἐστίν; Eichhorn de regno Gassanidarum; Fodin. Orient. tom. 6. p. 231. Malchus, in Eclogis legationum, circa a. 470. p. Ch. principem arabem exstitisse dicit, cui nomen erat ἀμόρκεσος τοῦ νοκαλίου أَمْرُو ٱلْقَيْس بْن نَوْقَل; fortasse legendum est νοφαλίου نَوْفَل; Eichhorn de regno Hirensium; Fodin. Orient. tom. 3. p. 25. Apud Theophanem circa a. 490. p. Ch. duces Arabum dicuntur νααμὰν ὁ φυλάρχης ٱلنُّعْمَن, atque ἄγαρος ὁ τοῦ ἀρέθα حُجْر بْن ٱلْحَارِث; Eichhorn de regno Hirensium, loc. cit. p. 22. Idem Theophanes circa a. 496. p. Ch. ducem Arabem vixisse tradit, cui nomen erat βαδιχαρὶμ مَعْدِى كَرِب; Eichhorn loc. cit. p. 24; atque circa a. 556. p. Ch. mentionem facit ἀβάρου τοῦ υἱοῦ ἀλαμανδάρου عَمْرو بْن ٱلْمُنْذِر; Eichhorn de regno Gassan. loc. cit. p. 235. Procopius de bell. Pers. lib. 1. cap. 19. circa a. 550. p. Ch. principem Palmyrensium fuisse dicit ἀβοχάραβον أَبُو كَرِب; Eichhorn loc. cit. p. 237.

5. Arabibus Himiarensibus, sive Jemenensibus, primis temporibus propria quaedam dialectus لُغَة حِمْيَر sive ٱللِّسَان ٱلْحِمْيَرِى usitata fuisse dicitur, quae ad hebraeam linguam propius fortasse, quam caeterorum Arabum sermo, accedebat. Himiarensem sermonem vocabulorum quum formis, tum declinationibus ac vocalibus, a caeterorum Arabum lingua discrepasse, tradit Ebn chaldûn; Sacy Anthologie gramm. p. 413. Paucae dialecti Himiarensis reliquiae passim expositae inveniuntur. El firûsâbâdi, lexici amplissimi, quod Kâmûs inscriptum est, auctor, apud Himiarenses verbum وَثَبَ significasse fert: considere; quod cum hebraico יָשַׁב convenit. Atque inde derivatum esse nomen ٱلْمُوثَبَان considens, quod regi Himiarensi datum est, qui, continuis morbis affectus, lectica ferebatur; Johannsen historia Jemenae, pag. 77. Caeteris Arabibus verbum وَثَبَ significat: insilire. Idem El firûsâbâdi, articulo قَشْمَل, Jemenenses coelum ٱلْقَشْمَلِين vocasse, tradit; atque myrtum هُدَس, quod cum hebraico הֲדַס plane convenit. El dschauhari, auctor lexici, quod Essichâch inscriptum est, vocabulum شُنْتُرَة apud Jemenenses inaurem significasse perhibet; unde rex quidam Himiarensis dictus est ذُو شَنَاتِر, praeditus inauribus; Johannsen loc. cit.

p. 87. Principem Himiarenses vocabant قَيْل, ut fert Ebn chaldûn, loc. cit. p. 413; terrae tractum مُخْلَاف. Vocabulum ٱلْعَرِم i. e. agger, himiarense, ac hebraico עָרַם, coacervari, cognatum esse, suspicatur Silvestre de Sacy; item himiarensia esse مَارِب, nomen urbis, atque ٱلْعَرَنْجَج El arandschadsch, quod nomen princeps habuisse dicitur, qui etiam Himiar ben saba vocabatur; Mémoires de littérature; tom. 48. p. 501. Atque nomina principum Himiarensium satis multa a caeterorum Arabum sermone quodammodo abhorrere videntur. Pro articulo أَلْ Himiarenses posuisse أَمْ, atque ergo eos pro ٱلضَّرْب ictus, dixisse أَمْضَرْب, tradit Ebn chaldûn, loc. cit. p. 110.

6. Sed aliarum quoque gentium arabicarum dialecti quaedam sibi propria habuisse dicuntur. Behritae بَنُوا بَهْرَاء praefixa futuri non cum vocali a, sed cum vocali i pronuntiabant; pro تَعْلَمُ scis, dicebant تِعْلَمُ; pro نَكْتَنِى cognominamur, dicebant نِكْتَنِى. Rebîitae بَنُوا رَبِيعَة pronomen feminiuum suffixum personae secundae كِ pronuntiabant شِ; itaque pro عَيْنَاكِ oculi tui, dicebant عَيْنَاشِ; Sacy Anthol. gram. p. 111. Mâsenitas بَنُوا مَازِن litteram b cum m, ac litteram m cum b commutasse, perhibet Ebn challekân, articulo Abu othmân bekr ben mohammed el mâseni. Leviores vero huiusmodi sermonis variatiônes, singulis provinciis peculiares, fere omnium populorum linguae exhibent.

7. Antiquissima Arabum carmina, quae, litteris mandata, ad nostra tempora durarunt, saeculis p. Ch. quinto et sexto composita esse videntur. Quae quidem carmina iam politiorem sermonem ostendunt, formarum grammaticarum ubertate et perspicuitate insignem illum, quem Hedschâsensem ٱللِّسَانُ ٱلْحِجَازِىُّ, sive Modarensem ٱللِّسَانُ ٱلْمُضَرِىُّ, vel a Koraischitis, gente Hedschâsensi celeberrima, Koraischensem ٱللِّسَانُ ٱلْقُرَشِىُّ, vocare solent. Qui ab illo tempore paene omnibus scriptoribus Arabibus usitatus fuit, eamque ob causam prae caeteris dialectis nomen linguae arabicae ٱللِّسَانُ ٱلْعَرَبِىُّ retinuit. Casus nominum hic apta declinatione distinguit; superlativum adiectivorum gradum propria quadam forma significat; verbo auxiliari كَانَ, fuit, adiecto, varia verborum tempora accuratius distinguit. Vocalium tenax est, neque, quotiescunque vocabulum inflectitur vel augetur, primitivas vocabuli vocales tanta levitate trudit et immutat, quantam in hac

re hebraea lingua atque aramaea ostendunt. Nominum hebraïcorum enim plurima pars, simul ut nomina in plurali, vel in statu constructo ponuntur, vel cum pronominibus suffixis coniunguntur, vocales mutat; nomina arabica vero paene omnia primas suas vocales retinent. In nonnullis formis arabica lingua ab hebraea recedit, sed cum aramaea, quae quasi recentior est, consentit. Quod eo fit, quod omnes linguae, labente tempore, ex certis legibus et quasi naturali nisu immutationum quarundam stadium sensim percurrere solent. Prisca illa Arabum carmina clarorum virorum egregia facta celebrant, ac res fortiter gestas; gloriam singularum stirpium exponunt; hominibus vilibus turpitudinem exprobrant; fortium virorum, ac generosorum, mortem plorant. Stilus est pressus, incitatus, imaginibus ac sententiis crebris, quasi luminibus, micans. Versiculi horum carminum regulis metrorum adstricti sunt. E primis poetis Arabibus Abu odseina Hirensis أَبُو أُذَيْنَةَ fuit, qui circa a. 460. p. Ch. ipsum El aswadum, regem Hirensem, carmine acri et severo hortatus est, ut captos Gassanidas necaret, ne occasio ulciscendi, quae oblata esset, praetermitteretur; cuius carminis primi versiculi hi sunt:

مَا كُلَّ يَوْمٍ يَنَالُ ٱلْمَرْءُ مَا طَلَبَا
وَمَا يُسَوِّغُهُ ٱلْمِقْدَارُ مَا وَهَبَا
وَأَحْزَمُ ٱلنَّاسِ مَنْ إِنْ فُرْصَةٌ عَرَضَتْ
لَمْ يَجْعَلِ ٱلسَّبَبَ ٱلْمَوْصُولَ مُقْتَضَبَا

Haud quocunque die consequitur homo quae quaerit,
Neque ei largitur fortuna quae ipsa tribuit;
Prudentissimus hominum is, qui, quum occasio datur,
Ansam connexam abrumpi non sinit.

Integrum carmen dedit Schultensius in monumentis vetustioribus Arabiae, pag. 57. Deinde Ajjûb ben makrûf Jemâmensis أَيُّوبُ بْنُ مَقْرُوف, qui circa a. 468. p. Ch. El hiram commigravit. Porro Adî ben rebîa عَدِيُّ بْنُ رَبِيعَةَ, cognomine Mohalhel مُهَلْهِل adpellatus, qui circa a. 520. carminum formam emendasse dicitur; frater eius erat Koleib ben rebîa كُلَيْبُ بْنُ رَبِيعَةَ, princeps fortissimus, qui adpellabatur Koleib Wâjil كُلَيْبُ وَايِل, i. e. Koleibus

Wâjilitarum; quem bello caesum, carminibus funebribus, quae مَرْثِيَة dicebantur, ploravit Mohalhel; Rasmussen additamenta ad historiam Arabum; p. 13. 14. Porro El hâreth ben abbâd ٱلْحَارِثُ بْنُ عَبَّاد circa a. 550; qui inter bellum Basûsicum carmina pronuntiavit. Multi illo tempore poetae Arabes aulas principum Hirensium ac Gassanidarum frequentabant. Inclaruerunt prae caeteris Dscherîr ben abd el messîch جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱلْمَسِيحِ, qui cognomine adpellabatur El motelammes ٱلْمُتَلَمِّس i. e. quaesitans, circa a. 560; atque Tarafa ben el abd طَرَفَةُ بْنُ ٱلْعَبْدِ, Amr ben kulthum عَمْرُو بْنُ كُلْثُوم, El hâreth ben hillesa ٱلْحَارِثُ بْنُ حِلِّزَة, qui quidem tres circa a. 570. carmina composuerunt, quae dicta sunt Moallakae ٱلْمُعَلَّقَات i. e. suspensa. Carmina enim, quae prae caeteris probabantur, litteris splendidis exarata, atque ad valvas templi Mekkani, quod El kaaba ٱلْكَعْبَة vocabatur, affixa vel suspensa fuisse dicuntur. Quotannis in nundinis Okâdensibus, quae in urbe Okâda عُكَاظ per dies viginti habebantur, poetae in certamen descendebant, novis suis carminibus, quae modo composuerant, publice recitatis. Poesin in universum adpellabant ٱلشِّعْر i. e. scientiam, carmen ad metricas leges compositum nuncupabant قَرِيض et قَصِيد, quod utrumque significat: incisum, in membra dispertitum. Atque etiam proverbia أَمْثَال acute dicta apud Arabes abundabant. Suos quaeque tribus homines habuit sapientia, eloquentia, et iuris peritia celebres ٱلْحُكَّام, atque feminas quoque sapientes ٱلْحَكِيمَات, quorum plures nominatim commemoravit El firûsâbâdi articulo حَكَم. Scripturam illo tempore Arabibus usitatam fuisse, pro certo haberi potest. Amr ben kulthum poeta, quum ad Ennoomânum ben el mondsir, regem Hirensem, versiculos mittere vellet, notarium Arabem كَاتِبًا مِنَ ٱلْعَرَب, qui illos litteris mandaret, advocavit; Amrui ben kulthum Moallaka; ed. Kosegarten, p. 7. El hâreth ben hillesa, Moallakae versiculo 67. non violanda esse dicit, quae in tabulis sint مَا فِي ٱلْمَهَارِق, id est sponsiones litteris mandatas. Mohammed, religionis moslemicae conditor, natus est ao. 571. p. Ch.

8. Aetate illa, qua adolevit Mohammed, i. e. a. 570. ad a. 600. p. Ch. ingens poetarum Arabum numerus exstitit, quorum carmina, quum breviora,

tum longiora, ad nostra tempora conservata sunt. Sermone hedschâsensi omnes illi poetae utebantur; unde factum est, ut haec prae caeteris dialectus magis magisque excoleretur atque amplificaretur. Poetarum, qui illius aetatis fuerunt, versiculi a scriptoribus Arabibus posterioribus frequentes citantur, ac tanquam emendati sermonis exempla et specimina proponuntur. E clarissimis huius aetatis poetis fuerunt Imruul kais ben hodschr, quem Amrialkaisum multi adpellant, اَمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ بْنُ حُجْرٍ, auctor Moallakae; Esschanfara ben el aus ٱلشَّنْفَرَى بْنُ ٱلْاَوْسِ, qui cursu excellebat; Ennâbega eddsobjâni زِيَادُ بْنُ مُعَوِيَةَ ٱلذُّبْيَانِيُّ ٱلنَّابِغَةُ; El ascha i. e. lusciosus مَيْمُونُ بْنُ قَيْسٍ ٱلْاَعْشَى; Taabbata scharran i. e. sub axilla gestat malum, ثَابِتُ بْنُ جَابِرٍ تَأَبَّطَ شَرًّا; El hotaia جَرْوَلُ بْنُ اَوْسٍ ٱلْحُطَيْئَةُ; Hâtem Tajjita حَاتِمُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ ٱلطَّائِيُّ, qui liberalitate insignis fuit; Hassân ben thâbet el anssâri حَسَّانُ بْنُ ثَابِتٍ ٱلْاَنْصَارِيُّ; Seid el chail زَيْدُ ٱلْخَيْلِ i. e. Seidus equorum, qui multos equos habebat, cuius nomen erat زَيْدُ بْنُ مُهَلْهِلٍ; atque trium Moallakarum auctores, Lebîd ben rebîa لَبِيدُ بْنُ رَبِيعَةَ; Antara ben scheddâd عَنْتَرَةُ بْنُ شَدَّادٍ ٱلْعَبْسِيُّ; Soheir ben abi solma زُهَيْرُ بْنُ اَبِي سُلْمَى. Cuius Soheiri filius, Kaab ben soheir كَعْبُ بْنُ زُهَيْرٍ, Mohammedem laudavit carmine celeberrimo, quod a primis suis verbis nuncupari solet بَانَتْ سُعَادُ Bânat Soâd, i. e. abiit Soâd. Poetae arabes suos recitatores رَاوِيَةٌ habebant, qui carmina ab illis composita memoriae mandasse, ac recitando divulgasse videntur. El isfahâni eo libro, qui inscriptus est Kitâb el agâni, articulo Kaab ben soheir, dicit: لِاَنَّ ٱلْحُطَيْئَةَ كَانَ رَاوِيَةَ زُهَيْرٍ i. e.: „nam El hotaia fuit recitator Soheiri"; atque articulo Hodba ben el chaschram هُدْبَةُ بْنُ ٱلْخَشْرَمِ, idem dicit: كَانَ شَاعِرًا رَاوِيَةً يَرْوِي لِلْحُطَيْئَةِ i. e.: „fuit hic poeta recitator, qui recitabat carmina El hotaiae." Atque El firûsâbâdi articulo رَبَعَ dicit: مِرْبَعٌ لَقَبُ وَعْوَعَةَ بْنِ سَعِيدٍ رَاوِيَةِ جَرِيرٍ i. e.: „Mirba est cognomen Wawaae ben saîd, recitatoris Dscherîri." Mohammed ao. 609. p. Ch. religionem moslemicam promulgare coepit, atque, Mecca relicta, ao. 622. El medînam migravit. Qui annus propterea El hedschra i. e. migratio ٱلْهِجْرَةُ dictus est. De antiquiori Arabum poesi multa exposuerunt Silvestri de Sacy: Mémoire sur l'origine et les anciens monumens de littérature parmi les

Arabes; Mémoires de littérature; tom. 50. Paris. 1808. atque Tychsenii commentatio de poeseos Arabum origine; Commentat. soc. reg. scient. Gotting. recent. vol. 3. 1816.

9. Mohammed, parentibus Koraischitis ortus, atque Mekka natus, religionis moslemicae praecepta brevibus sententiis vel versiculis exposuit, quas vocabat آيَةٌ i. e. signa, documenta; plurium versiculorum congeriem appellabat suram سُورَةٌ i. e. struem; totam praeceptorum complexionem vero Korânum اَلْقُرْآن i. e. lectionem. Sermone Hedschâsensi vel Koraischensi usus est, stilo incitato, sed abrupto et subobscuro, oratione soluta quidem, sed ad versiculorum finem verbis homoeoteleutis interspersa. Singulas sententias ac suras, a Mohammede sensim promulgatas, nonnulli eius familiares litteris consignarunt, alii memoriae mandarunt. Qui suras memoriter recitabant, vocabantur قَارِئٌ, in plurali قُرَّاءٌ, i. e. lectores. Paulo post mortem Mohammedis, quum bello Jemâmensi, ao. 11. p. H. contra Moseilemam gesto, lectores permulti periissent, Abu bekr, ne Korânus in oblivionem iret, exemplar integrum, quod suras omnes complecteretur, conscribi iussit. Quod exemplar, a Seido ben thâbet زَيْد بْن ثَابِت exaratum, adpellatum est اَلْمُصْحَف i. e. compactum, codex. Atque propterea Abu bekrum Korânum intra duas axes, codicis tegumenta, compegisse dixerunt: جَمَعَ اَلْقُرْآن بَيْنَ اَللَّوحَيْن i. e. coegit Korânum intra duas axes. Primum illud exemplar post Abu bekri mortem accepit Omar chalîfa; qui, fato functus, id reliquit filiae suae, cui nomen erat Hafsae حَفْصَة. Deinde quum circa a. 30. p. H., Othmâno chalîfa regnante, atque expeditione in Armeniam suscepta, inter Moslemos, qui expeditioni intererant, de nonnullorum Korâni versiculorum recta pronuntiatione multum disputaretur, Othmân primum illud Korâni exemplar, quod apud Hafsam adservabatur, afferri iussit. Quo allato, Seido ben thabet, aliisque nonnullis hominibus Koraischitis praecepit Othmân, ut ex eo alterum exemplar transscriberent, atque ita quidem, ut, ubicunque recta pronuntiatio ambigeretur, pronuntiationem Koraischensem novo hoc exemplari consignarent. Quod sane fecerunt illi. Itaque, quamvis ipse Seid ben thâbet pronuntiare solebat اَلتَّابُوه arca, quum Koraischitae dicerent اَلتَّابُوت, hoc quidem positum est. Alterum igitur hoc exemplar plane Koraischense factum est. E quo mox, Othmâni iussu, exemplaria

alia transscripta sunt, atque in imperii arabici provincias transmissa; quae ab iis differrent, comburi iussit chalîfa. Primum exemplar Hafsae redditum est; quod, illa mortua, Merwânus, qui El medînae praefectus erat, in ignem coniecit, ne nova lectionis varietas inde enasceretur. De quibus rebus exposuit Silvestre de Sacy, loc. cit. pag. 331—341.

10. Arabes moslemi quum ab ao. 12. p. H., ex Arabiae finibus egressi, sensim Mesopotamiam, Syriam, Aegyptum, Mauritaniam, ac Persiam occupassent, mox etiam in his terris sedes sibi delegerunt; unde factum est, ut sermo arabicus in illas regiones propagaretur. Studium Korâni recte legendi et interpretandi ad sermonis Koraischensis leges accuratius scrutandas ac disserendas homines doctos impulit. Itaque ab eo tempore in artem grammaticam summo studio incumbere coeperunt Arabes. Urbes duae, quas in australi Mesopotamiae parte tunc Arabes condiderunt, prae caeteris doctrinae arabicae quasi domicilia facta sunt, id est El basra ٱلْبَصْرَةُ, quam ao. 14. p. H. exstruxerunt, atque El kûfa ٱلْكُوفَةُ, quae ao. 17. p. H. condita, mox honorifico nomine adpellata est قُبَّةُ ٱلْإِسْلَامِ metropolis islamismi. Chalifae Omajjidae بَنُوا أُمَيَّةَ domum regiam Damasci collocarunt; deinde Abbâssidae بَنُوا ٱلْعَبَّاسِ ab ao. 145. p. H. Bagdâdi. Etiam illa aetate poetae Arabes floruerunt multi, qui carminibus perennem gloriam consequuti sunt. Et sermone, et stilo, hi antiquioribus simillimi sunt. E clarioribus fuerunt El chanssâ, i. e. cerva, sive nares resimas habens, تُمَاضِرُ بِنْتُ عَمْرٍو ٱلْخَنْسَآءُ, poetria insignis, circa a. 30. p. H; Dschemîl Udsrita جَمِيلُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ مَعْمَرٍ ٱلْعُذْرِيُّ circa a. 50. p. H. qui dictus est قَتِيلُ ٱلْهَوَى occisus amore, quoniam amore Botheinae بُثَيْنَةُ, feminae pulchrae, deperiit; El obeirid Rijâchita ٱلْأُبَيْرِدُ بْنُ ٱلْمُعَذَّرِ ٱلرِّيَاحِيُّ circa a. 60; Dscherîr Temîmita, qui satyris acerbe dictis inclaruit, أَبُو حَزْرَةَ جَرِيرُ بْنُ عَطِيَّةَ ٱلتَّمِيمِيُّ circa a. 70; El farasdak i. e. panis incoctus, هَمَّامُ بْنُ غَالِبٍ ٱلْفَرَزْدَقُ, aequalis atque aemulus Dscherîri; El achtal i. e. nugator, غِيَاثُ بْنُ غَوْثٍ ٱلْأَخْطَلُ ٱلتَّغْلَبِيُّ, qui et ipse Dscherîri aequalis fuit; Dsurromma i. e. gestans funem, غَيْلَانُ بْنُ عُقْبَةَ ذُو ٱلرُّمَّةِ circa a. 70; El achwas i. e. oculos depressos habens, عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ مُحَمَّدٍ ٱلْأَحْوَصُ, circa a. 80; Ruba ben el addschâdsch رُؤْبَةُ بْنُ ٱلْعَجَّاجِ circa a. 110. Sequuntur

iam chalifarum Abbâssidarum poetae, e quibus fuerunt: Abu dolâma send ben el dschaun أَبُو دُلَامَةَ زَنْدُ بْنُ ٱلْجَوْنِ, circa a. 140. quem primi chalifae Abbâssidae, et quidem prae caeteris El manssûr atque El mahdi, singulari favore amplexi sunt; Abu nôwâs أَبُو نُوَاس i. e. cincinnatus, qui vero nomine adpellabatur أَبُو عَلِيٍّ ٱلْحَسَنُ بْنُ هَانِئٍ ٱلْحَكَمِيُّ, atque circa a. 170. Bagdâdi in aula Harûni erraschîdi chalifae commoratus est; Aschdscha أَشْجَعُ بْنُ عَمْرٍو ٱلسُّلَمِيُّ, Abu nowâsi aequalis, qui Barmekidas carminibus celebravit; Abul atâhije أَبُو ٱلْعَتَاهِيَةِ إِسْمٰعِيلُ بْنُ ٱلْقَاسِمِ ٱلْعَيْنِيُّ circa a. 170; Abu temmâm habib ben aus Tajjita أَبُو تَمَّامٍ حَبِيبُ بْنُ أَوْسٍ ٱلطَّائِيُّ, circa a. 200. qui non modo suis carminibus, sed etiam anthologia illa inclaruit, quam, ex antiquiorum poetarum libris collectam, inscripsit El hamâssam ٱلْحَمَاسَةُ i. e. fortitudinem.

11. Primorum chalifarum Omajjidarum aetate solutam quoque orationem Arabes magis excolere coeperunt. Libros enim tunc conscripserunt, quibus grammaticam artem tractarunt, historiam sacram, id est vitam dictaque Mohammedis, exposuerunt, atque bellorum, quae tunc gerebantur, historiam consignarunt. In arte grammatica ٱلنَّحْوُ primi elaborarunt Abul aswad eddijali أَبُو ٱلْأَسْوَدِ ظَالِمُ بْنُ عَمْرٍو ٱلدِّيلِيُّ, vel ut alii scribunt: eddujili ٱلدُّئَلِيُّ, circa a. 60. Kâmûs artic. دَأَلَ; Issa ben omar Thakifita عِيسَى بْنُ عُمَرَ ٱلثَّقَفِيُّ circa a. 120. qui plus quam septuaginta libros confecisse dicitur; El chalîl ben achmed el ferâhîdi ٱلْخَلِيلُ بْنُ أَحْمَدَ ٱلْفَرَاهِيدِيُّ circa a. 150; Sibewaih سِيبَوَيْهِ عَمْرُو بْنُ عُثْمَانَ El chalîli aequalis, atque Issae ben omar discipulus; El kissâi عَلِيُّ بْنُ حَمْزَةَ ٱلْكِسَائِيُّ circa a. 160. Duae tunc grammaticorum arabum scholae maxime inclaruerunt, Basrensium atque Kûfensium, quae quidem de nonnullis rebus diverse dicebant. Summa diligentia grammatici Arabes sermonis patrii formas ac regulas usu adprobatas libris suis consignarunt, atque quae ad obscuriora Korâni dicta, et antiquiorum poetarum carmina explicanda maxime necessaria sunt, accurate exposuerunt. Unde fit, ut, quicunque litteris arabicis penitus imbui velit, grammaticorum Arabum libros legere, supersedere nequeat. Atque etiam de origine atque immutatione formarum grammaticarum sensim facta grammatici

Arabes multa subtiliter et acute disputarunt, quoad haec ex solo sermone arabico aut erui, aut saltem coniici poterant. Quae vero in hac re e plurium linguarum comparatione recte instituta discuntur, ad ea disserenda illi progredi non potuerunt; soli enim sermoni arabico operam navabant. Historiam sacram ٱلْحَدِيث consignarunt El hassan ben jessâr el basri ٱلْحَسَنُ بْنُ يَسَارٍ ٱلْبَصْرِيّ circa a. 90; ac Mohammed ben moslem essohri مُحَمَّدُ بْنُ مُسْلِمٍ ٱلزُّهْرِيّ circa a. 100. Historiam bellorum a primis Moslemis gestorum ٱلسِّيَرُ وَٱلْمَغَازِي i. e. vitas atque expeditiones, aliasque res gestas, exposuerunt Orwa ben essobeir عُرْوَةُ بْنُ ٱلزُّبَيْرِ circa a. 70; Wahb ben monebbih Jemenita وَهْبُ بْنُ مُنَبِّهٍ ٱلْيَمَنِيّ circa a. 80. qui etiam Himiarensium regum historiam scripsit; Mohammed ben ishak el mottalibi مُحَمَّدُ بْنُ إِسْحَقَ ٱلْمُطَّلِبِيّ circa a. 130; El kelbi senior أَبُو ٱلنَّضْرِ مُحَمَّدُ بْنُ ٱلسَّائِبِ ٱلْكَلْبِيّ circa a. 130. qui non modo commentarium in Korânum تَفْسِير, sed etiam genealogias أَنْسَاب composuit; El kelbi iunior, senioris filius, أَبُو ٱلْمُنْذِرِ هِشَامُ بْنُ مُحَمَّدٍ ٱلْكَلْبِيّ circa a. 170. qui libros historicos permultos confecit; Abd el malek ben heschâm el himjari عَبْدُ ٱلْمَلِكِ بْنُ هِشَامٍ ٱلْحِمْيَرِيّ circa a. 200. qui copiosam vitam Mohammedis composuit, quae inscripta est سِيرَةُ ٱلرَّسُولِ i. e. vita legati; Fraehn Ibn foszlans Berichte; praef. pag. XI—XIV.

12. Ingens scriptorum Arabum multitudo, per omnes ampli imperii moslemici provincias quasi disseminata, ab a. 200. p. H. ad a. 400. in cuiuscunque generis scientiis, philologia arabica, iure sacro, historia, philosophia, physica, mathematica, medicina, caeterisque doctrinis, summa industria elaboravit. Multos libros syriacos, graecos, persicos, in arabicum converterunt. Quae quidem studia arabicum sermonem uberi quodam novoque succo ita alebant, ut ad cuiusvis generis res exponendas indies aptior fieret. Vocabula artium propria, Graecis aliisque usitata, e linguis peregrinis in suam non receperunt Arabes, sed longe maximam partem arabice reddiderunt, aut peregrinis in arabicum conversis, aut novis vocabulis arabicis confectis, quae a primitivis verbis arabicis derivarentur. Sic tria illa principia aristotelica ὕλη εἶδος στέρησις arabice reddiderunt مَادَّة صُورَة عَدَم; ἡ λογικὴ ٱلْمَنْطِق i. e. loquela; ἡ μαθηματικὴ ٱلْعُلُومُ ٱلرِّيَاضِيَّة i. e. scientiae exercitantes; ἡ φυσικὴ عِلْمُ ٱلطَّبِيعِيَّات i. e. scientia naturalium; solutionem

aequationum arithmeticarum ٱلْجَبْرِ وَٱلْمُقَابَلَة i. e. completio ac comparatio, Algebra; radix arithmetica ٱلْجَذْر; quadratura circuli تَرْبِيعُ ٱلدَّائِرَة vel تَرَبُّعُ ٱلدَّائِرَة; atque eodem modo innumera alia. Ex illius aetatis poetis nonnisi pauci hoc loco commemorari possunt. Fuerunt ex iis: El bochtori Tajjita أَبُو عُبَادَةَ ٱلْوَلِيدُ بْنُ عُبَيْدٍ ٱلْبُحْتُرِيُّ ٱلطَّائِيُّ circa a. 230. qui El motewekkelum chalifam, atque Halebi principes, carminibus celebravit; El motenebbi أَبُو ٱلطَّيِّبِ أَحْمَدُ بْنُ ٱلْحُسَيْنِ ٱلْجُعْفِيُّ ٱلْمُتَنَبِّي circa a. 320. qui prophetae partes agere voluit; Abul alâ el maarri أَبُو ٱلْعَلَاءِ أَحْمَدُ بْنُ سُلَيْمٰنَ ٱلْمَعَرِّيُّ ٱلتَّنُوخِيُّ circa a. 380. qui caecitate adfectus erat. Hi poetae ab antiquiorum simplicitate ac robore aliquantum recesserunt; stilo usi sunt artificiosius exornato, imaginibus longius quaesitis. Atque etiam solutam orationem artificiose comtam, membris aequalibus, homoeoteleutis continuis, antithesibus acutis, festivis paronomasiis, distinctam, quam ٱلْمُسَجَّع rhythmicam adpellarunt, nonnulli scriptores hoc tempore introduxerunt. Quod prae caeteris fecerunt poeticarum narrationum, quae مَقَامَة i. e. consessus, nuncupantur, auctores, El hamadâni, qui cognomine adpellatus est بَدِيعُ ٱلزَّمَانِ Bedî esseman, i. e. miraculum saeculi, vero nomine أَبُو ٱلْفَضْلِ أَحْمَدُ بْنُ ٱلْحُسَيْنِ ٱلْهَمَدَانِيُّ circa a. 370; atque El harîri Basrensis أَبُو مُحَمَّدٍ ٱلْقَاسِمُ بْنُ عَلِيٍّ ٱلْحَرِيرِيُّ circa a. 470. Sed longe plerique, cum philologi, tum historici, atque aliarum artium cultores etiam illa aetate stilo simplici utebantur. Inter grammaticos quidem excelluerunt El ferrâ ٱلْفَرَّاء i. e. pellionarius أَبُو زَكَرِيَّاءَ يَحْيَى بْنُ زِيَادٍ ٱلْمَعْرُوفُ بِٱلْفَرَّاءِ circa a. 200; Thaaleb أَبُو ٱلْعَبَّاسِ أَحْمَدُ بْنُ يَحْيَى ٱلشَّيْبَانِيُّ ٱلْمَعْرُوفُ بِثَعْلَب circa a. 250. multique alii. Ex historicis prae caeteris memoratu digni sunt El wâkedi مُحَمَّدُ بْنُ عُمَرَ ٱلْوَاقِدِيُّ circa a. 170; Abu obeida أَبُو عُبَيْدَةَ مَعْمَرُ بْنُ ٱلْمُثَنَّى circa a. 170; El belâdsori أَبُو ٱلْعَبَّاسِ أَحْمَدُ بْنُ يَحْيَى ٱلْبَلَاذُرِيُّ circa a. 240; Ebn koteiba أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ مُحَمَّدُ بْنُ مُسْلِمِ بْنِ قُتَيْبَة circa a. 240; Ettaberi

أَبُو ٱلْحَسَنِ عَلِيٌّ circa a. 280; El masûdi أَبُو جَعْفَرٍ مُحَمَّدُ بْنُ جَرِيرٍ ٱلطَّبَرِيُّ بْنُ ٱلْحُسَيْنِ ٱلْمَسْعُودِيُّ circa a. 310.

13. Atque etiam posterioribus saeculis ab a. 400. p. H. ad a. 1000. apud arabicam gentem, quum in Orientis, tum in Africae atque Hispaniae, quas Moslemi occupaverant, provinciis, et poesis, et litterarum, studium viguit, multique suo quique saeculo scriptores Arabes inclaruerunt. Qui fere omnes sermone emendato, atque ad grammaticorum praecepta rite accommodato, libros suos composuerunt; quod videri potest e libris Kemâl eddîni كَمَالُ ٱلدِّينِ qui historiam Halebi scripsit, circa a. 650; Ennoweirii ٱلنُّوَيْرِيُّ, ingentis omnium doctrinarum summae auctoris, circa a. 700; Abulfedae أَبُو ٱلْفِدَآءِ qui historiam Moslemorum in epitomen coegit, circa a. 700; Ebn chaldûni اِبْنُ خَلْدُونَ historici ingeniosi, circa a. 800; El makrîsii ٱلْمَقْرِيزِيُّ qui multa magnaque de rebus historicis et geographicis opera edidit, circa a. 830; Essojûtii vel El usjûtii ٱلْأُسْيُوطِيُّ qui res aegyptiacas et habessinicas egregie illustravit, circa a. 900; ac sexcentorum aliorum. A vocabulis peregrinis satis immunis mansit sermo arabicus. Persica nonnulla in usum recepta sunt, maxime ad significandas res dignitatesque Persis usitatas; e quibus sunt طَيْلَسَانٌ amiculum, إِبْرِيسَمٌ pannus sericus, سِرْدَابٌ frigidarium, جِهْبِذٌ quaestor, بَازْدَارٌ falconarius; atque pauca huius generis turcica, ut بُقْجَةٌ mantica, بُيُورْدِى rescriptum principis; Sacy antholog. gramm. p. 379. Nonnullas voces introduxerunt e vocabulis arabicis ac persicis conflatas; cuius generis sunt سِلَاحْدَارٌ armiger, شَمْعَدَانٌ candelabrum. Ab *emendato sermone* vero, quo in conscribendis libris homines docti utebantur, *sermo vulgaris*, qui in quotidiana consuetudine versabatur, aliquantum differebat. Quippe rudior erat hic, neque antiquarum ac probatarum formarum tenax; quod in omnium populorum sermone vulgari fieri videmus. Arabum campestrium quidem sermo لِسَانُ ٱلْجِيلِ ٱلْبَدَوِيِّ antiquiorem colorem sermonis Modarensis aliquatenus retinuit; sed magis corruptus est sermo urbicarius ٱللِّسَانُ ٱلْحَضَرِيُّ; de qua re exponit Ebn chaldûn Sacy anthol. gramm. p. 416—418. Uterque sermo vulgaris, quum campestris, tum urbicarius, terminationes nominum, quae varios casus distin-

guebant, حَرَكَاتُ ٱلْإِعْرَابِ i. e. vocales declinationis, abiecit, vel, si eas retineret, perperam saepe adhibuit. Pro كِتَابٌ liber, كِتَابِ libri, كِتَابًا librum, terminationibus reiectis, dicebant كِتَابْ; pro nominativo بَنُونَ filii, ponebant accusativum بَنِينَ filios. Unde factum est, ut rudior hic sermo antiquissimo illi, atque hebraico quoque, qui minus excultus fuerat, passim similis fieret. Sic etiam in verborum collocatione vel syntaxi sermo vulgaris negligentior erat, atque asperior. Cuius generis maculas librarii, aut indocti, aut socordes, qui codices transcribebant, nonnunquam etiam bonis libris, stilo emendato compositis, adsperserunt; nam quae ipsi ignorabant praecepta grammatica, ea ab aliis, iisque doctioribus, observata esse, non intelligebant; Sacy gramm. tom. 2. p. 58. 59. Quae quidem scripturae perversitas maxime in eorum librorum exemplaribus deprehenditur, qui res levioris ingenii, ut fabulas milesias, ac narrationes vulgares, exponunt; e quo genere sunt liber Mille noctium et unius كِتَابُ أَلْفِ لَيْلَةٍ وَلَيْلَةٍ, ac historia regis Eddâheri bibars قِصَّةُ ٱلْمَلِكِ ٱلظَّاهِرِ بِيبَرْسَ, aliique multi. In quibus saepe scripta leguntur, qualia haec sunt: اعلم انه كان في قديم زمان سلطانا وكان عادل كريم وله بنين ثلاث فكان بنى كل واحد منهم لنفسه قصر مشيد. Quae quidem, dummodo terminationes casuum recte ponantur, ac syntaxis regulae bene observentur, ad emendatum sermonem facile revocari possunt. Sic enim constituenda sunt: أَعْلَمْ أَنَّهُ كَانَ فِي قَدِيمِ ٱلزَّمَانِ سُلْطَانٌ وَكَانَ عَادِلًا كَرِيمًا وَلَهُ بَنُونَ ثَلَاثَةٌ فَكَانَ بَنَى كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ لِنَفْسِهِ قَصْرًا مُشَيَّدًا i. e. „scito, antiquo tempore fuisse sultanum, aequitate ac liberalitate praeditum; tres filii ei erant, quorum sibi quisque castellum exstruxerat altum."

14. Qui nostris temporibus in Syria, Aegypto, Arabia ac Mauritania, aut libros, aut litteras publicas, arabice scribunt homines doctiores, sermone satis emendato, atque ad praecepta grammatica conformato utuntur; qualis sermo reperitur in Mekâmis, quas circiter triginta annis abhinc composuit Nasr alla ettarabolûssi نَصْرُ ٱللّٰهِ ٱلطَّرَابُلُوسِيُّ, scriptor arabs Tripoli syriaca natus; iisque in libris arabicis, qui his annis El kâhirae ac Bulaki conscripti, atque in publicum editi sunt. *Sermo vulgaris* recentior, quo in quotidianis collocutionibus iam utuntur, terminationes nominum ac verborum, quae

casus et personas distinguunt, magnam partem abiecit, formas nonnullas contractas, vel decurtatas, vel perperam auctas, assumsit, ac vocabula nonnulla frequenter usurpat, quae in libris raro comparent. Pro سَارَ ivit, رَأَى vidit, أَعْطَى dedit, مَآءٌ aqua, نَعَمْ ita est, قَلِيلًا parum, quae libri habent, iam dicunt رَاحَ ivit, شَافَ vidit, أَدَّى dedit, مُوَيَّه *mucjje, mujc,* aqua, أَيْوَى *eiiua,* ita est, شُوَيَّه *schuwcjje,* parum. Personis temporis futuri saepe praefigunt litteram b;، igitur pro تَنْصُرُ iuvabis, أَنْصُرُ iuvabo, dicunt بَتَنْصُرْ *bctcnssor* iuvabis, بَانْصُرْ *banssor* iuvabo. E vocabulis contractis, quibus utuntur, sunt أَيْشْ *cisch,* quid? pro أَيُّ شَيْءٍ; لَيْش *lcisch,* quam ob rem? pro لِأَيِّ شَيْءٍ; قَدَّيْش *kaddêsch,* quantum? فَيْن *fein,* ubinam? pro فِي أَيْنَ; مَا فِيش *ma fisch,* non exstat, pro مَا فِيهِ شَيْءٌ. Ad significandum pronomen possessivum Mauritani adiiciunt vocabulum مَتَاعٌ merx; igitur pro بَالَتُكَ sarcina tua, dicunt اَلْبَالَة مَتَاعَكْ *el bâlc metâak.*

15. Quicunque litteris arabicis imbui volunt, iis primi legendi mihi videntur libri stilo emendato ac simplici conscripti; quales sunt historicorum libri, Ettaberii, El masûdii, Kemâl eddîni, Ebn chaldûni, El makrîsii. Qui enim his libris continetur sermo, is quasi potior pars linguae est, usitatissimaque, quam in sexcentis libris reperire licet. Deinde legendi sunt ii libri, qui singularia quaedam dicendi genera exhibent, id est quos stilo rhythmico, artificiose exornato, composuerunt, quales sunt Mekâmae, atque Ebn arabschahi opera; atque carmina, quum recentiora, tum antiquiora, grandibus priscisque verbis condecorata, ac proverbia, stilo adstricto dicta, verborum parco; quibuscum grammaticorum ac scholiorum lectio coniungenda est. Denique volvendus est Korânus, qui sermone obsoleto et subobscuro compositus est, quem praeter eum nullus fere liber ostendit; singulos vero locos, e Korâno depromtos, vocesque Korâno usitatas, caeteri scriptores arabes suae orationi frequentes, quasi fulgentes gemmas, interserunt. Neque commentariorum, qui in Korânum compositi sunt, lectio praetermittenda est. Sic etiam qui latinis litteris bene erudiri volunt, primos legunt Caesarem, Livium, Ciceronem, qui usitatiorem linguae latinae partem exponunt, purae simplicisque; deinde Virgilium, Horatium, Tacitum, quorum sermo, artificiosius compositus, quasi altiorem gradum adscendit; postrema ea,

quae aut obsoleto stilo conscripta sunt, duodecim tabularum leges, aut peculiari quodam colore tincta, libros Apuleii, Tertulliani.

16. Grammaticarum, quae emendatum sermonem arabicum exponunt, a viris doctis occidentalibus compositarum notabiliores sunt: Lumsden grammar of the arabic language, selected from the works of the most eminent grammarians; vol. first; comprising the system of inflexion; Calcutta. 1813. fol. qui liber in disserendas grammaticorum arabum sententias multam operam confert; Silvestre de Sacy grammaire arabe; seconde édition, corrigée et augmentée, à laquelle on a joint un traité de la prosodie et de la métrique des Arabes; deux tomes; Paris. 1831. qui liber et ubertate, et accurata sermonis expositione caeteris omnibus praestat; Ewaldi grammatica critica linguae arabicae cum brevi metrorum doctrina; duo vol.; Lipsiae. 1831. et 33. quo opere auctor de formarum grammaticarum origine, legibusque, quae in iis constituendis observatae esse videntur, diligenter et acute disputavit.

Librorum grammaticorum, ab ipsis Arabibus compositorum, specimina nonnulla his libris edita sunt: Grammatica arabica dicta Giarumia, et libellus centum regentium; ed. Erpenius; Leidae. 1617. Baillie five books upon grammar, together with the principles of inflection in the arabic language; collected from ancient manuscripts; three vol. Calcutta. 1802—1805. Lockett Miut Amil and Shurhoo Miut Amil; two elementary treatises on arabic syntax with a translation and annotations; Calcutta. 1814; Silvestre de Sacy Anthologie grammaticale arabe, ou morceaux choisis de divers grammairiens et scholiastes arabes; avec une traduction française et des notes; Paris. 1829; Silvestre de Sacy Alfiyya ou la quintessence de la grammaire arabe, (ouvrage de Djemâl eddîn mohammed, connu sous le nom d'Ebn malek; publié en original avec un commentaire; Londres. 1834.

Vulgaris sermonis recentioris principia exponunt: Dombay grammatica linguae mauro-arabicae; Viennae. 1800; Herbin developpement des principes de la langue arabe moderne; Paris. 1803; Savary grammaire de la langue arabe vulgaire et littérale; Paris. 1813; Caussin de Perceval grammaire arabe vulgaire des dialectes d'Orient et de Barbarie; Paris. 1834. Sermonem Melitensem exposuerunt: Agius de Soldanis della lingua punica (arabica), presentamente usata da Maltesi; Roma. 1750; Vassalli Ktŷb yl Klŷm mâlti 'mfysser byl-latîn u byt-taljân sive liber dictionum melitensium; id est lexicon melitense-latino-italum; Romae. 1796; Gesenius Versuch über die Maltesische Sprache; Leipzig. 1810.

Caput secundum.

De scriptura arabica.

1. Scriptura Himjarensis.

17. Plura scripturae genera procedente tempore apud Arabes in usum venerunt. Antiquissima eorum scriptura fuisse dicitur *Himjarensis* اَلْقَلَمُ اَلْحِمْيَرِيُّ calamus himjarensis, sive اَلْخَطُّ اَلْحِمْيَرِيُّ, quae Arabum Jemenensium propria fuit. Quam etiam nomine El mosnad اَلْمُسْنَدُ adpellant; quod vocabulum alias plerumque rem fultam, statuminatam, alteri innixam, significat. Quales vero himjarensis scripturae litterarum figurae fuerint, ignoratur. Nonnulli homines docti, quum Aethiopes cum Himjarensibus commercium haberent, aethiopicis litteris himjarenses similes fuisse, coniecerunt. Atque aliquot scriptores arabes perhibent, scripturam himjarensem, pariter atque aethiopicam, posuisse litteras inter se coniunctas مُتَّصِلَةً; unde Sacyus suspicatus est, consonantibus himjarensibus vocales infixas et affixas fuisse, quemadmodum in scriptura aethiopica, quam Geezicam nuncupant, vocales cum consonantibus singulari quadam ratione coniunctas videmus. Sed fortasse in illis codicibus scribentis lapsu positum est مُتَّصِلَةً coniunctae, pro مُنْفَصِلَةً disiunctae. Nam litterae aethiopicae potius pro disiunctis haberi possunt, atque Ebn chaldûn himjarenses litteras fuisse مُنْفَصِلَةً i. e. disiunctas, tradit; atque El makrîsi مُقَطَّعَةً abscissas; Sacy Mémoires de littérature; tom. 50. p. 256—261; Chrestom. arab. tom. 2. p. 311. Sunt porro scriptores arabes, qui dicant, a Jemenensibus scripturam himjarensem sensim ad Hirenses ac Hedschâsenses propagatam esse; de qua re nihil certi statui posse videtur. Seetzenius in nonnullis El jemenae oppidis, Dofara, Mankata, antiquas inscriptiones repperit, marmoribus incisas, ignotis litteris exaratas; quarum plures Fodinarum orientis tomo secundo repraesentatae sunt. Unam in tabula nostra prima, huic libro adnexa, adcurate redditam vides. Litterae disiunctae esse videntur. Quae inscriptiones utrum scripturam himjarensem, an aliam quandam, ostendant, adhuc in medio reliquerunt.

2. Scriptura Hedschâsensis.

18. Scriptura *Hedschâsensis* sive *Neschica antiqua*, qua aetate Mohammedis Arabes Hedschâsenses utebantur, quamque postea scripturam neschicam

اَلْخَطّ اَلنَّسْخِيّ i. q. librariam nuncuparunt, quoniam ea libri exarabantur, a scriptura syriaca originem habuit. Primi Arabes septentrionales a Syris, quibuscum variarum rerum commercium iis fuit, litteras accepisse videntur. Arabiae petraeae quaedam pars, imperatore Traiano, circa a. 110. p. Ch. in formam provinciae romanae redacta est; quo facto, Bostram, quae primaria huius regionis urbs erat, coloniam Traianam adpellarunt. Titulus quidam latinus Romae repertus est, imperatore Hadriano circa a. 120. p. Ch. exaratus, qui praeter alia haec verba ostendit: *marcus ulpius castoras librarius arabicus*; e quibus coniici potest, iam tunc scripturam quandam arabicam in usu fuisse; Sacy Mémoires de littérature; tom. 50. p. 317. Palmyreni, inter quos et Arabes vetus usus intercedebat, antiqua scriptura syriaca utebantur; quam igitur ab iis ad Arabes septentrionales translatam esse, verisimile videri potest. Bostrae mox ecclesia christiana fundata est, quae aetate Origenis circa a. 240. p. Ch. Beryllum episcopum habuit. Deinde ad eos Arabes, qui meridionalem Mesopotamiae partem incolebant, atque El hîrae et El anbârae sedes fixerant, Ebâditas اَلْعِبَاد, Ejâditas إِيَاد, Taglebitas تَغْلِب, Tajjitas طَيّء, religio christiana propagata est. Apud El hîram circa a. 400. p. Ch. Ebedjesu, sacerdos syrus, coenobium christianum condidisse dicitur; Assemani bibl. orient. tom. 2. dissertat. de Monophys. ad vocem Hirta; ac p. 400. Neque multo post El hîrae ecclesia christiana fundata est, quae circa a. 550. p. Ch. Theodorum episcopum habuit. Episcopus Anbârensis a. 540. p. Ch. fuit Narses; Assemani bibl. orient. tom. 3. part. 2. p. 718. Itaque per christianos syros scripturam syriacam, qualis tunc in usu esset, ad Anbârenses quoque, ac Hirenses, propagatam esse, admodum probabile est. Quod factum esse, etiam scriptores arabes perhibent. Arabes enim aliquot Tajjitae, Morâmer ben morra مُرَامِر بْن مُرَّة, atque Aslam ben sidra أَسْلَم بْن سِدْرَة, sive Aslam ben dschodra أَسْلَم بْن جِدْرَة, sive Aslam ben chodra أَسْلَم بْن خِدْرَة, qui circa a. 540. p. Ch. El anbârae consederant, scripturam arabicam excoluisse, aliosque eam docuisse dicuntur. Ipsum nomen Morâmer proprie syriacum esse: Mor amer ܡܪܝ ܐܡܪ i. e. dominus Amer, nonnulli viri docti existimarunt. Anbârenses Châledo ben el walîd, de scriptura eorum quaerenti, se ab Ejâditis scripturam accepisse responderunt, id est Arabibus Irâkensibus, gente illustri, cui fuissent اَللَّوْح وَٱلْقَلَم tabula et calamus; Taberistanensis annales; vol. sec. pag. 60. Ex El anbâra paulo post, id est circa a. 560. p. Ch. Bischr ben abd el malek Ebâdita بِشْر بْن عَبْد ٱلْمَلِك

ٱلْعِبَادِيّ scripturam arabicam ad Hedschâsenses, et primos quidem Mekkenses, transtulisse perhibetur. Itaque ab eo tempore scriptura illa etiam Hedschâsensis facta est. In genera duo apud Hedschâsenses abiit, Mekkense et Medinense; sed nonnisi levis diversitas inter ea intercessisse videtur; Sacy histoire de l'écriture parmi les Arabes; mémoires de littérature; tom. 50. pag. 249—317. Scriptura haec Hedschâsensis litteras illas viginti duas habuit, quae illo tempore apud Syros in usu erant; e quibus Alef, Jod et Waw ad significandas vocales a, i, et u, longas passim adhibebantur. Nulla vero puncta vocalia adponebantur, neque puncta diacritica, quibus postea nonnullas litteras distinxerunt. Ipsa forma autem litterae Hedschâsenses tunc quum syriacis vulgaribus, maxime nestorianis, tum Neschicis recentioribus, satis similes erant. Sed Arabes multa festinante calamo scripsisse, ac propterea litterarum ductus, quantum fieri posset, contraxisse et inter se coniunxisse videntur. Unde factum est, ut aliquot litterae, quae apud Syros forma satis inter se diversae fuerant, apud Arabes sensim in unam fere et eandem formam abirent. Quod contigit litteris Beth, Jod, Nun, Taw, aliisque:

	Beth	Jod	Nun	Taw
syr.	ܒ	ܝ	ܢ	ܬ
arab.	ـٮـ	ـٮـ	ـٮـ	ـٮـ

Quae quidem res scripturae illi arabicae aliquid ambiguitatis atque obscuritatis attulit. Iam aetate Omari chalifae Arabes tabellarios misisse dicuntur, qui litteras perferrent, quosque profecturos esse, per praecones in publicum nuntiaretur, qui clamarent: مَنْ أَرَادَ أَنْ يَكْتُبَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ فَلْيَكْتُبْ فَإِنَّ بَرِيدَ ٱلْمُسْلِمِينَ خَارِجٌ i. e. quicunque vult scribere El medînam, iam scribat; nam tabellarius Moslemorum profecturus est; Ebn challekân artic. Abul kâssem el hossein ben ali.

19. Specimina scripturae Hedschâsensis antiquae nostris temporibus satis multa reperta sunt, quum nummis tesserisque, quae prima islamismi aetate confectae sunt, inscripta, tum papyris, quibus epistolae continentur, a primis Moslemis datae. Nummus graecus, qui imperatore Heraclio circa a. 630. p. Ch. sive a. 9. p. H. in Palaestina cusus est, nomen Tiberiadis, et graecis, et arabicis litteris, sic exaratum ostendit, quemadmodum in tabula nostra prima nro. 1. repraesentatum est; Castiglioni monete cufiche del museo di Milano; p. 317. Qui nummus si ante cusus est, quam Arabes

Moslemi Palaestina potiti sunt, nomen urbis arabicum ideo ei inscripserunt, quia Arabes Gassânidae, aliique, iam pridem in Syria sedes fixerant. Si postea, quam Moslemi Palaestinam occupaverunt, cusus est, typo monetali graeco fortasse Moslemi nomen urbis arabice scriptum adiecerunt. Nummus alius, qui chalifa Abd el maleko circa a. 68. p. H. Halebi cusus est, praeter alia etiam verba بِسْمِ ٱللّٰهِ عَبْدُ ٱلْمَلِكِ i. e. nomine Dei Abd el malek, ac بحلب i. e. Halebi, sic scripta exhibet, quemadmodum in tabula nostra prima nro. 2. repraesentata sunt; Castiglioni p. 46. Alius nummus Abd el maleki, qui circa idem tempus Hemssae cusus est, ostendit verba لَا اِلٰهَ اِلَّا ٱللّٰهُ وَحْدَهُ مُحَمَّدٌ رَسُولُ ٱللّٰهِ i. e. nulla divinitas exstat praeter Deum solum, Mohammed est legatus Dei, ac بحمص i. e. Hemssae; tab. prim. nro. 3; Castiglioni p. 47. Nummus Leonis Chazari, imperatoris byzantini, circa a. 160. p. H. Damasci cusus, nomen Damasci graecis litteris arabicisque scriptum exhibet, atque quoddam nomen arabicum, quod aut Châled خَالِدٌ, aut Dschâber جَابِرٌ, legendum esse videtur; tab. prim. nro. 4; Castiglioni p. 319. Alius eiusdem imperatoris nummus, qui Hemssae cusus est, nomen huius urbis graecis litteris arabicisque scriptum ostendit; tab. prim. nro. 5; Castiglioni p. 321. De quibus nummis et Fraehnius, et Sacyus, mémoires de l'institut; tom. 9. Paris. 1831. p. 84. iudicium fecerunt. Scriptura, quae in iis cernitur, ad kûficam quodammodo accedit. Tesseram quandam vitream, quae primo islamismi saeculo confecta est, reppererunt, litteris neschicis signatam; Sacy loc. cit. p. 72. Schedam papyraceam, ex Aegypto adlatam, accepit Sacyus, quae epistolam arabicam, neschicis litteris exaratam, continet, quam a. 40. p. H. Abd alla ben amr عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ عَمْرٍو, El aschath ben ennoomân ٱلْأَشْعَثُ بْنُ ٱلنُّعْمَانِ, atque El mehdi ben ennoomân, ٱلْمَهْدِيُّ بْنُ ٱلنُّعْمَانِ, ad Osâmam ben seid أُسَامَةَ بْنِ زَيْدٍ, hominem illa aetate satis celebrem, dederunt; Sacy nouveaux aperçus sur l'histoire de l'écriture chez les Arabes du Hedjaz; Journal asiatique; tom. 10. p. 209—231. Alias tres schedas papyraceas accepit Sacyus, quibus continentur syngraphi tutum iter praestantes, a. 133. p. H. sermone arabico, litteris neschicis scripti, quos aliquot Aegyptiis, qui iter ingressuri erant, dari iussit Abd el mâlek ben jesîd عَبْدُ ٱلْمَلِكِ بْنُ يَزِيدَ, qui tunc Aegypto praefectus erat; habitus

eorum hominum, quibus syngraphi dati sunt, adcurate describitur; Journal asiatique loc. cit.; Mémoires de l'institut; tom. 9. p. 80—90. Duobus syngraphis sigilla adnexa sunt, litteris kuficis signata; ex quo conficitur, litteras neschicas ac kuficas uno et eodem tempore in usu fuisse. Unius syngraphi exordium in tabula nostra secunda adcurate repraesentatum reddidimus. Cuius verba significant haec: *nomine Dei misericordis, miseratoris; hae sunt litterae a Dschâbero ben obeid, subpraefecto principis Abd el mâleki ben jesîd, qui praeest provinciae Memphitidi, datae pro Samia Felibik, qui est imberbis, corpulentus, rubicundus, naso adunco, superciliis longis, capite raso, atque pro Kalug Helia, qui est imberbis, rubicundus, superciliis longis, capite raso, qui sunt ex hominibus coenobii Abu hermis, siti in provincia Memphitide; quibus permisi, ut proficiscantur.* Nomina duorum illorum hominum fortasse sunt Samias Philippici et Kalugos Eliae; sed, quum puncta diacritica litteris non adposita sint, etiam aliter haec nomina legi possunt.

3. *Scriptura Kûfica.*

20. Ex quo El kûfae, quam a. 17. p. H. Arabes Moslemi condiderunt, studia doctrinae moslemicae efflorescere coeperunt, etiam litterarum arabicarum, id est Hedschâsensium, peculiaris quaedam conformatio apud Kûfenses in usum venit. Quod scripturae genus ab urbe nomen traxit; vocatum enim est *scriptura Kûfica* ٱلْخَطُّ ٱلْكُوفِيُّ, scriptura Kufensium خَطُّ ٱلْكُوفِيِّينَ. Litterae kûficae sunt angulatae, rigidae, crassae; caeterum vero ab Hedschâsensibus parum differunt. Ortas eas esse, artificiosa conformatione adhibita, ex litteris subtilioribus, cursim scriptis, magisque inclinatis, quales Hedschâsenses sunt, iam Koppius suspicatus est; Bilder und Schriften der Vorzeit; tom. 2. p. 301. Propter rigidos ductus praesertim titulis inscribendis aptae esse videbantur litterae kûficae. Unde factum est, ut, qui primi ab a. 76. p. H. comparuerunt, nummis Omajjidarum, typo mere moslemico signatis, inscriberentur. In tabula nostra tertia ad nr. 1. et 2. verba nonnulla repraesentata sunt, kûfice exarata, quae ex antiquis aliquot Omajjidarum nummis transscripsi; qui nummi, in Megapoli e terra effossi, iam in museo Caroli Friderici Poggii adservantur, mercatoris Gryphisvaldensis honestissimi, qui Suecorum regi a commerciis est, viri litterarum amantissimi, cuius museum nummis, quum occidentalibus, tum orientalibus, abundat. Abbassidarum nummis litterae kûficae inscriptae sunt exiliores,

graciliores, quarum aliae admodum compresse positae, aliae in longum productae sunt; quales in tabula tertia ad nr. 3. repraesentatae conspiciuntur. Antiquorum nummorum Moslemorum scripturas optime illustrarunt liber Caroli Octavii Castiglionii, qui inscriptus est: Monete cufiche del museo di Milano; 1819. multique libri Christiani Martini Fraehnii, qui inscripti sunt: Numi cufici selecti; 1823; Numi cufici musei Sprewitziani; 1825; Recensio numorum muhammedanorum academiae Petropolitanae; 1826; aliique plures, ab eodem doctissimo viro compositi. Omnium litterarum kûficarum formas ostendit tabula nostra quarta.

21. Neque modo nummorum lapidumque titulos, verum etiam Korâni exemplaria, aliosque libros primis post Mohammedem saeculis litteris kûficis exararunt. Sed hoc incommodi pariter in kûfica atque in hedschâsensi scriptura inerat, quod, quemadmodum supra demonstravimus, paragr. 18. plures litterae in eandem formam abierant. Quae molesta scripturae ambiguitas ut tolleretur, El haddschâdsch ben Jussuf Thakifita ٱلْحَجَّاجُ بْنُ يُوسُفَ ٱلثَّقَفِي, qui provinciae Irâkensi praefectus erat, circa a. 70. p. H. homini cuidam docto, Nasro ben âssem Basrensi نَصْرُ بْنُ عَاصِمٍ ٱلْبَصْرِي, hoc negotii dedisse fertur, ut in scripturam *signa diacritica* introduceret, quibus litterae illae, quae forma iam similes essent, satis dilucide distinguerentur; Sacy Mémoires; tom. 50. p. 321. Itaque Nasrum his litteris lineolas diacriticas adposuisse, hoc modo adscriptas:

Beth	Jod	Nun	Taw



Littera Gimel unam lineolam sibi subscriptam accepit, qua distinguebatur a littera Cheth; tres lineolas superscriptas accepit littera Schin, atque sic caeterae. Quae lineolae diacriticae in nonnullis Korâni exemplaribus kûficis passim litteris suis, modo atro colore, modo viridi, adpictae cernuntur; Adler descriptio codicum quorundam cuficorum; Alton. p. 29. Lindberg sur quelques médailles cufiques, et sur quelques manuscrits cufiques; Copenhag. 1830. p. 56—66. Ostendit eas specimen quoddam Korâni kûfici, in tabula nostra tertia repraesentatum, quod ex Adleri libro sumtum est; continet prima verba surae vicesimae secundae. Lineolis diacriticis his adhibitis, antiquus duo et viginti litterarum forma diversarum numerus restitutus est. In aliis exemplaribus autem lineolae diacriticae crebriores positae sunt, in

aliis rariores, in multis prorsus nullae. Postea quum lineolae diacriticae in puncta diacritica abiissent, ab Arabibus plerumque nuncupantur نُقْطَة plur. نُقَط i. e. puncta.

22. Tres vocales primarias, a, i, u, Arabes, quum in hedschâsensibus, tum in kûficis scripturis, primo nonnisi *longas* significaverant, et quidem positis litteris Alef, Jod, Waw, quemadmodum supra demonstratum est paragr. 18. Littera Alef aliquanto quidem rarius in hunc usum adhibebatur; nam tunc scribebant كتب scriptum, رحمن misericors, ثمنون octoginta, pro كتاب رحمان ثمانون. At multis tamen locis antiqua scriptura, ut hedschâsensis, ita kûfica, littera Alef vocalem a longam significavit. Quod non modo factum est in vocabulorum fine, atque in mediis vocabulis, ubi Alef quasi radicalis litterae vicem explet, ut in vocabulis لا non, الا nisi, ما quid, هذا hic, ناس homines, ساعة hora; verum etiam in mediis vocabulis, ubi mera productio vocalis significanda erat, ut in vocabulis ثمان octo, عامل praefectus, كرمان Kermânia, جابر Dschâber, خالد Châled, واسط urbs Wâsita; quae omnia sic scripta in kûficis reperiuntur. Sed ut omnia Korâni verba ab omnibus recte pronuntiarentur, etiam *breves* vocales passim significandas esse, mox intellexerunt Kûfenses. Itaque, ut ferunt, El haddschâdscho iubente, circa a. 60. p. H. Abul aswad eddijali, quem etiam Edduwali ٱلدُّؤَلِى vocant, grammaticus antiquus, de quo supra dixi paragr. 11. *signa vocalia* nova introduxit, et quidem puncta vocalia crassa, rubro colore picta; Sacy Mémoires tom. 50. pag. 325. Vocalis a significata est puncto litterae superscripto; vocalis i puncto litterae subscripto; vocalis u puncto in media linea post litteram posito; Tenwîn sive nunatio puncto gemino. Itaque sic ponebantur haec puncta:

ba bi bu bun



Quibus punctis etiam Syri primis temporibus vocales significarunt; Ewald Abhandlungen zur biblischen und orientalischen Litteratur; tom. 1. pag. 64. Arabes signa vocalia nuncuparunt شَكْل plur. أَشْكَال i. e. figuras; verba شَكَّلَ et أَعْجَمَ significant: signa vocalia adscribere. Soni vocales vocantur

حَرَكَةٌ plur. حَرَكَاتٌ i. e. motiones. Primo vero puncta vocalia nonnisi ubi maxime necessaria esse videbantur, adposita sunt.

23. Deinde etiam alia *pronuntiationis signa*, quae in nonnullis Korâni exemplaribus adpicta cernuntur, scripturae kûficae adiecerunt, *Teschdidum*, id est figuram ّ, quae duplicationem litterae indicat, atque in kûficis rubra pingebatur; *Hamsam*, quae litteram Alef consonantem esse significat, atque in kûficis nonnunquam aequa lineola viridi, ad Alef adposita, indicatur, Sacy gramm. tom. 1. tab. 3. praesertim ubi Hamsam tenuiter pronuntiare licet, Ewald gramm. ar. vol. 1. p. 381; vocalis, quae cum Hamsa pronuntianda est, puncto significatur modo flavo, modo viridi, Lindberg loc. cit. p. 56. 64; *Weslam*, quae litteram Alef, cui superscribitur, consonantem quidem esse, sed vocalem suam atque Hamsam amisisse, significat, atque in kûficis lineola aequa, rubra, ad Alef adscripta, indicatur. Tria haec signa supra litteram poni solent, si cum vocali a coniungenda sunt; infra litteram, si cum vocali i, atque ad mediam litteram, si cum vocali u coniungenda sunt. Signum *Sukûn*, sive Dschesma, quod consonantem vocali vacuam esse significat, perrarum in kûficis comparet; indicatur lineola rubra oblique posita; Lindberg loc. cit. p. 65. Signum Medda in kûficis non usurpatum esse videtur. Sensim litteram Alef, vocalis a longae signum, frequentiorem adscripserunt kûficis, et quidem colore rubro pictam; Sacy gramm. tom. 1. p. 40. Colore rubro, flavo, viridi, haec recens inventa exarabant, ut ab antiquis litteris distinguerentur. Porro lectiones ancipites, aliasque res, in exemplaribus kûficis significarunt punctis caeruleis, flavis; Lindberg loc. cit. p. 53. 57. Circa a. 150. p. H. El chalîl ben achmed el ferâhîdî, grammaticus celeber, quem supra paragr. 11. commemoravimus, punctorum vocalium loco introduxisse dicitur *lineolas vocales*, quas maxime scripturae neschicae quasi proprias tribuisse videntur, quibusque solis hoc tempore utuntur; Sacy Mémoires tom. 50. p. 326. 327. Quae lineolae vocales sic ponuntur:

ba	bi	bu	bun
بَ	بِ	بُ	بٌ

24. Saeculo post Mohammedem quarto, ac posterioribus, in lapidibus, parietibus, speculis, vestibus regiis, ac supellectile varia, scripturam kûficam artificiose *exornatam* exarare coeperunt, ita ut litterae ponerentur et apicibus variis condecoratae, et inter se implicatae. Cuius scripturae specimina

exhibuerunt atque illustrarunt Fraehnii libelli, qui inscripti sunt: Antiquitatis muhammedanae monumenta varia; part. 1. 2. Petrop. 1820. 22; ac Reinaudii liber, quem inscripsit: Monumens Musulmans; Paris. 1828. Fuerunt quidem multi viri docti, qui scripturam kûficam exornatam ab Arabibus karmaticam adpellatam esse adfirmarent. Sed male eos interpretatos esse, quae de significatione vocabuli قِرْمِطَة a Firûsâbâdensi tradita sunt, neque unquam singulare scripturae genus ab Arabibus karmaticum vocatum esse, Fraehnius eo libello satis demonstravit, qui inscriptus est: Du charactère d'écriture arabe nommé carmatique; dissertation où l'on prouve qu'il n'a jamais existé un charactère ainsi nommé; Nouveau journal asiatique; 1828. pag. 379. Numeros veteres Arabes pariter atque Hebraei ac Syri litteris significarunt.

4. *Scriptura neschica recentior.*

25. Quum scriptura kûfica propter ductus litterarum rigidos atque angulatos epistolis libellisque cursim scribendis minus apta esset, a saeculo post Mohammedem quarto scripturam hedschâsensem sive neschicam in hunc usum magis et magis adhibere, ac diligentius perpolire coeperunt. Sic *scriptura neschica recentior* exorta est, quam neschicam ٱلنَّسْخِيّ i. e. librariam, quasi codiciariam, ideo vocaverunt, quia mox libri fere omnes ea exarati sunt; nam verbum نَسَخَ significat transscribere, ac نُسْخَة exemplar sive codicem. Pronuntiandum est: nes-chicum. Scripturam neschicam circa a. 320. p. H. primi perpolisse dicuntur, litteris kûficis sensim in neschicas conversis, Abu ali mohammed ben ali ben mokla Bagdâdensis أَبُو عَلِيّ مُحَمَّد بْن عَلِيّ بْن مُقْلَة, quem vulgo Ebn moklam adpellant, consiliarius El moktaderi chalifae, atque illius frater Abu abd alla el hassan ben ali ben mokla أَبُو عَبْد ٱللّٰه ٱلْحَسَن بْن عَلِيّ بْن مُقْلَة. Maiorem deinde scripturae neschicae nitorem adiecerunt Abul hassan ali ben hilâl أَبُو ٱلْحَسَن عَلِيّ بْن هِلَال, quem vulgo Ebn el bawwâb ٱبْن ٱلْبَوَّاب i. e. filium ianitoris, adpellant, notarius celeber circa a. 400. p. H.; atque Jâkûtus maior sive Mausselensis, id est Abuddurr jâkût ben abd alla el mausseli أَبُو ٱلدُّرّ يَاقُوت بْن عَبْد ٱللّٰه ٱلْمَوْصِلِيّ circa a. 600. p. H.; Adler descriptio codicum quorundam cuficorum; pag. 14—20; Sacy Chrest. tom. 2. p. 314. 315. Scriptura

neschica recentior litterarum ductus volubiliores, faciliores, introduxit. Lineolas diacriticas, quibus nonnullas litteras kûficas eos distinxisse supra diximus paragr. 21., in puncta diacritica convertit. Tum igitur sic scripserunt:

Beth Jod Nun Taw

Iam vero etiam a litteris ت t, ح ch, د d, ص ss, ط t, ع a gutturali, sex novas, quae quasdam illorum sonorum immutationes indicarent, forma aliquantum distinxerunt, et quidem puncto diacritico uno addito, id est litteras ث th, خ kch, ذ ds, ض dh, ظ dh, غ gh. Sic accuratiorem ac subtiliorem pronuntiationem ipsa scriptura indicarunt. Additis autem novis his litteris, omnium litterarum arabicarum numerus, qui primo viginti duo fuerat, in viginti octo increvit. Punctorum vocalium loco in neschicis lineolas vocales, atro colore pictas, posuerunt, quas El chalîl excogitasse fertur, ut dictum est paragr. 23. Atque caetera quoque pronuntiationis signa, Teschdîdum, Hamsam, Weslam, Dschesmam, neschicis adscripserunt; quod vero ad eorum formam adtinet, maximam partem ea immutarunt; quorum signorum forma neschica infra exponetur. Puncta vocalia, caeteraque pronuntiationis signa, maxime Korâni exemplaribus, carminibusque, aliisque codicibus, quibus argumenta difficiliora exponuntur, adscripta sunt. Genus quoddam scripturae neschicae ornatius, singulari elegantia conspicuum, in usum induxisse traditur Jâkûtus minor sive Rûmensis, id est Abuddurr jâkût ben abd alla errûmi el mostassemi أَبُو ٱلدُّرِّ يَاقُوت بْن عَبْد ٱللّٰه ٱلرُّومِيّ ٱلْمُسْتَعْصِمِيّ circa a. 660. p. H. Quod genus ex illo homine nomen traxit; vocatum enim est Jâkûticum; Adler loc. cit. p. 20; Grammaire turque; Constantin. 1730. p. 2. *Über den arabischen Schriftcharakter mit Namen al Muhakkak Fundgr. Orients d. Ar. 4,197.*

5. *Scriptura mauritanica.*

26. Scriptura *mauritanica* خَطّ ٱلْمَغْرِب sive ٱلْخَطّ ٱلْأَنْدَلُسِيّ scriptura andalusiaca, quae apud Arabes, qui in Hispania ac Mauritania sedem fixerunt, sensim in usum venit, quaque Marokkani etiamnunc utuntur, inter kûficam ac neschicam quasi media est. Mauritani enim recentiores litterarum neschicarum ductus non omnes receperunt. Litteras Dal, Dsal, Ssad, Dhad, Kef, fere kûfico more exarant. Puncta diacritica vero, ac lineolas vocales mauritanica scriptura pariter recepit atque neschica. Sed

litterae Fâ ف punctum unum Mauritani non superscribunt, sed subscribunt; litterae Kâf ق non duo puncta, sed unum superscribunt. In exemplaribus Korâni mauritanicis lineolae vocales rubro colore pingi solent. Teschdîd indicatur signis ٭ v ʌ caeruleis; Hamsa puncto flavo; Wesla lineola rubra, cui adiicitur punctum viride, quod Hamsam illo loco depressam esse significat; Dschesma signo ° caeruleo. Praeterea in nonnullis codicibus mauritanicis Imâla sive inclinatio significatur puncto rubro; quod consonanti, quae cum inclinatione pronuntianda est, subscribitur. Quae inclinatio immutatio quaedam vocalis a est, quae hanc vocalem in e vel ie convertit; itaque nomen celeberrimae urbis mauritanice فَاسْ Fâs, inclinatione adhibita, pronuntiatur Fês. Igitur Mauritani, ubi inclinationem significare volunt, signum vocalis a sive Fatcham omittunt, punctum rubrum vero consonanti, cui Fatcha demta est, subscribunt; Sacy gramm. tom. 1. p. 41. Korâni mauritanici specimen Sacyi grammatica exhibet tom. 1. tab. 4. Vulgaris scripturae mauritanicae specimina ostendunt epistola ao. 681. p. H. ab Abu jussuf jakûb ben abd el hakk أَبُو يُوسُفْ يَعْقُوبْ بِنْ عَبْدْ ٱلْحَقّْ, rege Maroccano, ad Alfonsum decimum, Castiliae regem, data, aliaeque epistolae mauritanicae, quas Sacyus repraesentandas curavit, Mémoires de l'institut; tom. 9. De scripturae mauritanicae fatis Ebn chaldûn nonnulla exposuit; Sacy chrest. tom. 2. pag. 316. 317.

27. Apud Persas Turcasque, qui et ipsi, posteaquam Moslemi facti sunt, scripturam arabicam in usum receperunt, novae quaedam huius scripturae species enatae sunt. Scriptura *Taalik* تَعْلِيقْ i. e. suspensio, Persis usitatissima est, qui mira elegantia eam exarant; nomen haec illud ideo accepisse videtur, quia crebro in ea comparent litterae e productis lineis quasi suspensae. Scriptura *Diwâni* دِيوَانِي i. e. curiali, Turcae diplomata maxime, litterasque publicas exarant; elegans est, sed lectu paulo difficilior; litteras multas ponit aliquantum contortas, atque inter se implexas; lineae versus finem adscendunt. Scriptura *Richâni* رَيْحَانِي i. e. richânica, litteras maiusculas ac splendidas ponit; nomen ex auctore traxit. Scriptura *Ssulussi* ثُلُثِي i. e. tertiata, quae crebro tres litteras alii aliam superstructas ponit, item maiuscula est, in titulis inscriptionibusque usitata. Scriptura *Dschelli* جَلِّي i. e. splendida, in rescriptis turcicis comparet; ad curialem accedit, sed

splendidior est. Scriptura *Rikâi* رقاعى i. e. libellaris, libellis turcicis, litterisque supplicibus, destinata est; nomen derivatum est a vocabulo رقاع i. e. litterae supplices; Hammer histor. imper. osman. tom. 7. p. 296. Scriptura *Kirma* قرمه i. e. fractum, est inconcinna, minuta, subitaria, punctis diacriticis carens; qua Turcae in codicibus accepti et expensi utuntur; nomen a verbo turcico قرمق frangere, derivatum est. Atque Persae quoque scripturae genus quoddam negligenter exaratae habent, quod *Schikeste* شكسته i. e. fractum, nuncupant. Scriptura *Sijâke* سياقه i. e. acceleratio, negligens est, raptim exarata; quam ad computationes consignandas Turcae adhibent. Quorum scripturae generum specimina ostendunt Niebuhrii descriptio Arabiae, tab. 13. Grammaire Turque; Constantinop. 1730. p. 2. Muradgea d'Ohsson tableau de l'empire Ottoman; vol. 1. Quam vero D'Ohssonius Dscheri vocat, ea esse videtur, quam Dschelli vocari supra demonstravi; fortasse Dscheri nonnisi per mendum positum est.

Liber secundus.

De litterarum signis ac pronuntiatione.

Caput primum.

De consonantium figuris ac pronuntiatione.

28. Secundo hoc libro simplices linguae arabicae soni exponuntur, e quibus primo syllabae, ac denique integra vocabula conflantur, quique igitur prima sermonis elementa haberi possunt. Itaque explicandae sunt figurae litterarum sive notarum, quibus soni simplices significantur; docenda est sonorum simplicium recta pronuntiatio; tradendum denique est, quomodo e sonis simplicibus syllabae componantur.

1. *Consonantium Figurae.*

29. Scripturae neschicae consonantes, quae arabicae حَرْفٌ plur. حُرُوفٌ nuncupantur, quales in codicibus, quos manu exarant, pariter atque in libris, quos typis exscribunt, iam ponuntur, partim cum consonantibus sequentibus eiusdem vocabuli, partim cum antecedentibus, partim cum utrisque connectuntur. Inde fit, ut, coniunctionis efficiendae causa, consonantium ductus nonnunquam aliquantum producantur et immutentur. Quae consonantes ad finem vocabulorum ponuntur, quum connexae, tum disiunctae, earum pleraeque finalem ductum paullum protendunt, sive infra lineam demittunt; nonnullae, ut littera Jâ, ad finem positae antiquiorem figuram quodammodo retinuerunt. Itaque distinguendae sunt consonantium figurae connexae ac disiunctae. Omnes autem figurae sic exarantur:

ordo.	nomen.	disiuncta.	connexa cum antec.	connexa utrinque.	connexa cum seq.	pronuntiatio.
1. Elif	أَلِفٌ	ا	ـا			spiritus lenis.
2. Bâ	بَآءٌ	ب	ـب	ـبـ	بـ	b.
3. Tâ	تَآءٌ	ت	ـت	ـتـ	تـ	t.
4. Thâ	ثَآءٌ	ث	ـث	ـثـ	ثـ	th anglica.
5. Dschîm	جِيمٌ	ج	ـج	ـجـ	جـ	dsch.

ordo.	nomen.	disiuncta.	connexa cum antec.	connexa utrinque.	connexa cum seq.	pronuntiatio.
6. Hâ	حَآءٌ	ح	ـح	ـحـ	حـ	ch.
7. Châ	خَآءٌ	خ	ـخ	ـخـ	خـ	kch.
8. Dâl	دَالٌ	د	ـد			d.
9. Dsâl	ذَالٌ	ذ	ـذ			ds.
10. Râ	رَآءٌ	ر	ـر			r.
11. Sâ	زَآءٌ	ز	ـز			s lenis.
12. Sîn	سِينٌ	س	ـس	ـسـ	سـ	s fortis.
13. Schîn	شِينٌ	ش	ـش	ـشـ	شـ	sch.
14. Ssâd	صَادٌ	ص	ـص	ـصـ	صـ	ss aspera.
15. Dhâd	ضَادٌ	ض	ـض	ـضـ	ضـ	dh aspera.
16. Tâ	طَآءٌ	ط	ـط	ـطـ	طـ	t aspera.
17. Dhâ	ظَآءٌ	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	dh aspera.
18. Ain	عَيْنٌ	ع	ـع	ـعـ	عـ	a gutturalis.
19. Ghain	غَيْنٌ	غ	ـغ	ـغـ	غـ	gh gutturalis.
20. Fâ	فَآءٌ	ف	ـف	ـفـ	فـ	f.
21. Kâf	قَافٌ	ق	ـق	ـقـ	قـ	k gutturalis.
22. Kef	كَافٌ	ك	ـك	ـكـ ـكـ	كـ كـ	k lenis.
23. Lâm	لَامٌ	ل	ـل	ـلـ	لـ	l.
24. Mîm	مِيمٌ	م	ـم	ـمـ	مـ	m.
25. Nûn	نُونٌ	ن	ـن	ـنـ	نـ	n.
26. Hê	هَآءٌ	ه	ـه	ـهـ	هـ	h.
27. Wâw	وَاوٌ	و	ـو			w.
28. Jâ	يَآءٌ	ى	ـى	ـيـ	يـ	j.

30. Ut exempla lectionis, quae mox proponemus, a lectoribus pronuntiari possint, figuras vocalium ac signorum pronuntiationis statim subiungimus, infra uberius explicandas. Vocales his signis indicantur:

breves.	1.	a.	2.	i.	3.	u.
longae.	1. ا...	â.	2. ي...	î.	3. و...	û.
nunatae.	1. ا...	an.	2.	in.	3.	un.
diphthongi.		1. ي...	ai.	2. و...	au.	

Vocales nunatae sunt, quae in fine vocabulorum positae litteram Nûn, sive sonum nasalem adsumunt. Signa pronuntiationis haec sunt:

1. Sukûn ..... quod consonantem, cui superscribitur, vocali vacuam esse indicat.

2. Teschdîd ..... quod consonantem, cui superscribitur, duplicandam esse indicat.

3. Hamsa ..... quae litteram Elif, cui adscribitur, consonantem esse indicat.

4. Wesla ..... quae litteram Elif, cui superscribitur, consonantem quidem esse, sed vocalem suam, atque Hamsam, amisisse indicat.

5. Medda ..... quae, ubi litterae Elif superscribitur, hanc litteram cum vocali a longa ac bene producta pronuntiandam esse indicat.

31. Ductum finalem littera Fâ ف adcurate scripta nonnisi paulum, littera Kâf ق vero multum infra lineam demittit. Litterae Jâ finali ي in nonnullis codicibus duo puncta illa subscripta sunt, quibus haec littera, ubi in medio vocabulo vel in initio comparet يـ ـيـ, distinguitur. Si vero litteris ـئ et ئـ Hamsa superscribitur, tum duo puncta illa omitti solent. Littera Hê finalis ه, quae nominum exitum femininum *ah* claudit, quotiescunque nova vocali ad finem adiecta nomen augetur, in litteram t transit; quemadmodum apud Hebraeos hoc fit. Quam ob rem apud Arabes haec littera Hê finalis, quae exitum femininum indicat, cuique fere semper aliqua vocalis finalis adiicitur, duo puncta, quibus littera Tâ distinguitur, ipsa accipit, atque ut Tâ pronuntiatur; quibus punctis adiectis sic exaratur ة. Litterae Hê finali, quae exitum femininum indicat, ideo fere semper aliqua vocalis finalis adiicitur, quoniam nomina arabica, recte declinata, omnia in vocales exeunt, aut simplices, aut nunatas. A qua regula nonnisi in poeticis vulgarique sermone recedunt.

32. Puncta diacritica, quibus litterae forma similes, ف ن ذ ز ت ث خ ج atque huius generis aliae, rite distinguendae sunt, in scripturis, quas negligenter exarant, saepenumero omittunt; quod quidem perspicuitati scripturae

officit. In nonnullis codicibus signum ˇ...., quod Muhmilam مُهْمِلَةٌ id est: auferentem punctum, Arabes vocant, litteris د , ر , س eum in finem superscriptum est, ut, hoc signo addito, litterae illae a ذ , ز , ش distinguerentur. Nonnulli notarii litteris د , ر , ص , ط , س , ع puncta subscribunt, quibus hae litterae distinguantur a ذ , ز , ض , ظ , ش , غ, quae puncta superscripta habent; Menil Antarae Moallaka; praef. pag. 30.

33. Litterae nonnullae sunt, quae, quotiescunque concurrunt, liberiori ductu adhibito, arctius ita iunguntur, ut aut inter se implicentur, aut aliis aliae superponantur. E quo genere haec sunt:

لا sive لا pro ا et ل .		ﻼ pro ا et ل .	
لجم	pro م جـ لـ .	الحم	pro ـحـ م ل ا .
يخ	pro خـ يـ .	تخ	pro ـخ تـ .
هي	pro ى ه .	الّتي	pro ى ت ل ا .
لحج	pro ـجـ ـحـ لـ .	تحج	pro ـجـ ـحـ تـ .
محج	pro ـجـ ـحـ مـ .	يحج	pro ـجـ ـحـ يـ .

Quod ad figuram لا i. e. Lâm Elif adtinet, ductus ad sinistram inclinatus litteram Lâm significat, ductus ad dextram versus vero litteram Elif. E qua ratione etiam vocales huic figurae adponendae sunt. Igitur, qui adcurate scribunt, vocabulum *lianni* sic exarant لِأَنِّ .

34. Litteris aut maiusculis, aut rubro colore pictis, librorum capitumque titulos, ac prima capitum verba Arabes consignare solent. Vocabulum ad finem lineae positum, si integrum linea non capit, codices kûfici ac mauritanici in duas partes discindunt; in neschicis extrema vocabuli pars aut primae superscribitur, aut in marginem reiicitur.

35. Nomina litterarum, quae Arabes receperunt, antiqua syriaca sive hebraica sunt, partim integra, ut Elif, Wâw, Ain, Mîm, Nûn, Schîn, partim decurtata, ut Dâl, Lâm, Bâ, Tâ, Râ, Jâ. Cognomina quoque nonnullis litteris, et figura, et nomine similibus, quales sunt ثَآءٌ تَآءٌ بَآءٌ غَيْنٌ عَيْنٌ, Arabes addiderunt, ut, ubi hae litterae nomine adpellentur, cognominibus adiectis facilius distinguerentur. Nam quum notarii socordes puncta diacritica saepe aut omittant, aut male adponant, scriptores Arabes, ut rectam vocabulorum rariorum nominumque scriptionem tradant, singulas huiusmodi vocabulorum litteras ac vocales, nominibus litterarum vocaliumque adscriptis, enumerare solent. Sic igitur litteras ubi

enumerant, quamcunque litteram puncto diacritico vel punctis distinctam vocant مُعْجَمَةٌ i. e. *puncto signatam*; litteram vero, quae punctum diacriticum non habet, vocant مُهْمَلَةٌ i. e. *puncto vacuam*. Itaque littera Ain cognominatur عَيْنٌ مُهْمَلٌ; littera Gain vero غَيْنٌ مُعْجَمٌ. Reliqua cognomina, quibus puncta indicantur, haec sunt:

ب cognominatur مُوَحَّدَةٌ uno signata.

ت cognominatur مُثَنَّاةٌ مِنْ فَوْقِهَا duobus signata supra.

ث cognominatur مُثَلَّثَةٌ tribus signata.

ي cognominatur مُثَنَّاةٌ مِنْ تَحْتِهَا duobus signata infra.

ي etiam cognominatur آخِرُ ٱلْحُرُوفِ ultima litterarum.

Quibus litterarum cognominibus adhibitis, exempli gratia nomen urbis Tunbuktu quomodo scribendum sit, sic exponunt:

تُنْبُكْتُ بِضَمِّ ٱلتَّآءِ ٱلْمُثَنَّاةِ مِنْ فَوْقِهَا وَسُكُونِ ٱلنُّونِ وَضَمِّ ٱلْبَآءِ ٱلْمُوَحَّدَةِ وَكَافٍ مُسَكَّنٍ وَتَآءٍ مُثَنَّاةٍ مِنْ فَوْقِهَا أَيْضًا مَضْمُومَةٍ

i. e.: „Tunbuktu cum Damma litterae Tâ, duobus signatae supra, Sukûno litterae Nûn, Damma litterae Bâ, uno signatae, Kef quiescente, ac Tâ, duobus signata supra, quae et ipsa dammata est."

Nomina litterarum Bâ, Tâ, Thâ, Râ, Sâ, Fâ, Jâ, homines plebeii pronuntiant Bê, Tê, Thê, Rê, Sê, Fê, Jê.

2. *Consonantium Pronuntiatio.*

36. Sermonis arabici sonus in universum acutus atque asper est; creberrimi enim in hoc sermone audiuntur soni spirantes, gutturales, sibilantes, stridentes, cum vi prolati. Pronuntiatio Arabibus usitata est accurata, subtilis ac distincta; maximeque elegantia quidem ea antecellit, qua Arabes campestres utuntur, qui ipsius Arabiae deserta incolunt, aliique homines linguae peritiores. Homines plebeii vero, Syriae atque Aegypti incolae, praesertim qui in urbibus habitant, nonnullas litteras negligentius pronuntiant; unde fit, ut, quae apud homines doctiores bene distinguuntur, ut ت ac ث, د ac ذ, apud plebeios illos confundantur; Burckhardt notes on the Bedouins and Wahâbys; p. 211. Persae Turcaeque, ubi vocabula arabica usurpant, sonos arabicos asperiores ع خ ح emolliunt;

quam ob rem pronuntiatio Arabum propria a leniori, quam Persae Turcaeque receperunt, probe distinguenda est.

37. Elif *hamsata* أَلِفٌ مَهْمُوزَةٌ, id est أ quae Hamsam sibi superscriptam habet, est littera consonans. Significat enim spiritum lenem, qui, quemadmodum apud Graecos, sic etiam apud Arabes cum quacunque vocali ac diphthongo pronuntiari potest. Graeci scribunt ἀ ἰ ὀ αἰ αὐ; Arabes أَ a, إِ i, أُ u, أَيْ ai, أَوْ au; أَصْلٌ *asslun* radix, إِبِلٌ *ibilun* cameli, أُمٌّ *ummun* mater. Qui spiritus lenis apud Arabes etiam terminare syllabam, ac geminari potest; scribunt enim دَأْبٌ *dabun* mos, لَأَّالٌ *laâlun* margaritarius. Littera latina non exstat, quae hunc spiritum lenem significet; aliquanto lenius enim proferendus est quam h. Ipsa Elif hamsata, quoniam Hamsam sibi propriam habet, a scriptoribus Arabibus saepe *Hamsa* nuncupatur. Elif weslata, sive Elif unionis أَلِفُ ٱلْوَصْلِ, ea est, quae Hamsam abiecit, ac pro ea Weslam recepit ٱ; de qua re infra agendum est, ubi natura Weslae exponetur; par. 164.

Quum littera Elif, ubicunque ipsa vera consonans est, Hamsam sibi adscriptam, tanquam notam sibi propriam, habeat, ipsa Elif nonnunquam *sola Hamsa* indicatur. Quod fit e. g. ad finem vocabuli, antecedente littera, quae signum Sukûn sive Dschesmam recepit; itaque pro شَيْأً *schaiun* res, scribunt شَيْءٌ. Atque etiam in mediis vocabulis haec scriptura usurpatur; pro مَسْأَلَةٌ quaestio, ponunt مَسْءَلَةٌ *mas-alatun*. Vide par. 158.

38. Elif *productionis* sive prolongationis أَلِفُ ٱلْمَدِّ, id est Elif, quae neque Hamsa, neque vocali, neque Wesla, est praedita, post vocalem Fatcham, id est a, adiecta, ipsa vocalem significat, id est â bene productam; كِتَابٌ *kitâbun* liber, جِدَالٌ *dschidâlun* certamen; vide par. 30. ac 91—93.

39. Elif *brevis* أَلِفٌ مَقْصُورَةٌ sive Elif mollis أَلِفٌ مُلَيَّنَةٌ ea est, quae ad finem vocabuli post Fatcham adiicitur, ad significandam vocalem a breviter pronuntiandam, ut in vocabulo ٱلْعَصَا *el assa* fustis. Quae Elif brevis plerumque vicaria est litterae Waw radicalis. Atque etiam Jâ hoc modo ad finem vocabuli post Fatcham posita, ut in رَمَى *rama* iecit,

vocatur Elif brevis; pronuntiatur enim, quasi Elif brevis posita esset. Vide par. 94—97.

40. Littera *Bá* ب est b Germanorum, Anglorum, Gallorum; بَابٌ *bábun* porta; بَارِدٌ *báridun* frigidus; بَقْلٌ *baklun* olus.

41. Littera *Tá* ت est t Germanorum, Anglorum, Gallorum; تُرَابٌ *turábun* humus; تُفَّاحَةٌ *tuffáchatun* pomum.

42. Littera *Thá* ث est t sono blaeso ita pronuntiata, ut aliquid sibili adiiciatur, id est th Anglorum, ϑ Graecorum. Quam ob rem Sacyus eam litteris latinis ts significare solet; ثَلَاثَةٌ *thaláthatun* sive *tsalátsatun* tres, aram. תְּלָתָא, hebr. שְׁלֹשָׁה; اِثْنَانِ *ithnáni* sive *itsnáni* duo, aram. תְּרֵין, hebr. שְׁנַיִם; ثَوْرٌ *thaurun* sive *tsaurun* taurus, aram. תּוֹר, hebr. שׁוֹר.

Vulgus Arabum, atque inprimis plebs, litteram ث a ت non distinguit, sed vocabula ثَلَاثَةٌ اِثْنَانِ ثَوْرٌ pronuntiat *teláte, itnán, tór.*

Persae Turcaeque litteram ث sicut s fortem pronuntiant; dicunt igitur ثَلَاثَةٌ *ssclássetun*; عُثْمَانُ *Osmán,* nomen viri, hispanice Gusman. Sic etiam Graeci nonnulli litteram suam ϑ sicut s pronuntiabant; nam pro ϑεῖος divinus, ἀϑάνα Athena dea, Lacones dicebant σεῖος, ἀσάνα.

43. Littera ث est immutatio quaedam litterae ت, propter subtiliorem pronuntiationem introducta. Quae immutatio unde orta sit, de eo varia proponi possunt. Litterae linguales cum sibilantibus saepe commutantur. Graeci ponebant ὀσμή ὀδμή odor, ἀγασός ἀγαϑός bonus, ναυσία ναυτία nausea, τάσσω τάττω constituo; Germani *wasser water* aqua. Indi quidem lingualibus adhibitis pronuntiabant *dwi* duo, *tri* tres; Aramaei item lingualibus positis תְּלָתָא תְּרֵין; sed fortasse etiam apud eos littera ת sonum blaesum, cui aliquid sibili admixtum erat, accepit; Arabes littera blaesa adhibita pronuntiabant اِثْنَانِ ثَلَاثَةٌ; Hebraei mere sibilante posita שְׁלֹשָׁה שְׁנַיִם. Nam vocabula hebraica שְׁנַיִם ac שְׁלֹשָׁה nonnisi alias formas esse vocabulorum indicorum *dwi* ac *tri*, satis probabiliter Gesenius exposuit, lexic. manual. hebr. et chald. Lips. 1833. voc. illis; atque permulta sane vocabula Semitis cum Indis communia fuisse, iam constat. Utrum vero lingualis littera, an sibilans, in his vocabulis

antiquior fuerit, haud facile explorari posse mihi videtur. Ewaldus gramm. arab. vol. 1. pag. 382. lingualem antiquiorem existimavit esse.

44. Littera *Dschim* ج primo fuit g Germanorum, quam etiam Angli, Galli, Italique, ante vocales a, o, u, pronuntiant. Atque antiquam hanc illius litterae pronuntiationem Arabes Aegyptii, Maskatenses, nonnullique alii, adhuc retinuerunt. Igitur hi pronuntiant: جَمَلٌ *gamalun* camelus; جَارٌ *gârun* vicinus; مَجْدٌ *magdun* gloria.

Sed apud Arabes Syros, Hedschâsenses, aliosque, antiquus huius litterae sonus sensim in dsch deflexus est, quemadmodum etiam Itali, Galli, atque Angli, litteram g, ante vocales e atque i positam, in dsch mutarunt, emolliendi cupidi. Itaque Arabes Syri pronuntiant: جَمَلٌ *dschamalun*, جَارٌ *dschârun*, مَجْدٌ *madschdun*. Sic etiam Persae Turcaeque litteram Dschîm iam proferunt.

45. Littera *Hâ* ح est h ita fortiter adspirata, ut, ubi ad finem syllabae posita est, ad ch Germanorum prope accedat; حُسْنٌ *hosnun* pulcritudo; حَبٌّ *habbun* granum; أَحْمَدُ *Achmed*, nomen viri; مَحْمُودٌ *Machmûd*, nomen viri.

Persae vero ac Turcae, sonum illum emollientes, litteram Hâ ut h lenem proferunt; igitur hi pronuntiant أَحْمَدُ *Ahmed*, مَحْمُودٌ *Mahmûd*.

In pronuntiatione vulgari Arabes ante ح, quae vocabulum claudit, antecedente vocali longa, inserunt vocalem auxiliarem, id est a vel e leviter prolatam, ut adspiratio litterae Hâ plenius emitti possit: أَلْمَسِيحُ *el messîech* Messias; نُوحٌ *nûech* Noa. Quam vocalem auxiliarem grammatici Hebraei vocant Patach furtivum.

46. Littera *Châ* خ est h fortissime adspirata, rauco sono e gutture ita protrusa, ut ad kch, germanico more pronuntiatum, prope accedat; خَمْسٌ *kchamssun* quinque; أُخْتٌ *ukchtun* soror; أَخْضَرُ *akchdaru* viridis; خَرَاجٌ *kcharâdschun* tributum. Hunc fere sonum proferunt, qui quasi cum crocitu sputum edunt. Atque rauco hoc sono Helvetii litteram ch pronuntiant, Hispani vero litteras j atque x.

Persae Turcaeque hanc quoque litteram aliquantum emolliverunt; eam enim proferunt ut ch Germanorum, ac nonnunquam ut h lenem; خَرَاجٌ *harâdsch*.

Etiam Aethiopes sonos gutturales asperiores recentiori tempore emolliverunt; unde factum est, ut litterae eorum gutturales:

ኀ خ kch. ሐ ح ch. ሀ ه h.

hoc tempore omnes iam sicut h lenis proferantur; Ludolfi gramm. aethiop. edit. sec. pag. 5.

47. Littera *Dâl* د est d lenis Germanorum, Gallorum, Italorum; دُبٌّ *dubbun* ursus; دُفٌّ *duffun* tympanum; وَلَدَ *walada* genuit; قَدْ *kad* iam.

48. Littera *Dsâl* ذ est ds, sive littera d ita pronuntiata, ut aliquid sibili adiiciatur; ذَهَبٌ *dsahabun* aurum; ذِئْبٌ *dsibun* lupus; جَذَبَ *dschadsaba* traxit.

Vulgus Arabum litteram Dsâl a Dâl non distinguit, sed utramque ut d pronuntiat; dicunt igitur ذِئْبٌ *dibun*, جَذَبَ *gadaba*.

Littera Dsâl est immutatio quaedam litterae Dâl, propter subtiliorem pronuntiationem introducta. Vocabula multa, quae Hebraei littera sibilanti, id est Sajin, adhibita proferunt, ut זָהָב aurum, זָבַח mactavit, זֶה hic, apud Aramaeos litteram lingualem ד accipiunt, דְּהַב aurum, דְּבַח mactavit, דִּי hic, apud Arabes vero litteram ذ, quae e sibilanti ac linguali quasi conflata est, ذَهَبٌ ذَبَحَ ذَا.

49. Littera *Râ* ر est r Germanorum, Gallorum, fortiter prolata; رَمْلٌ *ramlun* arena; رَحْلٌ *rachlun* sella camelina; أَمِيرٌ *emîrun* princeps.

50. Littera *Sâ* ز est s lenis Germanorum, quam inter duas vocales positam Galli atque Itali leniter proferunt; زَمَانٌ *semânun* tempus; زَادَ *sâda* auxit; مُزْهِرٌ *mushirun* nitens.

Germanis cavendum est, ne Sâ arabicam littera z significent; nam apud Germanos z sonum fortem ts significat, qui a sono lenissimo Sâ arabicae prorsus abhorret. Sed Galli Anglique, qui litteram z ut s lenem pronuntiant, quemadmodum in vocabulis gallicis *gazòn*, *gazette*, huiusque generis aliis fit, ad significandam Sâ arabicam littera z uti possunt.

51. Littera *Sîn* س est s fortis Gallorum, Italorum, Anglorum, sive ss Germanorum; حَسَنٌ *hassanun* pulcher; سَلَامٌ *ssalâmun* incolumitas; مَجْلِسٌ *madschlissun* consessus.

Cavendum est Germanis, ne hanc litteram sicut s lenem pronuntient;

nam s lenem proferre Germani adsueverunt. Unde fit, ut plerique nostrates etiam Sîn arabicam esse putent s lenem.

52. Littera *Schîn* ش est sch Germanorum, ch Gallorum, sh Anglorum, sci Italorum; شَمْسٌ *schamssun* sol; شَيْءٌ *schaiun* res; مَشَى *mascha* incessit.

53. Littera *Ssâd* ص est s non modo fortis, verum etiam aspera, e gutture protrusa, Arabibus propria; quae quidam ad ß Germanorum, ac ç Gallorum, satis accedit, sed pleno ore asperius profertur; صَاحِبٌ *ssachibun* ßachibun amicus; صَدْرٌ *ssadrun* ßadrun pectus; بَصَرٌ *bassarun* baßarun visus.

Arabes hanc litteram sibilum eum referre dicunt, quem gladius edit, qui, rapide actus, aerem scindit. Efficit haec littera, ut, quae eam sequatur, vocalis a ad a obscurum sive o se inclinet; صَحْنٌ patera, fere est *ssochnun* ßochnun.

54. Littera *Dhâd* ض apud Arabes est d obtusa, sive dh aspera, pleno ore prolata, quasi e gutture protrusa; أَرْضٌ *ardhun* terra; ضَرْبٌ *dharbun* ictus; غَضَبٌ *ghadhabun* ira.

Persae Turcaeque, molliendi cupidi, litteram Dhâd ut s lenem quidem, sed pleno ore editam, proferunt; dicunt igitur ضَرْبٌ *sarbun*, غَضَبٌ *ghasabun*.

Littera Dhâd est Ssâd, quam obtusam reddiderunt, sibilo, qui in Ssâd inest, suppresso. Sunt vocabula multa, quae ab Hebraeis cum littera Ssâd proferebantur, ut אֶרֶץ terra, רָצָה probavit, ab Arabibus vero cum obtusiori littera Dhâd pronuntiantur: أَرْضٌ رَضِيَ .

55. Littera *Tâ* ط est t asperrima, Arabum propria, pleno ore prolata, e gutture protrusa; quem sonum quae apte significet, litteram latinam non habemus; طَلَبَ *talaba* quaesivit; بَطْنٌ *batnun* venter; بَطَلٌ *batalun* heros.

56. Littera *Dhâ* ظ est d sive dh obtusa, pleno ore prolata, e gutture protrusa, atque ideo a littera Dhâd ض sono fere non differt; عَظِيمٌ *adhîmun* magnus; غِلْظَةٌ *ghaldhatun* durities.

Inde fit, ut in libris, qui in Aegypto ab hominibus rudioribus tempore recentiori exarati sunt, passim littera ض pro ظ scripta inveniatur:

عَظِيمٌ magnus, غَلْظَةٌ durities; quod Arabes Aegyptii: *adhîm*, *ghaldhatun*, proferunt. Meque iubebat Raphael, Arabs Aegyptius, scribere عَصِيمٌ, ne male hoc vocabulum proferretur: *asîm*.

Nam ipsam litteram ظ Persae Turcaeque, atque Arabum Aegyptiorum vulgus, ut s lenem, pleno ore editam, pronuntiant; hi igitur, quae عَظِيمٌ غَلْظَةٌ scripta sunt, proferre solent: *asîm*, *ghalsatun*.

Littera ظ, quum sonum dh indicet, immutatio quaedam, et quidem mitigatio, acutioris duriorisque soni litterae ط esse videtur. Sed hoc quoque animadvertendum est, multa vocabula, quae Hebraei cum littera Ssâd proferebant, ut עָצוּם fortis, צָמֵא sitivit, צְבִי dorcas, apud Arabes litteram ظ recepisse: عَظِيمٌ *adhîmun* magnus, ظَمِيَ *dhamija* sitivit, ظَبْيٌ *dhabjun* dorcas.

57. Littera *Ain* ع quam Semitae sibi propriam habent, ubi cum vocali a profertur, est a in imo gutture edita, spiritu extrinsecus adducto. Quem sonum quum nulla littera latina significet, pro eo nonnisi solam a scribere possumus; عَبْدٌ *abdun* servus; عَمِلَ *amila* fecit; جَعَلَ *dscha-ala* posuit; جَمَعَ *dschama-a* collegit. Atque sic cum vocali a sonus litterae Ain plenissime editur.

Quum vero littera Ain proprie nonnisi ipsum sonum illum gutturalem significet, qui, spiritu extrinsecus adducto, editur, littera illa etiam cum caeteris vocalibus pronuntiatur; quanquam cum his coniuncta nonnisi aliquanto minus distincte proferri possit; عُمْرٌ *omrun* vita; عِرْضٌ *irdhun* honor; أَلْجَمِيعُ *el dschamî-u* universitas; أَلْجَمِيعِ *el dschamî-i* universitatis.

Sed ad vocalem a littera Ain natura sua tantum inclinat, ut in pronuntiatione vulgari, ubi Ain cum i proferenda est, Arabes nihilominus huic vocali praemittant vocalem a; igitur عِنْدَ apud, non pronuntiant *inda*, sed *aïnda*; عِيدٌ festum, non *îd*, sed *aïd*; Sacy gramm. tom. 1. p. 4.

Persae Turcaeque, quum sonis arabicis asperis recte proferendis impares sint, litteram Ain ita mitigant, ut ipsa in pronuntiando prorsus fere evanescat, neque nisi sola vocalis, quacum Ain proferenda esset, audiatur.

58. Littera *Ghain* غ est g sive gh, in imo gutture ita edita, ut paullum inclinetur ad r; غَلَبَ *ghalaba* superavit; أَلْمَغْرِبُ *el maghribu* Mauritania; غُلَامٌ *gholâmun* iuvenis.

Sonum litterae Ghain proferunt, qui aqua vel alio liquore se gargarizant. Ideo haec littera satis accedit ad eam litteram r, quam Berolinenses, Parisienses, Massilienses, caeterique Occitani, quasi gargarizando proferunt; quam Germani vocant: schnarrendes r; Galli: r grasseyé. Massilienses pro: *par terre*, quasi: pach tech, pronuntiare solent.

Littera Ghaîn, quanquam a littera Ain sono prorsus diversa iam est, tamen nonnisi immutatio quaedam, et quidem densatio, litterae Ain esse videtur; quod etiam figura ac nomen indicant. Nam sunt vocabula plura, quae ab Hebraeis quidem, atque Aramaeis, cum littera Ain scripta leguntur, ut עַזָּה Gaza, urbs palaestinensis, עָלַף texit, עָצַב vexavit, ab Arabibus vero cum littera Ghain scribuntur: غَزَّةُ *Ghassatu* Gaza, غَلَفَ *ghalafa* texit, غَصَبَ *ghassaba* vexavit. Atque etiam apud Hebraeos in nonnullis vocabulis litteram Ain sonum densiorem habuisse, satis probabile est; Gesenii lexicon manuale hebr. et chald. pag. 725.

59. Littera *Fâ* ف est f Germanorum, Gallorum, Italorum; فَرْشٌ *farschun* stragulum; فَرِحَ *faricha* gavisus est; صُوفٌ *ssûfun* lana.

60. Littera *Kâf* ق est k aspera, ex imo gutture protrusa, quasi kh; قَرِيبٌ *kharîbun* propinquus; قَدْرٌ *khadrun* quantitas; وَقْتٌ *wakhtun* tempus; قُرْبٌ *khurbun* propinquitas.

Efficit haec littera, ut, quae ipsi superscripta est, vocalis Fatcha sicut a clara proferatur: قَلْبٌ *kalbun* cor. Sed k lenior, id est ك, vocalem Fatcham sibi superscriptam in e deflectit: كَلْبٌ *kelbun* canis, hebr. כֶּלֶב.

In Aegypto ab hominibus multis littera ق, et quidem maxime ubi vocabuli prima est, ita profertur, ut, sono eius proprio paene suppresso, pro eo nonnisi spiritus repentino abruptus emittatur. Illi itaque pronuntiant: قَلْبٌ *'albun* cor; قَدْرٌ *'adrun* quantitas.

61. Littera *Kef* ك est k lenis, qualem Germani, Angli, Galli pronuntiant; vocalis Fatcha ei superscripta, nisi consonans gutturalis sequatur, hoc tempore plerumque ut e profertur; كَبِيرٌ *kebîrun* grandis; كَمَالٌ *kemâlun* perfectio; كَسْبٌ *kisbun* lucrum; كُلٌّ *kullun* omnis.

Turcae atque Arabes nonnulli, ut lenitatem litterae clarius significent, post eam quasi i vel j inserunt; igitur hi pronuntiant: كَبِيرٌ *kiebîrun* sive *kjebîrun*; كَمَالٌ *kjemâlun*; كِسْبٌ *kjisbun*.

62. Littera *Lâm* ل est l Germanorum, Italorum, Anglorum; لَبَنٌ *labanun* lac; لُطْفٌ *lutfun* favor; عَلِيٌّ *alijjun* altus.

63. Littera *Mîm* م est m Germanorum, Anglorum, Italorum; مَطَرٌ *matarun* pluvia; وَمِقَ *wamika* amavit; مِنْ *min* ex.

64. Littera *Nûn* ن est n Germanorum, Anglorum, Italorum, clare prolata; نَقَلَ *nakala* transportavit; نَفْسٌ *nafssun* anima; حِصْنٌ *hissnun* castellum. Quam claram simplicemque huius litterae pronuntiationem, quae sola fere in vita vulgari usitata est, vocant إِظْهَارٌ *manifestationem.*

65. Quicunque vero Korânum praelegunt, eos grammatici Arabes iustis locis immutationes quasdam litterae Nûn pronuntiare iubent, quas illi litterae e certis legibus obtrudere solet consonans proxime sequens, quae ad Nûn accedit, *nulla vocali interposita;* quod etiam in aliis linguis fieri scimus. Quae quidem pronuntiationis immutationes in exemplaribus Korâni certis siglis, litterae Nûn colore mineo superscriptis, indicantur, ne praelectores earum immemores fiant. Sunt autem hae:

a. إِخْفَآءٌ occultatio, i. e. Nûn profertur sono obscuro, de nare edito, quemadmodum Galli litteram n in vocabulo *entrer* pronuntiant. Quod fit ante litteras uvales ج ك ق, dentales ز س ص, palatinam ش, linguales د ت ط, gingivales ظ ض ذ ث, ac labialem ف; ut e. g. مَنْكِبٌ *mangkibun* humerus. Siglum est littera خ, quae vocabulum إِخْفَآءٌ significat. Sic littera n etiam in lingua sanskrita sonos varios accipit, modo clariores, modo obscuriores; e quibus is quoque est, quem *Anusvâram* i. e. postvocalem, vocant; Lepsius Palaeographie, Berol. 1834. pp. 16. 76. 84—86.

b. قَلْبٌ conversio; i. e. Nûn profertur ut m, quod fit ubicunque ante b posita est; عَنْبَرٌ *ambarun*, ambra, quaedam odoramenti species. Siglum est littera م, quae sonum indicat. Sic Graeci pro σύνβολον ponunt σύμβολον.

c. إِدْغَامٌ بِغُنَّةٍ insertio cum sono nasali; i. e. Nûn, sono nasali leni manente, in consonantem proxime sequentem transit, quae igitur duplicatur. Quod fit ante ن م و ى: غُنْمٌ quasi *gungmmun* praeda. Siglum est littera غ, quae vocabulum غُنَّةٌ significat, atque Teschdîd

consonanti proxime sequenti superscriptum. Sic Graeci pro σύνμαχος ponunt σύμμαχος. Sed si in medio vocabulo Nûn cum و vel ى concurrit, tum ipsa sonum simplicem retinet: دُنْيَا *dunja* mundus; قِنْوَانٌ *kinwânun* botri dactylorum.

d. اِدْغَامٌ بِلَا غُنَّةٍ insertio sine sono nasali; i. e. Nûn in consonantem proxime sequentem pure transit. Quod ante ر ac ل fit; ut e. g. مِنْ رَبِّهِ *mirrabbihi* a domino suo. Siglum est لغ, quae significant: لَا غُنَّةَ nullus sonus nasalis. Sic Graeci pro σύνῥάπτω ponunt συῤῥάπτω.

Siglum *manifestationis*, sive soni simplicis litterae Nûn, quod in exemplaribus Korâni adpingitur, est ن minuscula.

De quibus immutationibus pronuntiationis litterae Nûn copiose disseruit Silvestre de Sacy; Notices et extraits; tom. 9. pag. 35—84.

66. Littera *Hê* ه est h lenior Germanorum Anglorumque, atque etiam ubi ad finem syllabae ponitur, sonum suum, id est adspirationem lenem, retinet; هَاهُنَا *hâhuna* hoc loco; هَدَى *hada* duxit; مُهْرٌ *muhrun* pullus equinus.

Littera *Hê* duobus punctis distincta ة, quae exitum nominum femininum claudit, ut ت id est t pronuntiatur: مَدِينَةٌ *medînetun* urbs; قِلَّةٌ *killatun* paucitas. Nam Hê, quae hunc exitum femininum claudit, proprie in ت transit, simul ut vocalis accedit. Quin etiam in scribendo pro ة ponitur ت ubicunque consonantes accedunt; a مَدِينَةٌ urbs, derivatur مَدِينَتَانِ *medînatâni* urbes duae. De qua re supra dixi par. 31.

Quae littera ة etiam in pronuntiatione vulgari, et quidem maxime ante litteram Elif weslatam, ut t profertur: قِلَّةُ ٱلْأَدَبِ *killet el adab* paucitas humanitatis; مَعْرِفَةُ ٱلْعُلُومِ *maarifet el ulûm* scientia artium; Savary gramm. pag. 323. 327. Sed ante caeteras consonantes, aut ad finem propositionis posita, plerumque evanescit: بِوَاسِطَةِ سَيِّدِنَا *bewâssitê sseidina* per operam domini nostri; مَوْجُودَةٌ بَيْنَنَا *mûdschûdê bainanu* reperta inter nos; Savary loc. cit. p. 328. 331. Sic igitur vulgari sermone pronuntiant: ٱللُّغَةُ ٱللَّتِينِيَّةُ ٱلْمُسْتَعْمَلَةُ بَيْنَ عُلَمَاءِهِمْ *ellogat ellâtînijjet el mosteamalê bain ulemâhum* lingua latina usitata apud eruditos eorum; Savary loc. cit. p. 328.

67. Littera *Wâw* و est w Germanorum, v Gallorum, sed pleno ore ita prolata, ut ad w Anglorum, vel u Germanorum, prope accedat; وَلَدَ *walada*, *ualada*, genuit; وَرَدَ *warada*, *uarada*, accessit; مَوْلُودٌ *mawlûdun*, *maulûdun*, genitus; عَدُوٌّ *aduwwun* hostis.

In pronuntiatione vulgari Wâw, ubi prima vocabuli consonans est, cum vocali brevi coniuncta saepe in meram vocalem diffluit: وَلَهُ *ulahu* atque ei; وَعَلَيْكَ *u-alcik* atque supra te; Sacy Anthol. gramm. p. 57. 58.

Wâw *productionis* وَاوُ ٱلْمَدّ ea est, quae cum vocali *Damma*, id est u, antecedenti ponitur ad significandam vocalem û bene productam; ut in vocabulo مَطْلُوبٌ *matlûbun* quaesitus; vide par. 30.

68. Littera *Jâ* ى est j Germanorum, sive y Gallorum atque Anglorum, sono fluido ita prolata, ut ad i satis accedat: يَوْمٌ *jaumun*, *iaumun*, dies; يُمْنٌ *jumnun*, *iumnun*, felicitas; زَيَّنَ *sajjana* decoravit.

In pronuntiatione vulgari Jâ, ubi prima vocabuli consonans est, cum vocali brevi coniuncta saepe in meram vocalem i diffluit: يَرُوحُ *irûch* ibit; يَكْتُبُ *iktub* scribet.

Jâ *productionis* يَاءُ ٱلْمَدّ ea est, quae cum vocali Kesra, id est i, antecedenti ponitur ad significandam vocalem î bene productam; ut in vocabulo جَمِيلٌ *dschemîlun* venustus; vide par. 30.

De pronuntiatione litterarum arabicarum legendus est Sacyi: Traité de la prononciation des lettres arabes; Notices et extraits; tom. 9.

69. Sonus litterae p, quem frequentissimum Occidentales proferunt, Arabibus usitatus non est. Unde fit, ut, ubi vocabula peregrina, in quibus p inest, litteris arabicis scribunt, pro p ponant b; nomen urbis Paris scribunt بَارِيس *bâriss*; nomen praefecti classis gallicae, Duc de Penthièvre دُكْ دِبَنْطِيوُرْ; Sacy chrestom. tom. 3. pag. 112. text. arab.

70. Si, ad sonos spectantes, litterarum hebraearum comparationem cum arabicis proponere volumus, ita conferendae esse videntur:

ا	ب	ت	ث	ج	ح	خ	د	ذ	ر	ز	س	ش	ص	ض	ط	ظ
א	ב	ת		ג	ח		ד		ר	ז	שׂ	שׁ	צ		ט	

ع	غ	ف	ق	ك	ل	م	ن	ه	و	ى
ע		פ	ק	כ	ל	מ	נ	ה	ו	י

Sunt igitur Arabibus litterae sex ث خ ذ ض ظ غ, quarum propriae figurae apud Hebraeos non exstant. Quas litteras arabicas Judaei, quum arabica litteris hebraeis exarant, sic significare solent:

ث	خ	ذ	ض	ظ	غ
ת̄	כ̄	ד̄	צ̄	ט̄	ג̄

Syri vero arabica multa litteris syriacis consignarunt; quos codices *karschunicos* ideo vocant, quia homo quidam, cui nomen Karschuno erat, huius scribendi generis auctor fuisse dicitur. Samaritanis litteris Samaritani arabica scribunt.

Caput secundum.

De consonantium partitione.

71. Primo Arabes, quum nonnisi litteras eas duas et viginti, quae Hebraeis quoque, atque Aramaeis, usitatae erant, ipsi recepissent, has litteras in eundem ordinem disposuerunt, e quo Hebraei eas collocabant. Quem ordinem hebraeum Arabes e primis litteris nominarunt أَبْجَد *Abudsched*; quemadmodum utimur vocabulis: *alphabet, a b c.* Nam his vocabulis memorialibus, quae nihil praeterea significabant, litteras in ordinem hebraeum dispositas recitabant:

أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِّى كَلَمُنْ سَعْفَصْ قَرَشَتْ

Deinde quum his litteris adiecissent sex novas ث خ ذ ض ظ غ, etiam vocabulis illis memorialibus adiecerunt duo, id est:

ثَخَذْ ضَظَغْ

Quas litteras novas vocarunt ٱلرَّوَادِفْ i. e. sequentes; Kâmûs art. بَجَدَ. Quo loco scripta sunt أَبْجَدْ, كَلَمُنْ, قَرَشَتْ, ثَخَذْ, ضَظَغْ.

Antiquum hunc ordinem Arabes sequuntur ubicunque litteras pro notis numerorum ponunt; nam Elif significat unum; Bâ duo; Dschîm tres; Dâl quattuor; atque sic caeterae.

Mauritani ordinem hebraeum paullo immutatum sic exhibent:

أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِّى كَلَمُنْ صَعْفَضْ قَرَسَتْ ثَخَذْ ظَغَشْ

72. Postea vero Arabes in ordinem novum litteras suas disposuerunt, et quidem eum, e quo supra eas collocavimus par. 29; litteras

enim, aut forma, aut sono similes, hoc ordine instituto copulare voluisse videntur. Quem ordinem arabicum vocant حُرُوفُ ٱلْمُعْجَمِ i. e. litteras punctationis, atque حُرُوفُ ٱلْهِجَآءِ i. e. litteras syllabizationis. Multi vero pro ه و ى ponunt و ه ى; quod e. g. in Kâmûsso factum est.

Mauritani ordinem arabicum paulo immutatum sic exhibent:

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن

ص ض ع غ ف ق س ش ه و لا ى

73. Consonantes arabicae in classes varias distribui possunt, quae singulae certum consonantium inter se similium numerum contineant. Quarum classium distinctionem nosse, in formarum grammaticorum exploratione nonnunquam plurimum facit. Ipsa consonantium similitudo vero in rebus variis posita esse potest. *Primo* si spectemus, quibus oris partibus singulae consonantes proferantur, hae fere classes distinguendae sunt: 1. *gutturales* ا ه ح خ ع غ. 2. *uvales* ك ق. 3. *palatinae* ى ج *gîm*. 4. *linguales* د ض ت ط ر ن ش. 5. *gingivales* ذ ث ظ ل. 6. *dentales* ز س ص. 7. *labiales* ب ف و م. Nonnullae consonantes generis ancipitis sunt; ut ش et س, quae a nonnullis ad palatinas trahuntur; ص etiam ad dentales trahitur.

74. *Deinde* si spectemus, qua vocis temperatione consonantes proferantur, hae classes distingui possunt: 1. *spirantes* ا ه ح خ ع غ. 2. *sibilae* ز س ص ش. 3. *quodammodo sibilae* ث ذ ج *dschim*. 4. *molliores* ى و ر ل ن م. 5. *semivocales* ى و. 6. *liquidae* ر ل. 7. *nasales* ن م. 8. *mutae* ق ك د ض ت ط ب ف.

75. Atque ipsi grammatici Arabes consonantium classes satis multas distinxerunt; de quibus iam dicendum est. *Primo* partes oris, quibus consonantes proferuntur, respicientes, has classes distinxerunt:

1. حَلْقِيَّةٌ sive حَنْجَرِيَّةٌ gutturales ا ح خ ع غ ه.

2. لَهَوِيَّةٌ uvales ق ك.

3. شَجَرِيَّةٌ palatinae ش ج ض; vel ش ج ى; ac ك ق.

4. لِسَانِيَّةٌ linguales ر ز س ش ص ض د ت ط.

5. نَطْعِيَّةٌ faucales ط د ت; ad fauces lingua adplicatur.

6. لِثَوِيَّةٌ gingivales ث ذ ظ ; ad gingivas lingua adplicatur.

7. أَسَلِيَّةٌ mucronales ص س ز ; mucrone linguae proferuntur.

8. شَفَهِيَّةٌ labiales ص ش ج .

9. ذَلْقِيَّةٌ extremae م ف ب , quae extremis labiis proferuntur. Atque etiam ن ل ر sic vocantur, quoniam extrema lingua proferuntur. Fîrûsâbâdensis art. ذَلَق litteras شَفَهِيَّة esse dicit م ف ب ; ذَوْلَقِيَّة i. e. extremas vero ن ل ر . Quam utramque classem nomine اَلْحُرُوفُ ٱلذُّلْقُ litterarum extremarum, sive cuspidatarum, significat.

Legenda sunt, quae de his classibus, e libris grammaticorum Arabum depromta, exposuit Sacyus: Notices et extraits; tom. 8. p. 352 seqq. tom. 9. p. 1—66.

76. *Deinde* Arabes, temperationem vocis respicientes, has classes distinxerunt:

1. حُرُوفُ ٱلصَّفِيرِ litterae sibilae ص س ز .

2. حُرُوفُ ٱللِّينِ sive لَيِّنِيَّةٌ litterae lenes ى و ا ; quae tunc potissimum sic vocari videntur, quum radicales sunt, vel pro radicalibus ponuntur, ut in قَوْمٌ populus, قَامَ stetit; Sacy gramm. tom. 1. pag. 28.

3. حُرُوفُ ٱلْإِنْحِرَافِ litterae inclinationis ل ر .

4. حُرُوفُ ٱلْقَلْقَلَةِ sive حُرُوفُ ٱللَّقْلَقَةِ litterae trementes sive crepitantes ق ط د ج ب ; pro ب nonnulli ponunt ت .

5. حَرْفُ ٱلتَّكْرِيرِ littera repetitionis est ر propter sonum reciprocatum.

6. حَرْفُ ٱلتَّفَشِّي littera dilatationis est ش .

7. حَرْفُ ٱلْإِسْتِطَالَةِ littera extensionis est ض .

77. Porro vim quandam respicientes, qua singulae consonantes proferuntur, has earum classes distinxerunt:

1. شَدِيدٌ مَحْضٌ prorsus fortes أ ب ت ج د ط ق ك .

2. رِخْوٌ مَحْضٌ prorsus molles ا ث ح خ ذ ز س ش ص ض ظ غ ف ه و ى .

3. بَيْنَ ٱلشَّدِيدِ وَٱلرِّخْوِ mediae inter fortes et molles ر ع ل م ن .

78. Porro has consonantium classes distinxerunt:

1. مَهْمُوسَةٌ submissae ه, ك ف ص ش س خ ج ث ت quoniam submissa voce proferuntur. Fîrûsâbâdensis pro ج ponit ح. Caeterae consonantes omnes sunt مَجْهُورَةٌ apertae.

2. مُسْتَعْلِيَةٌ altae ق غ ظ ط ض ص خ. Caeterae omnes sunt مُسْتَفِلَةٌ sive مُنْخَفِضَةٌ depressae.

3. مُطْبَقَةٌ concameratae ظ ط ض ص; quae si proferuntur, lingua ad palatum adplicata quasi concamerationem facit. Caeterae omnes sunt مُنْفَتِحَةٌ exporrectae, quoniam exporrecta lingua proferuntur.

4. مُذْلَقَةٌ volubiles, sive extrema lingua labiisve extremis prolatae, ن م ل ر ف ب. Caeterae omnes sunt مُصْمَتَةٌ densae.

79. Quibus qualitatibus variis etiam robur atque debilitas consonantium effici dicitur. Robur efficitur qualitatibus quae vocantur اَلصَّفِيرُ, اَلْجَهْرُ, اَلشِّدَّةُ, اَلِاسْتِطَالَةُ, اَلتَّفَشِّي, اَلتَّكْرِيرُ, اَلْقَلْقَلَةُ, اَلِانْحِرَافُ, اَلْإِطْبَاقُ, اَلِاسْتِعْلَاءُ. Debilitas efficitur qualitatibus quae dicuntur اَلرَّخَاوَةُ, اَلْهَمْسُ, اَلِاسْتِفَالُ, اَلِانْفِتَاحُ.

80. Litterae ا و ى vocantur حُرُوفُ ٱلْمَدِّ *litterae productionis*, quoniam ponuntur ad significandas vocales productas â î û, ut in تَمَامٌ *temâmum* totum, فُتُوحٌ *futûchun* victoriae, رَقِيقٌ *rakîkun* tener; vide par. 30. 38. 67. 68. Deinde eaedem vocantur حُرُوفُ ٱلزَّوَائِدِ *litterae augmentorum*, et quidem ob eandem causam, id est quoniam ponuntur ad augendas sive producendas vocales. Porro eaedem vocantur حُرُوفُ ٱلْعِلَّةِ *litterae infirmitatis*, quia natura sua ita infirmae sunt, ut crebris immutationibus vel permutationibus adficiantur.

81. Litterae ا ac ى vocantur حَرْفَا ٱلتَّقْصِيرِ sive حَرْفَا ٱلْقَصْرِ *litterae brevitatis*, quoniam ad finem vocabuli positae nonnunquam Elifam brevem efficiunt; vide par. 39. 94.

82. Litterae *solares* شَمْسِيَّةٌ sunt ط ض ص ش س ز ر ذ د ث ت ظ ل ن id est linguales, gingivales, dentales. Quae hoc sibi peculiare

habent, ut in eas transeat littera Lâm, quae articulum أَلْ claudit. Itaque quaecunque solaris prima vocabuli consonans est, duplicatur quotiescunque articulus أَلْ vocabulo praefigitur:

pro أَلْرَمْلُ *el ramlu* arena, scribitur أَلرَّمْلُ *erramlu.*

pro أَلْنَمْلُ *el namlu* formicae, scribitur أَلنَّمْلُ *ennamlu.*

Quae transitio litterae Lâm propter hanc causam fit, quod littera Lâm mollis ac liquida est, ad dissolutionem prona, eaque praeterea affinis litteris lingualibus, gingivalibus, dentalibus; igitur in articulo celerrime prolato in sequentem affinem diffluit. Nomen *solarium* litterae illae ideo accepisse dicuntur, quia vocabulum شَمْسٌ *sol* a consonante incipit, quae ex illis litteris est. Reliquae consonantes omnes *lunares* قَمَرِيَّةٌ vocantur, quoniam ق ex iis est, consonans prima vocabuli قَمَرٌ *luna.*

83. Denique consonantes dispertiuntur in زَوَائِدُ *augmenta*, sive *accedentes*, *serviles*, ac أَصْلِيَّةٌ *radicales.* Accedentes eae sunt, quae ad radicem accedunt, ad significandam aut grammaticam radicis formam, aut particulam inseparabilem; quae quidem sunt ك ل ف ب ا و ن م س ت ى; quas continent vocabula يَتَسَمَّنُوا بِفُلْكٍ. Sed etiam د et ط in octava verborum forma sive stirpe positae nonnunquam accedentes sunt. Reliquae consonantes, vel, ut rectius dicamus, consonantes omnes, sunt radicales. Nam etiam eae, quas accedentes esse diximus, interdum radicales sunt.

Caput tertium.

De vocalium figuris ac pronuntiatione.

84. Vocales primariae atque antiquissimae fuisse videntur a i u; ex quibus postea enatae sunt vocales intermediae e o; Lepsius Palaeographie; pag. 24. Atque Arabes quidem primo nonnisi tres illas vocales â î û, ubi bene producendae erant, significarunt positis litteris Elif, Jà, Wâw; quae natura ancipite indutae, modo consonantium, modo vocalium munere fungi possunt, atque ideo semivocales vocatae sunt. Scribebant igitur: ناس *nâssun* homines, حفيظ *hafidhun* custoditus, يرجعون *jardschiúna* redeunt; quae in antiquissimorum nummorum titulis codicibusque kûficis sic exarata cernuntur; vid. par. 22. Deinde vero quum etiam breves vocales a i u sive punctis tribus, sive lineolis, quae Fatcha, Kesra, Damma, vocatae

sunt, significare iam coepissent, has lineolas ad syllabas omnes adscripserunt. Unde factum est, ut ab eo tempore vocalis bene producta gemino signo indicaretur, id est littera illa semivocali, quae iam antiquitus vocalem productam indicaverat, ac lineola vocali, quae proprie brevem vocalem indicabat; quippe tunc scripserunt: ناسٌ *nâssun*, حفيظٌ *hafîdhun*, يرجعون *jardschiûna*. Diphthongos Arabes non habuerunt nisi duas: *ai au*; quas significaverunt litteris semivocalibus Jâ ac Wâw, cum signo vocalis *a* brevis coniunctis: ريبٌ *raibun* dubium, يومٌ *jaumun* dies; vid. par. 23.

85. Soni vocales a grammaticis Arabibus vocantur أَلْحَرَكَاتُ i. e. motiones, quoniam iis additis consonantes quasi moventur atque animantur. Lineolae, quae sonos vocales significant, vocantur أَلْأَشْكَالُ i. e. figurae; vid. par. 22.

86. Vocalis *a* in vocabulis arabicis primitivis ac simplicioribus quasi primaria ac legitima esse videtur. Vocales *i* et *u* vero, quasi soni magis insoliti vel sequiores, maxime ponuntur ad significandas primitivorum vocabulorum immutationes ac declinationes.

87. Sed pronuntiatio vocalium antiqua ac simplex etiam apud Arabes labente tempore aliquantum immutata est. Vocales intermediae e ac o etiam apud Arabes in usum venerunt; unde factum est, ut multis vocabulorum locis, in quibus antiquitus a prolata fuerat, iam proferretur e; sic pro *amîrun* princeps, tum dixerunt *emîrun*. Atque porro pro i antiqua passim pronuntiarunt e; pro u antiqua vero o. Sed novas has vocales e ac o propriis signis non significarunt; antiqua tantum tria vocalium signa, Fatcham, Kesram, Dammam, retinuerunt. Quo fit, ut his temporibus vocalis Fatcha, quae proprie a fuit, apud consonantes molliores posita plerumque ut e proferatur; atque item Kesra, quae proprie i fuit, saepe iam ut e pronuntietur; Damma vero, quae proprie u fuit, passim ut o. Diphthongi ai et au labente tempore in ae et ô contrahi solent; quemadmodum Galli vocabula *mais*, *maux*, iam pronuntiant *mae*, *mô*. Quod idem fere apud Arabes evenit; nam pro يومٌ *jaumun* dies, in sermone vulgari multi iam pronuntiant *jôm*. Quam pronuntiationem in hebraicis etiam Masorethae Hebraei significarunt.

Iam singula vocalium signa quomodo his temporibus proferantur, videamus.

1. *De vocali Fatcha.*

88. Nomen *Fatcha* فَتْحٌ sive فَتْحَةٌ significat: apertionem, atque huic vocali ideo inditum est, quoniam ipsa ore aperto profertur.

89. Vocalis Fatcha ...َ... proprie est a, atque ut a etiam nunc pronuntiatur:

1. ubi posita est aut supra, aut ante consonantes asperiores: ح خ ر ص ض ط ظ ع غ ق. Itaque pronuntiandum est حَبْلٌ *hablun* funis, مَحْرُوسٌ *machrûssun* custoditus, خَطَرٌ *kchatarun* periculum, رَقْمٌ *rakmun* linea, طَرْفٌ *tarfun* visus.

2. ubi posita est ad claudendam quum nominum, tum verborum terminationem grammaticam. Igitur ubicunque ad finem vocabulorum posita cernitur, pronuntiatur ut a; nam ibi terminationem grammaticam claudit: اَلطِّفْلَ *ettifla* parvulum, اَلطَّلَّ *ettalla* rorem, قَدِمَ *kadima* accessit, قَبِلَ *kabila* accepit, لِيَقْتُلَ *lijaktula* ut occideret. Nonnunquam vero terminatio grammatica ad finem vocabuli non posita est, quoniam accessit pronomen suffixum; sed etiam tum quae terminationem grammaticam significat Fatcha ut a pronuntianda est: رُمْحَهُ *rumchahu* hastam eius, سَيْفَكَ *saifaka* gladium tuum, لِيَقْتُلَهُ *lijaktulahu* ut occideret eum, شَرِبَهُ *scharibahu* bibit id.

90. Vocalis Fatcha, ubi consonantibus lenioribus adposita est, ex usu recentiori crebre iam ut e pronuntiatur, quod maxime in sermone vulgari fit: أَنْتَ *ente* tu, أَمِيرٌ *emîrun* princeps, وَزِيرٌ *wesîrun* consiliarius, مَلِيحٌ *melîchun* venustus. At in usum constantem hanc pronuntiationem non receperunt; prae caeteris Arabes Syri antiquiorem pronuntiationem, id est sonum a, aliquanto diligentius retinuerunt.

Turcae in vocabulis arabicis Fatcham plerumque ut e proferunt. Apud Moslemos Indos Fatcha in o vel u obscurum abiit, hi enim pro مَجْدٌ *madschdun* gloria, أَحْمَدُ *Âchmed*, nomen viri, pronuntiant: *mudschdun*, *ahmud*.

In Occidente apud Anglos vocalem a sensim in e transiisse scimus; illi enim pro *man* vir, *can* posse, iam pronuntiant *men*, *ken*. Sic etiam in Germania septentrionali nonnulli pro: *markt* forum, *garten* hortus, proferunt *merkt*, *gerten*.

91. Vocalis Fatcha cum semivocali Elif proxime sequenti coniuncta significat vocalem â productam sive longam; tum vero littera Elif neque vocalem sibi superscriptam habet, neque Hamsam, neque Weslam; vocatur *Elif prolongationis*; vid. par. 38. 80. Itaque pronuntiandum est: غُلَامٌ *gulâmun* iuvenis, قِتَالٌ *kitâlun* proelium. In codicibus kûficis Elif prolongationis plerumque colore mineo picta caeteris litteris superponitur.

Littera Elif cum Fatcha in hunc usum ideo coniungitur, quoniam illi cum Fatcha quaedam cognatio esse Arabibus visa est. Quam ob rem litteram Elif adpellarunt أُخْتُ ٱلْفَتْحَةِ sororem Fatchae, atque وَفْقُ ٱلْفَتْحَةِ i. e. cum Fatcha congruam.

92. In vocabulis paucis ex usu antiquiori pro Elifa prolongationis nonnunquam posita invenitur aut Wâw, aut Jâ, quae neque Sukûnum, neque aliud pronuntiationis signum, sibi superscriptum habent: صَلَوةٌ *ssalâtun* precatio, حَيَوةٌ *hajâtun* vita, زَكَوةٌ *sakâtun* pia dona, رَمَيهُ *ramâhu* iecit eum. Quae scribendi ratio maxime in codicibus Korâni usitata mansit. Ad radices illorum vocabulorum conformata est; nam si accurate ratio haberetur radicum صلو حيو زكو رمى, vocabula illa pronuntianda essent: *ssalawtun*, *hajawtun*, *sakawtun*, *ramajhu*.

Quotiescunque vero ad illa vocabula accedunt suffixa, non quidem Wâw, sed Elif prolongationis ponenda est: صَلَاتِى *ssalâti* precatio mea, حَيَاتُكَ *hajâtuka* vita tua, صَلَاتَانِ *ssalâtâni* precationes duae; Sacy anthol. gramm. pag. 115. Atque in codicibus multis, etiam nullo suffixo accedente, vocabula illa cum Elif prolongationis scribuntur: صَلَاةٌ حَيَاةٌ زَكَاةٌ.

93. Elif prolongationis ex usu antiquiori in nonnullis vocabulis omittitur. Ponunt enim:

هَذَا pro هَاذَا *hâdsa* hic. لَكِنْ pro لَاكِنَّ *lâkinna* tamen.

ذَلِكَ pro ذَالِكَ *dsâlika* hic. ٱللّٰهُ pro ٱللَّاهُ *allâhu* Deus.

In nonnullis aliis Elif prolongationis modo ponitur, modo omittitur. Scribunt enim:

خَلِدٌ et خَالِدٌ *Châled*, nomen viri.

ٱلْحَرِثُ et ٱلْحَارِثُ *El hâreth*, nomen viri.

عُثْمٰن et عُثْمَان *Othmân*, nomen viri.

ثَلٰثٌ et ثَلَاثٌ *thalâthun*, tres.

Vocalis a vero in his syllabis, sive scripta sit Elif prolongationis, sive omissa, ut â producta pronuntianda est. De qua re plura exposita leguntur Sacy anthol. gramm. pag. 114.

Ubi Elif prolongationis omissa est, librarii diligentiores Fatcham perpendicularem ponunt:

هٰذَا pro هَاذَا . ذٰلِكَ pro ذَالِكَ .

حَيٰوةٌ pro حَيَاةٌ . زَكٰوةٌ pro زَكَاةٌ .

94. *Elif brevis* أَلِفٌ مَقْصُورَةٌ significat vocalem a brevem, *ad finem quorundam vocabulorum* prolatam, cui vocali, si terminatio vocabuli plene pronuntiaretur, adiicienda esset aut littera Wâw, aut littera Jâ; quae litterae vocabulum claudentes aut radicales esse possunt, aut serviles. Sed hae litterae claudentes, quum natura molli atque infirma sint, in pronuntiatione illorum vocabulorum iam evanuerunt, neque nisi sola vocalis a, quae litteras illas claudentes antecedit, mansit. In scribendis vero his vocabulis littera claudens indicatur, atque inde fit, ut Elif brevis gemino modo scribatur:

1. positis Fatcha ac littera Elif; quae scriptura in vocabulis trilitteris usitata est, quorum tertia radicalis est Wâw:

أَلْعَصَا *el assa* fustis; derivatum a radice عصو

أَلْقَفَا *el kafa* occiput; derivatum a radice قفو

غَزَا *ghasa* bellavit; derivatum a radice غزو .

2. positis Fatcha ac littera Jâ; quae scriptura in vocabulis trilitteris usitata est, quorum tertia radicalis est Jâ:

أَلْحِمَى *el hima* septum; derivatum a radice حمى

أَلْحَصَى *el hassa* silices; derivatum a radice حصى

رَمَى *rama* iecit; derivatum a radice رمى

Eadem scriptura in vocabulis omnibus, quaecunque supra tres litteras habent, usurpatur, sive litteram Wâw, sive litteram Jâ, tertiam radicalem habeant, sive aliam qualemcunque:

أَلْمَلْهَى *el melha* oblectatio; derivatum a radice لهو

أَلْمُعَافَى *el moâfa* servatus; derivatum a radice عفو

اِصْطَفَى *istafa* elegit; derivatum a radice صفو

اَلْمِرْمَى *el mirma* iaculum; derivatum a radice رمى

اِقْتَضَى *iktada* flagitavit; derivatum a radice قضى

اَلْكُبْرَى *el kubra* maxima; derivatum a radice كبر

95. Si vero ad finem eorum vocabulorum, quae supra tres litteras habent, duae litterae Jâ concurrant, pro extrema ponitur Elif. Igitur scribunt:

اَلدُّنْيَا *eddunja* mundus; pro اَلدُّنْيَي a radice دنو

اَلرُّؤْيَا *erruja* somnium; pro اَلرُّؤْيَي a radice رأى

Exceptum est nomen proprium يَحْيَى *jachja* i. e. Johannes. Atque etiam in nonnullis nominibus peregrinis, quae supra tres litteras habent, Elif brevis cum littera Elif scribitur:

بَهْنَسَا *Bahnassa*, urbs in Aegypto sita.

بَاغَرْبَايَا *Bâgarbâja*, urbs in Mesopotamia sita.

De qua re legenda sunt, quae El harîri exposuit, Sacy anthol. gramm. pag. 119. 120.

96. Nonnulli ad significandam vocalem, quae Elif brevis vocatur, Fatcham perpendicularem, quasi Elifam minusculam, adhibent, litterae Jâ superpositam:

رَمٰى *rama* iecit. اَلْقَذٰى *el kadsa* festuca.

Quam scribendi rationem in Kâmûsso, id est Fîrûsâbâdensis lexico, Calecuttae edito, usurpatam vidimus.

97. Vocalis a, quae per Elifam brevem significatur, brevior, quam quae per Elifam prolongationis significatur, a grammaticis arabicis existimatur. Ideo vocata est Elif brevis.

98. Terminatio nominum, quam Elif brevis claudit, a grammaticis arabicis vocatur اَلْقِصَرُ brevitas; Kâmûs Calecutt. pag. 636. 1932; in grammatica Sacyi scriptum est اَلْقَصَرُ. Itaque eiusmodi nomina scripta esse dicunt بِالْقَصْرِ *cum brevitate*, sive مَقْصُورَةٌ *brevia*.

99. Vocalis a productior, quum quae per Elifam prolongationis, tum quae per Elifam brevem significatur, a nonnullis Arabibus, maxime Mauritanis, ad vocalem i aliquantum deflectitur, sive inclinatur; quippe

pronuntiatur ut e, ei, ie, i. Quam pronuntiationis deflectionem grammatici Arabes vocant إمالة *inclinationem.* Itaque Mauritani multi proferunt:

مولى *mulei* dominus; titulus honorificus.

ناس *neissun*, *néssun*, homines.

فاس *Fès;* urbs in regno maroccano sita.

Atque alii, inclinatione adhibita:

موسى *mússi*, nomen viri, Moses.

عيسى *íssi*, nomen viri, Jesus.

Quae inclinatio etiam Melitensibus usitata est; qui proferunt:

كتاب *ktieb* liber.	سلام *sliem* incolumitas.
حساب *hsieb* cogitatio.	كلام *kliem* sermo.

100. Distinguunt Arabes: 1. إمالة محض *inclinationem plenam*, quae e apertiorem profert, atque in codicibus Korâni mauritanicis significatur duobus punctis rubris, litterae Elif superpositis, ac vocali Kesra, quae consonanti antecedenti subscripta est; 2. إمالة بين بين *inclinationem mediocrem*, quae e obscuriorem profert, atque significatur uno puncto rubro, litterae Elif superposito, ac vocali Kesra, quae consonanti antecedenti subscripta est.

Inclinationem vocant etiam اضجاع depositionem, ac بطح proiectionem. Quibus locis inclinationem adhibere liceat, exposuit Ebn mâlek, grammaticus Arabs, Sacy anthol. gramm. p. 322.

101. Persae vocabula arabica cum inclinatione crebre adhibita proferunt; quin etiam in scripturam inclinationem passim introducunt. Nam pro عتاب obiurgatio, ركاب stapia, ponunt nonnunquam عتيب ركيب. Lumsden grammar of the persian language; tom. 1. pag. 135.

102. Atque etiam vocalis a brevis, quae per solam Fatcham indicatur, inclinatione adficitur. Quam saepe in e deflecti, supra exposui par. 90. Atque in ipsam i quoque deflectitur; nam vocabulum منارة turris, in sermone vulgari nonnulli proferunt *minâret.*

2. *De vocali Kesra.*

103. Nomen *Kesra* كسر sive كسرة significat: fractionem, atque huic vocali ideo inditum est, quoniam sonum quasi fractum ac compressum, id est subtilem, indicat.

104. Vocalis Kesra ..... proprie est i, atque ut i etiam nunc pronuntiatur, ubi, ad finem vocabuli posita, terminationem vocabuli grammaticam claudit: ٱلْإِنْسَانِ *el inssâni* hominis; ٱلرَّجُلِ *erradschuli* viri; رَجُلٍ *radschulin* alicuius viri; بِقَلْبِهِ *bikalbihi* in corde eius; لِعَامِلٍ *liâmilin* alicui praefecto.

105. Vocalis Kesra, caeteris vocabulorum locis posita, in sermone vulgari saepe iam obtusius profertur, id est ut e: مِنْ *men* ab, وَاقِفٌ *wâkef* stans, يَابِسٌ *jâbes* siccus, ٱلْحَارِثُ *El hâreth*, nomen viri; Savary gramm. pag. 355. 358.

Turcae in vocabulis arabicis Kesram fere ubique ut i pronuntiant.

106. Vocalis Kesra cum semivocali Jâ proxime sequenti coniuncta significat vocalem î productam sive longam; quae Jâ vocatur *Jâ productionis sive prolongationis*; vide par. 68. 80. Itaque pronuntiandum est: رَفِيقٌ *rafîkun* familiaris, قَبِيلَةٌ *kabîlatun* tribus, بِحَبِيبَتِهِ *bihabîbatihi* cum amica sua.

Littera Jâ cum Kesra in hunc usum ideo coniungitur, quoniam illi cum Kesra eadem cognatio est, quae litterae Elif cum Fatcha esse existimatur; vide par. 91.

107. Litterae Jâ, ubi ipsa Jâ productionis est, plerumque Sukûn non superponitur. Sed in nonnullis codicibus tamen Sukûn illi superscribitur, atque Kesra, quae praecedit, perpendicularis pingitur: لِىْ *lî* mihi, كَثِيْرٌ *kathîrun* multum. Atque etiam pronomini suffixo masculino personae tertiae subscribitur Kesra perpendicularis, quoniam vocalis, quae in hoc pronomine inest, pro longa haberi potest: بِهِ *bihî* cum eo, عَلَى شُرْبِهِ *ala schurbihî* super potum eius. Quae scribendi ratio in Kâmûsso, Calecuttae edito, creberrime usurpata cernitur; pag. 1511.

3. *De vocali Damma.*

108. Nomen *Damma* ضَمٌّ sive ضَمَّةٌ significat: contractionem, atque huic vocali ideo inditum est, quoniam ore contracto, sonoque obscuro profertur.

109. Vocalis Damma ...... proprie est u, atque ut u etiam nunc pronuntiatur, ubi, ad finem vocabuli posita, terminationem vocabuli grammaticam claudit: ٱلْوَرْدُ *el wardu* rosa, ٱلْعَنْدَلِيبُ *el andalibu* luscinia, وَجْنَتُهُ *wadschnatuhu* gena eius, رَأْسُهُ *rassuhu* caput eius, تَجْعَلُهُ *tadsch-aluhu* ponis eum.

110. Vocalis Damma, caeteris vocabulorum locis posita, in sermone vulgari frequenter iam obtusius profertur, id est ut o; quin etiam ubi Damma terminationem grammaticam claudit, in sermone vulgari hoc fit: خُبْزَكَ *kchobsak* panis tuus; تَجْعَلُهُ *tedsch-alo* ponis eum; أَلْمُبَارَكُ *el mobârek* fortunatus; Savary gramm. pag. 375.

Turcae in vocabulis arabicis Dammam frequenter ut ü, sive u gallicum, pronuntiant: تَرَنُّمٌ *terennüm* cantatio.

111. Vocalis Damma cum semivocali Wâw proxime sequenti coniuncta significat vocalem û productam sive longam; quae Wâw vocatur *Wâw productionis* sive *prolongationis;* vide par. 67. 80. Itaque pronuntiandum est: أَلْبُرُوقُ *el burûku* fulgura, تَلُوحُ *telûchu* splendet, أَلْمَحْرُوسَةُ *el machrûssatu* custodita, رُؤُوسُهُمْ *ruwûssuhum* capita eorum.

Littera Wâw cum Damma in hunc usum ideo coniungitur, quoniam illi cum Damma eadem cognatio est, quae litterae Elif cum Fatcha esse existimatur; vide par. 91.

112. Litterae Wâw productionis, ubi ad finem vocabuli posita est, nonnunquam adiicitur Elif, ut sonus vocalis productus etiam diligentius significetur. Quod maxime fit in persona tertia pluralis praeteriti: كَتَبُوا *katabû* scripserunt, قَاتَلُوا *kâtalû* pugnaverunt; deinde in persona tertia pluralis futuri subiunctivi ac futuri conditionalis: لِيَكْتُبُوا *lijaktubû* ut scriberent; porro in pluralibus nominum masculinorum regularibus, quae in statu constructo posita sunt: بَوَّابُوا أَلْمَلِكِ *bawwâbû-l maliki* ianitores regis. Futurum يَكْتُبُوا ac nomen بَوَّابُوا vero formae decurtatae sunt, quae pro يَكْتُبُونَ et بَوَّابُونَ ponuntur. Simili fere modo Latini ponunt: *o! pro!* atque etiam, ut sonum vocalis productum diligentius significent: *oh! proh!*

In nonnullis codicibus arabicis vero, Elif illa, quam litterae Wâw productionis ad finem vocabuli positae adiicere solent, omittitur.

113. Litterae Wâw, ubi ipsa Wâw productionis est, plerumque Sukûn non superponitur. Sed in nonnullis codicibus tamen Sukûn illi superscribitur: صَبُورٌ *ssabûrun* patiens, أَكُولٌ *akûlun* edax, قُوتِلُوا *kûtilû* impugnati sunt. Quae scribendi ratio in Kâmûsse, Calecuttae edito, frequenter usurpata cernitur; pag. 1696.

114. Nomini عَمْرٌ *amrun* Amr, quod nomen viri est, plerumque ad finem adiicitur Wâw otiosa: عَمْرٌو *amrun*. Quae Wâw vocalem productam non significat, sed eum tantum in finem additur, ut, ubi vocales non adscriptae sunt, littera Wâw adposita nomen Amr distinguatur ab Omar عُمَرُ. Propterea etiam genitivus nominis Amr cum Wâw illa otiosa adiecta scribitur: عَمْرٍو *amrin* Amri. In accusativo vero, littera Wâw otiosa reiecta, ponitur عَمْرًا *amran* Amrum; etenim Elif adiecta hunc accusativum distinguit ab: عُمَرَ *omara* Omarum.

4. *De Tenwîno sive Nunatione.*

115. Vocabulum *Tenwin* تَنْوِينٌ significat: nunationem, id est adiectionem litterae Nûn; derivatum est a nomine litterae Nûn نُونٌ. Significatur eo consonans n, sive sonus nasalis, qui vocali brevi, quae ad finem nominis posita est, in pronuntiando adiicitur.

116. Sonus hic nasalis eum in finem adiectus esse videtur, ut eo quasi confirmaretur, ac sonorior redderetur vocalis brevis, quae vocabulum claudit, casumque indicat. Quae vocalis finalis propter brevitatem in pronuntiando facile evanescere poterat, nisi adiecto levi sono consonante fulciretur ac retineretur. Itaque vocalis u, quae vocabulum رَجُلُ *radschulu*, vir, claudit, magis tuta esse videbatur, si adiiceretur sonus nasalis n: *radschulun*. Quum vero sonus ille nasalis, qui vocabulum clauderet, nonnisi propter vocalem antecedentem adiiceretur, atque, prout continuatio sermonis flagitaret, modo pronuntiaretur, modo omitteretur, non ipsa consonanti Nûn significatus est, sed vocalis tantum signo aliquantum immutato, et quidem eo duplicato.

Sonus nasalis, qui per Tenwînum vocali adiicitur, illi sono similis esse videtur, qui in lingua sanskrita Anusvâra i. e. *postvocalis* nuncupatur; Lepsius Palaeographie, pag. 76. Quattuor nasales sanskritas quasi Tenwîna esse, id est vocales u, a, e, i, cum Anusvâra coniunctas, easque igitur proprie: un, an, en, in, significasse, coniecit Lepsius loc. cit. pag. 17.

117. Tenwînum, sive sonum nasalem claudentem, accipiunt nomina singularia declinationis primae omnia, *ubicunque indefinita posita sunt*; atque nomina pluralia, quum primae, tum secundae declinationis, quae in اتٌ..... *âtu* desinunt, *ubicunque indefinita posita sunt.*

Indefiniti nominis signum itaque est Tenwînum in declinatione prima, atque in pluralibus declinationis secundae, quae in اتٌ.... desinunt. Nomen

indefinitum enim terminationem retinet integram, plene pronuntiatam. Nomen definitum vero, quod aut articulo, aut genitivo adiecto distinguitur, propter ea, quae ad ipsum accedunt, terminationem suam decurtat; quo fit, ut Tenwînum pereat.

118. Indicatur Tenwînum signo vocalis duplicato:

رَجُلٌ sive رَجُلٌ *radschulun* aliquis vir.

رَجُلٍ *radschulin* alicuius viri.

رَجُلًا *radschulan* aliquem virum.

Igitur Tenwînum Fatchae, sive Tenwînum accusativi, etiam litteram Elif sibi adiungit. Quod ideo fieri videtur, quod casum accusativum, tanquam gravissimum, iam in scriptura veteri, quae punctis lineolisque vocalibus carebat, certo signo distinguere voluerunt, eumque in finem tunc litteram Elif ad eum adposuerunt.

Ea vero vocabula, quae in ة desinunt, Tenwînum Fatchae accipiunt littera Elif carens. Itaque scribendum est: مَدِينَةً *medînetan* aliquam urbem, جَارِيَةً *dschârijetan* aliquam puellam. Quod fit, ne littera ة, quae vocabulum claudit, in ت transformanda sit; nam ubicunque post ة adiicitur aliqua littera, ة transformanda est in ت. Vide par. 66.

Atque ea quoque vocabula, quae in Elifam brevem ىَ...., vel in Elifam hamsatam desinunt, Tenwînum Fatchae accipiunt littera Elif carens: هُدًى *hudan* aliquam ductionem, شَيْءً *schaian* aliquam rem. Nonnulli vero scribunt, littera Elif addita: شَيْئًا *schaian*.

119. Sonus nasalis, qui in Tenwîno inest, in praelegendo Korâno easdem pronuntiationis immutationes in se admittit, quibus adficitur littera Nûn; vide par. 65.

120. Plena Tenwîni pronuntiatio vocatur دَرْجٌ *progressio*, ac وَصْلٌ *iunctio*. In pausa vero, id est ad propositionis finem, extremi vocabuli Tenwînum non profertur; quod vocatur وَقْفٌ *statio*. Vide cap. de syll. paus.

5. *De Diphthongis.*

121. Arabes nonnisi duas diphthongos habent, id est *ai* et *au*. Fatcha cum sequenti littera Jâ, cui Sukûn superscribitur, coniuncta significat

diphthongum *ai* sive *ei:* لَيْلٌ *lailun* nox, بَيْضَةٌ *baidatun* ovum, أَيْ *ai* id est, مَدِينَتَيْ *medînetai* duarum urbium.

Igitur diphthongus *ai* accipit litteram Jâ *signo Sukûn distinctam:* يَدَيْ *jadai* duarum manuum; Elif brevis vero accipit litteram Jâ *nullo signo distinctam:* يَدَى *jada* bene meritus est; vide par. 95.

122. Fatcha cum sequenti littera Wâw, cui Sukûn superscribitur, coniuncta significat diphthongum *au:* لَوْ *lau* si, يَوْمٌ *jaumun* dies, مَوْكِبٌ *maukibun* turma, مَوْدُودٌ *maudûdun* dilectus, مَوْلَانَا *maulânâ* dominus noster.

Turcae diphthongum *au* in vocabulis arabicis plerumque ut *aw* sive *ew* proferunt. Hi itaque pronuntiant: لَوْ *lew*, يَوْمٌ *jewmun*, مَوْكِبٌ *mewkibun*, مَوْدُودٌ *mewdûdun*, مَوْلَانَا *mewlânâ*. Arabes plebeii diphthongum au nonnunquam in o contrahunt: قَوْلٌ *kôl* sermo, يَوْمٌ *jôm* dies.

123. Diphthongus *au*, quae certas personas praeteriti, futuri, atque imperativi verborum defectivorum claudit, accipit Elifam otiosam, quae diphthongum quasi magis productam significat; vide par. 112. Itaque scribunt: رَمَوْا *ramau* iecerunt, غَزَوْا *gasau* bellaverunt, أَرْضَوْا *irdhau* acquiescite, لِيَرْضَوْا *lijardhau* ut acquiescerent. Derivata sunt enim haec a verbis defectivis رَمَى, غَزَا, رَضِيَ, atque quasi contracte posita pro رَمَيُوا *ramajû*, غَزَوُوا *gasawû*.

6. *Generalia quaedam de vocalibus exponuntur.*

124. Tironibus, quum arabica legere incipiunt, hoc iterum atque iterum inculcandum est, ut vocales productas ـَا.... â, ـِي.... î, ـُو.... û, in legendo re vera bene producant. Ingratissimum enim est auribus Orientalium, atque ab ingenio linguae arabicae prorsus abhorrens, si vocabula كِتَابٌ *kitâbun* liber, غُلَامٌ *gulâmun* iuvenis, perperam, ut a tironibus nostris proferri solent, vocali a correpta pronuntiantur: *kitabun*, *gulamun*. Germani quippe ad trochaeos ubique quaerendos maxime proni sunt. Unde fit, ut chalifae celeberrimi nomen هَرُونُ ٱلرَّشِيدُ barbare plane atque inepte homines nostri proferre soleant: *hârun al râschid*. Quod nomen pronuntiandum est: *harûn arraschîd*, i. e. Harûnus probus. Ergo vocubulum قِتَالِهِ pugnae eius, non pronuntiandum est *kitaliki*, quasi e duobus trochaeis compositum esset, sed

kitâlihi ◡–◡◡. Sic مَدِينَتِهِ urbis eius, non est *mĕdinâtihi*, sed *medinatihi* ◡–◡◡◡.

125. Consonans, quae vocalem adscriptam habet, a grammaticis Arabibus vocatur مُحَرَّكَةٌ *mota*, quoniam vocalis nuncupatur حَرَكَةٌ *motio*; vide par. 85. Quae Fatcham adscriptam habet, vocatur مَفْتُوحَةٌ *fatchata*; quae Kesram, مَكْسُورَةٌ *kesrâta*; quae Dammam, مَضْمُومَةٌ *dammata*. Quae nullam vocalem, sed signum Sukûn سُكُونٌ i. e. *quietem*, adscriptum habet, vocatur سَاكِنَةٌ sive مُسَكَّنَةٌ *quiescens*; vide par. 30. 35. Quod nomen etiam ad litteras prolongationis ا و ى traducitur; vid. par. 80. Sacy gramm. tom. 1. pag. 51.

126. Vocales, ubi ad finem vocabulorum positae varios nominum casus, ac futuri verborum modos distinguunt, peculiaribus nominibus designantur. Tum enim Fatcha vocatur نَصْبٌ *positio*, quoniam sonum quasi positum fixumque indicat; vocabulum, quod in Fatcham desinit, nuncupatur مَنْصُوبٌ *positum*. Kesra vocatur خَفْضٌ *depressio*, vel جَرٌّ *infimum*, quoniam sonum quasi depressum exilemque indicat; vocabulum, quod in Kesram desinit, nuncupatur مَخْفُوضٌ *depressum*, vel مَجْرُورٌ *demissum*. Damma vocatur رَفْعٌ *elatio*, quoniam sonum indicat, qui paulo altior quam Kesra est; vocabulum, quod in Dammam desinit, nuncupatur مَرْفُوعٌ *elatum*.

Alii nomina haec spectare dicunt ad varias oris partes, cum superiores, tum inferiores, quibus singulae vocales proferuntur; Sacy gramm. tom. 1. pag. 397.

127. Vocalis ad finem vocabuli posita, sive producta sit, sive brevis, ubi fortius profertur sive intenditur, in sonum spirantem desinere solet. Eam ob causam Latini non modo: *pro!* sed etiam *proh!* scribunt. Atque sic etiam Arabes, ubi vocalem claudentem intendi volunt, quod maxime in pausa, id est ad propositionis finem, fit, litteram Hê quiescentem adiiciunt. Quae littera propterea vocatur هَآءُ ٱلْوَقْفِ *Hê pausae*, atque هَآءُ ٱلسُّكُوتِ vel هَآءُ ٱلسَّكْتِ *Hê silentii*, quia post illam litteram prolatam silentium fit.

Itaque:

pro يَا غُلَامِي *jâ gulâmî* o mi puer! ponitur: يَا غُلَامِيهْ *jâ gulâmih*.

pro وَا مُوسَى *wâ mûssâ* vae Mosi! ponitur: وَا مُوسَاهْ *wâ mûssâh*.

128. Hê illa quiescens eundem in finem etiam vocalibus brevibus adiicitur, quae ad finem vocabulorum, atque maxime detruncatorum, positae sunt. Quod in Korâno passim factum cernitur in verborum defectivorum futuris apocopatis atque imperativis: لَمْ يَرْضَهْ *lam jardhah* pro: لَمْ يَرْضَ non acquievit; أَقْتَدِهْ *iktedih* pro: أَقْتَدِ incede. Maxime hoc in iis verborum defectivorum imperativis fit, qui ita decurtantur, ut nonnisi singula littera relinquatur; tum ad sustentandam huius litterae vocalem adiicitur Hê quiescens. Itaque pro imperativis تِ *ti* veni, رَ *ra* vide, قِ *ki* cave, ponunt: تِهْ *tih*, رَهْ *rah*, قِهْ *kih*. Qui imperativi derivati sunt a verbis defectivis أَتَى رَأَى وَقَى.

Simili modo ad intendendam vocalem û, vel diphthongum au, ubi ipsae vocabula claudunt, Elifam otiosam sive quiescentem adiiciunt; vide par. 112. 123.

129. *Vocales raptae* مُخْتَلَسَةٌ nuncupantur Kesra ac Damma, quotiescunque in praelegendis Korâno carminibusque ita raptim proferuntur, ut earum sonus aut vix, aut prorsus non percipiatur. Cuius pronuntiationis volatilis genera propterea duo sunt:

1. رَوْمٌ sive رُومٌ *nisus*. Est pronuntiatio volatilis quidem, ac brevis, at paulo tamen fortior, ita ut sonus quidam vocalis audiatur, ipsaque vocalis dignitatem suam prosodiacam retineat. Quod genus adhibetur e. g. in proferenda extrema vocabuli consonanti, si ab eadem consonanti vocabulum proxime sequens incipit. Itaque in pronuntiandis verbis شَهْرُ رَمَضَانَ *schahru ramadhâna* mensis Ramadân, Dammam, qua primum vocabulum terminatur, per Raumam raptim proferri, at non prorsus tamen omitti iubent. Duas enim consonantes quiescentes iunctim positas, ut in شَهْرْ, linguam arabicam non ferre contendunt; vid. par. 195.

2. إِشْمَامٌ *odorare*, quasi odorem tantum vocalis impertire consonanti. Est pronuntiatio ita volatilis, ut sonus vocalis prorsus non audiatur, quanquam labiorum motio cerni possit; unde fit, ut vocalis hoc modo prolata dignitatem suam prosodiacam plane amittat. Sic in versiculo hoc, qui ad metrum Redsches compositus est:

مَتَى أَنَامُ لَا يُؤَرِّقْنِي ٱلْكَرِى

Quando dormio, me non expergefacit mulio

vocalem Dammam litterae Kâf, quae in vocabulo يُورَقَى inest, superscriptam in pronuntiando per Ischmâmum prorsus omitti, iubent. Nam si retineretur Damma, metrum Redsches turbaretur.

De qua re plura, e Dschauhârii lexico depromta, dedit Sacy, gramm. tom. 1. pag. 42—45.

130. In sermone vulgari vocales breves multae omittuntur, quum quae in primis vocabuli syllabis, iisque simplicibus, tum quae in extrema pronuntiandae essent. Sic pro: أَلْمُنَاصِرُ *el munâssiru* adiutor, كَتَبَ *kataba* scripsit, كِتَابٌ *kitâbun* liber, تَقَاتَلُوا *takâtalû* pugnaverunt inter se, مُبَارَكٌ *mubârakun* prosperum, in sermone vulgari pronuntiant: *el mnâssir, ktab, ktâb, tkâtalû, mbârak.*

Quum vero *duas consonantes* vocali syllabae praemittere, ab incorruptae linguae arabicae ingenio alienum sit, in illius generis vocabulis, e more vulgari contractis, primae consonanti vocalem novam, quasi subditiciam, quae e vel i est, in pronuntiando praemittunt, ut pronuntiatio facilius procedat. Itaque alii:

pro *mnâssir* pronuntiant *emnâssir.*
pro *mbârak* pronuntiant *embârak.*
pro *tkâtalû* pronuntiant *etkâtalû.*

De qua re infra plura exposita sunt par. 194.

131. Puncta vocalia, quae breves vocales indicant, in codicibus multis nonnisi rara adponuntur; quin in nonnullis libris epistolisque prorsus omittuntur. In aliis adscripta quidem cernuntur, sed quum ab indoctis notariis addita sint, perperam posita.

132. Consonantibus puncta vocalia ac signum Sukûn adscribere, ab Arabibus vocatur إِضْبَاطٌ *adnotatio;* omittere ea, vocatur إِهْمَالٌ *omissio.*

Caput quartum.

De pronuntiationis signis.

133. Pronuntiationis signa vocamus notas quasdam, quae, praeter puncta vocalia, consonantibus adponuntur ad pronuntiationem adcuratius indicandam. Quae quidem signa sunt: Sukûn, Teschdîd, Hamsa, Wesla, Medda. Vide par. 30.

1. *De Sukûno ac Dschesma.*

134. Vocabulum *Sukûn* سُكُونٌ significat *quietem*, id est absentiam vocalis; nam quae consonans vacua est vocali, quiescens سَاكِنَةٌ vocatur; vide par. 125.

135. Itaque signum Sukûn ..... sive ..... indicat, consonantem, cui superpositum est, vocali vacuam esse. Cuius quidem generis consonantes ex arabicae linguae ingenio nonnisi in syllabarum compositarum fine ponuntur. Sic igitur scribitur: مُسْلِمٌ *mus-li-mun* Moslemus, i. e. pius; قَاتَلْتُ *kâ-tal-tu* pugnavi; أَزْرَقُ *as-ra-ku* caeruleus.

136. Si Sukûn extremae vocabuli consonanti, eique plerumque radicali, superponitur, suppressa extremae consonantis vocali, ipsum vocatur *Dschesma* جَزْمٌ i. e. *detruncatio*. Vocabula, quae in Dschesmam desinunt, vocantur مَجْزُومٌ *detruncata*, quoniam extremam partem, id est vocalem extremam, amiserunt. Quae detruncatio maxime in futuro conditionali usitata est: إِنْ يَجْلِسْ *in jadschlis* si sedeat, إِنْ يَقْدِمْ *in jukdim* si procedat. Apud poetas etiam nomina ac praeterita verbi detruncatione adficiuntur: رَجُلْ vir, جَبَلْ mons, هَدَمْ evertit; quae posita sunt pro رَجُلٌ جَبَلٌ هَدَمَ.

Multi viri docti quodcunque signum Sukûn adpellant Dschesmam.

137. Consonans, quae in pronuntiando prorsus omittitur, signum Sukûn, quod ei adscribendum esset, amittit. Quod maxime accidit litterae Lâm, quae in articulo أَلْ inest, quotiescunque articulum sequitur littera solaris; vide par. 82. Tum enim Lâm articuli evanescit, sive in litteram solarem, quae sequitur, transit; igitur Lâm quidem scribitur, sed Sukûn ei non adponitur: اَلتُّرَابُ *etturâbu* humus, اَلدَّلْوُ *eddalwu* situla, اَلسَّمَكُ *essamaku* piscis. Sic etiam pro أَخَذْتُ *achadstu* cepi, ponitur Sukûno suppresso: أَخَذتُ *achattu*, quoniam Dsâl quiescens in sequentem litteram Tâ, tanquam sibi cognatam, transit.

Eam ob causam litterae Jâ, quae Elifam brevem claudit, Sukûn non superponitur. Nam in pronuntiando Jâ illa prorsus omittitur: عَلَى *ala* contra, إِلَى *ila* ad; vid. par. 94. 121.

138. Litteris prolongationis Elif, Wâw, Jâ, plerumque Sukûn non superponitur; scribunt igitur: قِتَالٌ *kitâlun* proelium, رَسُولٌ *rassûlun* nuntius,

شَرِيفٌ *scherîfun* nobilis. Nonnulli notarii vero Sukûnum iis adponunt; vide par. 107. 113.

Diphthongis *ai* ـَيْ..... atque *au* ـَوْ..... signum Sukûn semper adscribitur, quoniam in iis litterae Jâ ac Wâw vim quandam retinent ad diphthongum efficiendam; vide par. 121.

2. *De Teschdîdo.*

139. Vocabulum *Teschdîd* تَشْدِيدٌ significat corroborationem, id est duplicationem consonantis, quae ita fit, ut aliqua consonans bis ponatur, nulla vocali intercedente; ut: bb rr dd.

140. Indicatur haec duplicatio signo ..ّ..., consonanti superposito; quod quidem signum proprie litteram Schîn esse minusculam, atque vocabulum شِدَّةٌ *robur* significare dicunt. Itaque ad duplicationem significandam Teschdîdum sic ponunt: دُبٌّ *dubbun* ursus, حُرٌّ *hurrun* ingenuus, جَدٌّ *dschaddun* avus, فَرَّقَ *farraka* disiecit, مَوَدَّةٌ *mawaddatun* amicitia.

141. Duplicatae consonantes non modo post vocales breves, verum etiam post productas, atque maxime post â productam, ac diphthongos, ab Arabibus ponuntur: حَارٌّ *hârrun* calens, مَادَّ *mâdda* extendit, اَلْعَامَّةُ *el âmmatu* vulgus, تَأْمُرُونِّي *tamurûnni* iubetis me, دُوَيْبَّةٌ *doweibbetun* bestiola.

142. Consonantes omnes, atque igitur etiam gutturales atque Elif hamsata, duplicationem in se admittunt, ubicunque regulae grammaticae duplicationem flagitant: رَحَّبَ *rach-chaba* gratulatus est, رَعَّبَ *ra-aba* terruit. Vide par. 150.

143. Duplicatio consonantis vocatur etiam تَثْقِيلٌ *aggravatio.* Igitur consonans duplicata nuncupatur et مُشَدَّدَةٌ *corroborata*, et مُثَقَّلَةٌ *aggravata.* Absentia duplicationis vocatur تَخْفِيفٌ *levatio;* consonans non duplicata igitur vocatur مُخَفَّفَةٌ *levata.*

144. Distingui potest Teschdîdum *necessarium* ab *euphonico.* Necessarium id vocatur, quod ex formae grammaticae lege consonantem aliquam *per se ipsam* duplicat. Quod poni non solet nisi post *antecedentem vocalem.* E quo genere ea Teschdîda sunt, quae in formis verborum secunda, quinta, nona, undecima, ponuntur; ut in forma secunda: فَرَّقَ *farraka* disiecit; in

forma quinta: تَقَلَّدَ *takallada* accinctus est. Nam si Teschdîda ab his vocabulis abessent, recta forma haec vocabula non induta essent.

145. Teschdîdum *euphonicum* id vocatur, quod ex euphonica *consonantis antecedentis, sive mollioris, sive mutae, transformatione* enascitur; quam transformationem Arabes vocant إِدْغَامٌ *insertionem;* vide par. 65. Antecedens enim consonans, *si quidem quiescens est*, transit in sequentem sibi cognatam; quae eam ob causam in pronuntiando duplicatur, atque in scribendo distinguitur adposito Teschdîdo. Antecedens in scribendo quidem retinetur; sed eius Sukûnum vel Dschesma tollitur. Vide par. 137.

Igitur Teschdîdum euphonicum, quod post consonantem quiescentem ponunt, enascitur:

a. transformata littera Lâm articuli أَلْ, ubicunque articulum sequitur littera solaris: أَلطَّبْلُ *ettablu* pro أَلْطَبْلُ tympanum; vide par. 82.

b. transformata littera Nûn dschesmata, ubicunque eam sequitur aliqua litterarum Lâm, Wâw, Mîm, Jâ, Râ; vide par. 65. Itaque in codicibus Korâni curatius scriptis pro: مِنْ رَبِّهِ *min rabbihi* a domino suo, مِنْ لَيْلٍ *min lailin* a nocte, ponunt cum Teschdîdo euphonico: مِن رَّبِّهِ *mirrabbihi*, مِن لَّيْلٍ *millailin*. Nonnunquam ipsa Nûn omittitur; quod maxime fit in particulis مِنْ de, عَنْ ab, إِنْ si, أَنْ ut. Nam pro: مِنْ مَا *min mâ* de quo, عَنْ مَنْ *an man* a quo, ponunt: مِمَّا *mimmâ*, عَمَّنْ *amman*.

c. transformata littera muta, et quidem maxime aliqua litterarum ث د ذ ص ط ظ, quam alia muta sequitur. Quae quidem plerumque ت est, quoniam nonnulla affixa personalia, quae in verborum praeteritis ad radicem affiguntur, a littera ت incipiunt. Igitur pro: لَبِثْتُ *labith-tu* moratus sum, رَبَضْتَ *rabadh-ta* cubuisti, ponunt cum Teschdîdo euphonico: لَبِتُّ *labittu*, رَبَتَّ *rabatta*.

146. *Insertionis* ac Teschdîdi euphonici usus in nonnullis Korâni codicibus etiam latius patet. Si quod vocabulum *eadem consonanti* terminatur, quae sequentis vocabuli prima est, fit illius insertio; igitur pro لَهُمْ مَغْفِرَةٌ iis venia, ponitur لَهُمَّغْفِرَةٌ. Porro si vocabulum consonanti terminatur, quae *similis* primae vocabuli sequentis consonanti est, item fit illius insertio; igitur pro إِذْ تَلْقَوْنَهُ quum reperitis eum, ponitur إِتَّلْقَوْنَهُ.

Consonantes *similes* مُتَجَانِسَةٌ sive مُتَقَارِبَةٌ eae sunt, quae aut similem sonum habent, aut eadem oris parte proferuntur.

Quin etiam ubi antecedentis vocabuli consonans extrema vocalem brevem habet, insertiones illae fiunt: أَخَاهُ هَّرُونَ fratrem eius Harûnum, نَحْنُ لَّهُ nos ei. De quibus insertionibus, quae in solis fere Korâni codicibus significantur, plura exposuit Sacyus, gramm. tom. 1. pag. 55—59.

147. Euphonicum id quoque Teschdîdum vocandum esse videtur, quod, antecedenti consonante transformata, *eaque e scriptura prorsus sublata,* ponitur. Quod fieri solet, ubi in medio vocabulo eaedem consonantes concurrunt; nam pro: ثَبَتْتُ constiti, أَمِنْنَا tuti fuimus, مَدَدَ extendit, ponuntur: ثَبَتُّ أَمِنَّا مَدَّ. Quod idem, ubi consonantes cognatae concurrunt, nonnunquam fit; nam in forma verbi octava pro اِظْطَلَمَ vexatus est, nonnulli ponunt اِظَّلَمَ. Porro ubi litterae molliores Wâw ac Jâ in octava verbi forma cum littera duriori ت concurrunt, illud fieri solet. Nam quae a verbis أَخَذَ cepit, وَقَى cavit, يَسَرَ facilis fuit, derivantur formae octavae, non scribuntur اِيتَخَذَ اِوْتَقَى اِيْتَسَرَ, sed اِتَّخَذَ اِتَّقَى اِتَّسَرَ; vide par. 201. d.

148. Rarius fit, ut, *consonanti sequente in antecedentem transformata,* Teschdîdum euphonicum ponatur. Accidit hoc in octava verborum forma, ubi consonans illa muta, quae ad formam octavam distinguendam post primam radicalem additur, in radicalem antecedentem sibilantem transit. Nonnulli enim pro اِذْدَكَرَ recordatus est, ponunt اِذَّكَرَ. Alii hoc pro اِدْدَكَرَ scriptum esse dicunt; vide par. 201. c.

3. *De Hamsa.*

149. Vocabulum *Hamsa* هَمْزٌ sive هَمْزَةٌ proprie significat pulsationem, punctionem. Ad pronuntiationem litterae Elif vero traductum indicare videtur illius litterae pronuntiationem acutiorem, gutturalem, quae guttur quasi pungit. Signum Hamsae est ......ء, quod quidem litteram Ain minusculam esse dicunt; Hamsam enim sono litterae Ain similem esse.

150. Hamsa signum est litterae Elif proprium. Significat autem, ubicunque Elifae adpositum est, *Elifam esse consonantem*, id est spiritum lenem, cum aliqua vocali proferendum; vide par. 37. Itaque quaevis Elif hamsata aut vocalem sibi adscriptam habeat, aut Sukûnum sive

Dschesmam, necesse est. Signum Hamsae vocali vel Sukûno proximum pingi solet: أَكَلَ *akala* comedit, إِقْبَالٌ *ikbâlun* progressus, أُدْمٌ *udmun* corium, مَرْأًى *mar-an* visus, لِأَنَّ *li-anna* etenim, سَأُقْبِلُ *ssa-ukbilu* progrediar, رَأْسٌ *ra-ssun* caput. Quum Elif hamsata littera consonans sit, ipsa etiam duplicationem sive Teschdîdum in se admittit; tum Hamsa omitti solet: رَأَّيْتُ *ra-aitu* spectare feci, تَرَأَّيْتُ *tara-aitu* adparui; Kâmûs pag. 1880. Vide par. 142. Nonnulli Elifae hamsatae duplicatae non modo Teschdîdum cum vocali coniunctum, sed etiam Hamsam superscribunt.

Sunt etiam, qui Elifae hamsatae Hamsam suam non superponunt, sed postponunt. Hi igitur pro بَرَأْتُ *ba-ra-tu* creavi, ponunt بَرَاءْتُ.

151. Tironibus hoc strenue inculcandum est, ut Elifam hamsatam cum vocali sua vel cum Sukûno coniunctam in pronuntiando ubique *bene dirimant* a syllaba praecedenti; utque igitur:

مَسْأَلَةٌ quaestio, non pronuntient *mas-sa-la-tun*, sed: *mass-a-la-tun*.

اِمْرَأَةٌ femina, non pronuntient *im-ra-tun*, sed: *im-ra-a-tun*.

أَرْأَى aptior, non pronuntient *a-ra*, sed: *ar-a*.

152. Eam ob causam Elif hamsata, et maxime quidem quae prima vocabuli consonans est, ab Arabibus vocatur etiam هَمْزَةُ ٱلْقَطْعِ Hamsa diremtionis, quae syllabam suam a praecedenti prorsus dirimat ac seiungat.

Ipsa Elif hamsata vocabulo أَلْهَمْزَةُ indicatur, quoniam Hamsa nota illius Elifae propria est; vide par. 37.

Elifam hamsatam vocant etiam *Elifam mobilem*; quia, quae vocalibus instruuntur consonantes, motae vocantur; vide par. 125.

153. Elifae consonantes, eaeque igitur adposita Hamsa distinguendae, sunt:

1. quaecunque Elif *prima vocabuli littera* est, sive radicalis, sive servilis; vide par. 83. Nam omnes Arabum syllabae a consonante incipiunt; vide par. 193. Itaque scribendum est: إِنْ *in* si, إِنَّ *inna* profecto, أَنَّ *anna* quod, أَخْبَرَ *akchbara* nuntiavit, أُرْسِلُ *ur-ssi-lu* mittam, أَعْوَرُ *a-wa-ru* aliquis luscus, أَكْثَرُ *ak-tha-ru* plus. Si vocabulis, quae a littera Elif incipiunt, aut articulus, aut particula, aut utrumque praefigitur, Elif tamen illa inceptiva Hamsam suam retinet. Itaque scribendum est:

وَأَخْبَرَ *wa-akch-ba-ra* ac nuntiavit, فَأُرْسِلَ *fa-ur-ssi-la* ut mittam, الأَعْوَرُ *el a-wa-ru* luscus, بِالأَكْثَرِ *bil-ak-tha-ri* cum maiori parte.

Exceptae sunt certae quaedam Elifae inceptivae, quae Hamsam suam amittunt, atque ideo vocantur *Elifae unionis*; de quibus infra exponitur par. 168. E quibus illa Elif est, a qua ipse articulus ال incipit; qui, nisi in eum caderet haec exceptio, scribendus esset أَلْ.

Atque etiam Elif in medio vocabulo posita, si prima littera novae syllabae est, accipit Hamsam. Nam haec Elif, quum prima syllabae littera sit, nonnisi consonans esse potest. Igitur scribunt: سَمَاأٌ sive سَمَاءٌ *ssa-mâ-un* coelum, أَعْدَاأُكُمْ sive أَعْدَاءُكُمْ *a-dâ-a-kum* hostes vestros; vid. par. 158.

2. quaecunque Elif *radicalis*, sive in medio vocabulo, sive ad finem posita est. Radicalis vocatur, quae e tribus vel quatuor litteris vocabuli primitivis est; vide par. 83. Igitur scribendum: سَأَلَ *ssa-a-la* interrogavit, مِسْأَبٌ *miss-a-bun* potu expletus, بَرَأَ *ba-ra-a* creavit. Nam quae in his vocabulis insunt Elifae, radicales sunt.

De Hamsa, quae litteris Wâw et Jâ adscribitur.

154. Elif hamsata per vocalium, quae ad eam accedunt, vim frequenter in litteram Wâw, vel in litteram Jâ, transformatur; vide par. 207. Quod ubicunque factum est, litteris his, Elifae hamsatae vicariis, Hamsa superponitur, quae veram illarum litterarum originem indicat. Igitur scribunt: رُؤُوسٌ *ru-wû-ssun* capita, مُؤْمِنٌ *mu-mi-nun* credens, سُئِلَ *ssu-ji-la* interrogatus est, تَهْنِئَةٌ *tah-ni-ja-tun* gratulatio; nam haec vocabula derivata sunt a radicibus رَأْسٌ caput, أَمِنَ tutus fuit, سَأَلَ interrogavit, هَنَأَ bene processit.

Litterae Jâ hamsatae duo puncta sua nonnulli notarii adimunt, quoniam ipsa Hamsa, quae ei superscripta est, satis indicat, litteram Jâ hoc loco positam esse. Illi igitur scribunt: تَهْنِئَةٌ *tahnijatun*.

155. Nonnunquam litterae Wâw, etiamsi ex Elifa hamsata non orta est, tamen Hamsa adscribitur, quoniam Wâw illa fere ut Elif hamsata pronuntianda est; vide par. 193. ac Notices et extraits; tom. 8. pag. 327 seqq. tom. 9. pag. 18. Quod in medio vocabulo fit, ubi duae Wâwae

concurrunt, quarum prima vocalem Dammam adscriptam habet, altera quiescit وُّو. Tum vero primam Wâwam oportet neque Teschdîdo duplicatam esse, neque antecedentem habere litteram Sukûno distinctam. Itaque:

pro نَوُومٌ *nawúmun* somniculosus, ponitur نَؤُومٌ *na-úmun*.

pro خُوُولَةٌ *chuwúlatun* avunculi, ponitur خُؤُولَةٌ *chu-úlatun*.

Quorum vocabulorum radices sunt خول نوم. Pronuntiatio *na-úmun* facilior nonnullis fuisse videtur quam *nawúmun*. Nam in sermone vulgari etiam in prima vocabuli syllaba pro وَ *wa* et وُ *wu* proferri *u*, supra commemoravimus par. 67. Quod interdum etiam a poetis usurpatum reperitur; Sacy anthol. gramm. pag. 57. 58. ubi poeta pro اَلْوُقُودُ *el wukúdu* flamma, posuit اَلْؤُقُودُ *el ukúdu*.

Pro نَؤُومٌ somniculosus, خُؤُولٌ avunculi, نَؤُورٌ atramentum, nonnulli, altera Wâwa suppressa, ponunt نَؤْمٌ خُؤْلٌ نَؤْرٌ, Kâmûs pag. 1702. 1441. 676. Ubi primam Wâwam antecedit Elif productionis, altera Wâw plerumque supprimitur; Sacy anthol. gramm. pag. 117. 118. Ponunt igitur:

دَاوُودٌ et دَاؤُدٌ *dâwúdun* sive *dâ-údun*, David.

طَاوُوسٌ et طَاؤُسٌ *tâwússun* sive *tâ-ússun*, pavo.

Si vero duae Wâwae nonnisi propter aliquam contractionem factam concurrunt, Hamsam adscribere non licet. Ergo in vocabulo مُلْتَوُونَ plicati, primae Wâwae Hamsa non adiicitur; nam vocabulum contractum est, idque e مُلْتَوِيُونَ ortum.

156. Quin etiam post litteram Sukûno distinctam singula Wâw, in medio vocabulo posita, quae vocalem Dammam adscriptam habet, nonnunquam in Elifam sive Hamsam transit, atque idcirco Hamsa adposita distinguitur. Ponunt enim:

أَدْوُرٌ *adwurun*, أَدْؤُرٌ et أَدْأُرٌ *ad-urun*, aedes.

أَنْوُرٌ *anwurun*, أَنْؤُرٌ *an-urun*, ignes.

157. Atque nonnunquam etiam litterae Jâ, etiamsi ex Elifa hamsata non orta est, tamen Hamsa adscribitur, quoniam Jâ illa fere ut Elif hamsata pronuntianda est; vide par. 193. Quod quidem fit, ubi littera Jâ post Elifam productionis posita vocalem Kesram accipit; id est:

a. in participio فَاعِلٌ a radicibus concavis derivato; قَائِلٌ *kâ-i-lun*

dicens, سَائِرٌ *ssâ-i-run* incedens; quae a radicibus concavis سير قول derivata sunt. Vide caput de verbis concavis.

b. in plurali fracto فَوَاعِلُ a radicibus concavis derivato; نَوَائِبُ *na-wâ-i-bu* infortunia, زَوَائِدُ *sa-wâ-i-du* augmenta; quae a radicibus زيد نوب derivata sunt.

c. in plurali fracto مَفَاعِلُ a radicibus concavis, quarum media radicalis Wâw est, derivato; مَغَائِرُ *ma-gâ-i-ru* cavernae; quod a radice concava غور derivatum est. Si vero media radicalis est Jâ, Hamsa non adponitur; itaque scribendum est مَعَايِشُ *ma-â-i-schu* alimenta; nam hoc vocabulum a radice عيش derivatum est.

d. in plurali fracto فَعَائِلُ a radicibus sanis derivato; رَغَائِبُ *ra-gâ-i-bu* opes, عَجَائِبُ *a-dschâ-i-bu* miracula; quae a radicibus sanis عَجِبَ رَغِبَ derivata sunt.

e. in nominibus propriis nonnullis peregrinis; إِسْرَائِيلُ sive إِسْرَائِلُ *is-râ-î-lu* Israel, جِبْرَائِلُ *dschib-râ-î-lu* Gabriel.

In sermone vulgari etiam syllabam يَ *ja* a fronte vocabuli positam frequenter proferri *i*, tumque igitur litteram Jâ quasi in Elifam hamsatam converti, supra commemoravimus par. 68. Quod pronuntiationis lenioris atque expeditioris causa fieri videtur.

Elifae productionis, quae alteram Elifam sive Hamsam antecedit, nonnulli Meddam superponunt. Igitur scribunt: عَجَآئِبُ زَوَآئِدُ. Vide par. 178.

De Hamsa solitaria.

158. Saepenumero, quum in medio vocabulo, tum in vocabuli fine, *sola Hamsa* cum vocali sua coniuncta ponitur, suppressa littera Elif, vel Wâw, vel Jâ, quae Hamsae adponenda esset. Quod fit:

a. post litteram productionis vel diphthongum:

أَعْدَاءُهُ *a-dâ-a-hu* hostes eius; pro أَعْدَاأُهُ

مَقْرُوءَةٌ *mak-rû-a-tun* lecta; pro مَقْرُوؤَةٌ

أَحِبَّاءِي *a-chib-bâ-i* amici mei; pro أَحِبَّائِي

تَوْءَمٌ *tau-a-mun* gemellus; pro تَوْأَمٌ

جَاءٌ *dschâ-a* venit; pro جَاأٌ

سُوءٌ *ssû-un* malum; pro سُوؤٌ

جِيءَ *dschî-a* ventum est; pro جِيئَ

شَيْءٌ *schai-un* res; pro شَيْأً

In medio vocabulo pro Hamsa solitaria etiam Hamsam cum littera sua coniunctam ponere licet, nisi si haec littera est Elifa, post Elifam productionis ponenda, ut in vocabulo أَعْدَاءُهُ. Tum enim Hamsam solitariam ponere necesse est, quoniam duas Elifas coniunctas ponere nolunt, antiquae scripturae, quae vocales parcius significabat, memoria ducti. Atque in vocabuli fine quoque Hamsa solitaria semper ponenda est.

Elifae productionis, quae alteram Elifam sive Hamsam antecedit, Medda superponitur. Igitur scribunt: أَعْدَآءُهُ جَآءَ. Vide par. 178.

b. post litteram Sukûno distinctam:

مَشْأَمَةٌ *masch-a-ma-tun* sinistra. رِدْءٌ *rid-un* subsidium.

مَسْأَلَةٌ *mas-a-la-tun* quaestio. ظِمْءٌ *dhim-un* sitis.

In medio vocabulo haec scribendi ratio tum maxime usurpatur, si ad Hamsam Elifa adponenda esset; in fine vocabulorum fere semper.

c. post vocalem brevem:

دَءَبٌ *da-a-bun* mos. سَيِّءٌ *ssaj-ji-un* malus.

دَءَلٌ *da-a-lun* fraus. طَيِّءٌ *taj-ji-un* Tajjitae.

Quae scribendi ratio in medio vocabulo rarius usurpatur.

159. Hamsa solitaria in medio vocabulo etiam cum Sukûno coniungitur; ut in Kâmûsso scripta inveniuntur:

ذَءْذَاءٌ *dsa-dsâ-un* increpatio.

رَءْرَأٌ *ra-ra-un* micans oculis.

160. Hamsa solitaria ponitur, si Hamsa Teschdîdo distinguenda est, ipsamque sequitur Elifa productionis; ut in Kâmûsso pag. 1880. scriptum invenitur:

رَءَّاءٌ *ra-â-un* perspicax.

161. Hamsa solitaria, quae ad finem nominis posita, atque cum Damma vel cum Kesra coniuncta est, plerumque litteram suam, id est

Wâwam vel Jâam, resumit, simul ut ad vocabuli finem nova littera adiicitur. Itaque quidem scribunt:

ٱلْأَصْدِقَاءُ amici; sed أَصْدِقَاؤُهُ amici eius.

ٱلْأَصْدِقَاءِ amicorum; sed أَصْدِقَائِهِ amicorum eius.

162. A fronte vocabuli Hamsa solitaria nonnunquam ponitur, si post particulam interrogativam أَ *num?* scribenda est Elifa hamsata, eaque cum vocali Fatcha coniuncta. Igitur pro:

أَأَرْبَابٌ *num domini?* ponunt ءَأَرْبَابٌ Kor. sur. 12. v. 40.

أَأَلِدُ *num pariam?* ponunt ءَأَلِدُ Kor. sur. 11. v. 75.

Alii vero solam Hamsam ponunt, vocali suppressa: ءألد vid. Sacy gramm. tom. 1. pag. 99. Veteres primam Elifam Hamsamque prorsus omittebant; ponebant igitur: الد. Alii primam Elifam retinent, sed pro altera Hamsam solitariam ponunt: أءَنْذَرْتَهُمْ *sive eos commones* Kor. sur. 2. v. 5. Nonnulli utramque Elifam retinent: أَأَنْذَرْتَهُمْ. Alii denique pro prima Elifa solam Hamsam ponunt, alteri Elifae vero Meddam adscribunt: ءَآلِدُ. Vide par. 177.

163. Causa, propter quam Hamsam solitariam introduxerunt, fortasse in antiquiori scribendi ratione quaerenda est. Antiquior scriptura Elifas hamsatas nonnullas omittebat; quas recentiores grammatici quodammodo saltem indicare voluerunt, Hamsa solitaria posita. Omittebant autem veteres nonnullas Elifas, partim quod litteras vocales rariores adponebant, partim quod quaedam Elifae hamsatae propter suam positionem nonnisi tenuem ac paene evanescentem sonum retinebant. Itaque veteres in kûficis scribebant: انتم *num vos?* يسل quaerit; quae homines rudiores fere *antum, jassalu,* pronuntiasse videntur. Sic etiamnunc in vulgari sermone pro رِدْءٌ subsidium, مَرْءٌ vir, سَمَاءٌ coelum, proferunt: *rid mar ssamâ,* quasi nulla Hamsa ad finem adesset. Quam ob rem grammatici adcuratiorem pronuntiationem: *a-antum*, *jass-a-lu*, *mar-un*, significarunt Hamsis adiectis: ءَأَنْتُمْ يَسْـَٔلُ مَرْءٌ.

4. *De Wesla.*

164. Vocabulum *Wesla* وَصْلٌ significat *iunctionem;* quam ob rem grammatici eo nomine iuncturam duorum vocabulorum adpellant, quae ita

fit, ut antecedentis vocabuli syllaba extrema cum prima syllaba vocabuli sequentis in pronuntiando coalescat.

Quae quidem iunctura adhibetur, ubi vocabulum antecedens vocali, sive brevi, sive producta, clauditur, sequens vocabulum vero *ab Elifa admodum tenui* incipit, cui consonans quiescens subiuncta est; ut in verbis: لَهُ ٱبْنٌ *ei filius.*

165. Tum enim Elifa illa admodum tenuis, quia nonnisi levem sonum habuit, in pronuntiando omittitur; consonans quiescens vero, quae ei subiuncta est, cum extrema vocali vocabuli antecedentis coniungitur. Igitur verba: لَهُ ٱبْنٌ pronuntianda sunt, Elifa tenui suppressa: *la-hub-nun.*

Quae iunctura ut apertius significetur, Elifae illi tenui Hamsam ac vocalem adimunt, eique signum Weslam ٱ..... superscribunt, quod iunctionem facere iubet. Igitur scribendum est لَهُ ٱبْنٌ. Quod signum litteram Ssâd ص minusculam esse censent, quae siglum sit vocabuli وَصْلٌ vel صِلَةٌ *coniunctio.*

166. Elifa tenuis, quae, Hamsa ac vocali amissis, Weslam accepit, nuncupatur أَلِفُ ٱلْوَصْلِ Elifa coniunctionis, Elifa unionis, Elifa weslata, sive هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ Hamsa coniunctionis, ut ea hoc nomine distinguatur a هَمْزَةُ ٱلْقَطْعِ Hamsa diremtionis; vide par. 152.

Elifa weslata nonnisi prima vocabuli littera esse potest; vide par. 164. Sed ei praefigere licet particulas inseparabiles بِ cum, وَ ac, فَ itaque, ceterasque.

167. Quaerendum est, quaenam vocabula Elifam primam litteram habeant ita tenuem, ut ipsa Weslam accipiat, atque porro, qua causa fiat, ut illa vocabula nonnisi tenuem Elifam habeant.

Elifam tenuem ea potissimum vocabula habent, quae, si ex ratione etymi scriberentur, a duabus consonantibus quiescentibus inciperent, ut: בֵּן بْنٌ filius *bnun,* כְּתֹב كْتُبْ scribe *ktob,* שְׁנַיִם ثْنَانِ duo *thnâni,* iam vero, ut primae syllabae pronuntiatio mollior redderetur, sibi praefixerunt vocalem quandam auxiliarem levissimam, cum Elifa coniunctam. Qua vocali auxiliari praefixa, pronuntiant: اِبْنٌ *ibnun,* أُكْتُبْ *uktub,* اِثْنَانِ *ithnâni;* vide par. 194. Elifa, quae his vocabulis praefigitur, quum prima vocabuli littera sit, Hamsa munienda esset; vide par. 153. Sed quum ipsa

vocalis praefixa, quam Elifa illa sustentat, nonnisi auxiliaris, eaque levissima sit, etiam Elifa admodum tenuis ac fluxa est. Unde fit, ut ipsa cum vocali sua, alia vocali antecedente, in pronuntiando evanescat, eamque ob causam signo Wesla distinguatur. Itaque scribendum est: ٱثْنَانِ ٱكْتُبْ ٱبْنٌ.

Deinde alia quaedam vocabula sunt, ut articulus أَلْ, quorum prima vocalis, Elifaque, quae eam sustentat, frequenti usu ita adtritae esse videntur, ut, alia vocali antecedente, in pronuntiando omittantur.

168. Iam de eorum vocabulorum, quae Elifam weslatam accipiunt, singulis classibus dicendum est. Sunt autem hae:

1. articulus أَلْ *al*, cuius vocalis Elifaque, ut modo dixi, frequentissimo vocabuli usu tenues factae esse videntur. Itaque cum iunctura adhibita pronuntiandum est:

بَابُ ٱلْقَصْرِ *bâbulkasri* porta castelli; pro *bâbu alkasri*.

قَرَأْتُ ٱلْكِتَابَ *karatulkitâba* legi epistolam; pro *karatu alkitâba*.

بِٱلْحَقِّ *bilhakki* cum iure; pro *bi alhakki*.

وَٱلْقَمَرُ *walkamaru* ac luna; pro *wa alkamaru*.

فَٱلْكَوْكَبُ *falkaukabu* itaque stella; pro *fa alkaukabu*.

Si articulum littera aliqua solaris sequitur, Lâm articuli solito more in illam litteram solarem transit, atque deinde iunctura fit: رَأَيْتُ ٱلنَّبِيَّ *raaitunnabijja* vide prophetam, pro *raaitu annabijja*; vide par. 82. 145.

Ea vocabula quoque, quae articulum أَلْ semper sibi praefixum habent, ut: ٱللّٰهُ *allâhu* Deus, ٱلَّذِى *alladsi* qui, ٱلَّتِى *allati* quae, ceteraque, cum articulo etiam Elifam weslatam acceperunt. Igitur cum iunctura adhibita pronuntiandum est: بِٱللّٰهِ *billâhi* cum Deo, وَٱللّٰهِ *wallâhi* per Deum! وَٱلَّذِى *walladsi* atque qui.

Lingua hebraea articulum הַל alio modo adtrivit; vocalem enim atque adspirationem הַ retinet, litteram Lamed vero semper in consonantem sequentem convertit.

2. imperativus formae primae verborum regulariter formatus, quia quae ei praefiguntur vocalis Elifaque nonnisi auxiliares adscitae sunt. Igitur scribendum est: ٱكْتُبْ *uktub* scribe! ٱجْلِسْ *idschlis* conside! ٱذْهَبْ

ids-hab abi! اِجْلِسُوا *idschlissú* considite! atque cum iunctura pronuntiandum est: قَالَ ٱكْتُبْ *kûlaktub* dixit: scribe.

3. praeteritum, imperativus atque infinitivus formae verborum septimae, octavaeque, omniumque quae sequuntur ad quintam decimam, quia quae his formis praefiguntur vocalis Elifaque nonnisi auxiliares sunt. Igitur scribendum est: اِنْهَزَمَ *inhasama* fugatus est, e form. 7; اِسْتَغْفَرَ *istagfara* veniam petiit, e form. 10; atque cum iunctura pronuntiandum est: وَٱنْهَزَمَ *wanhasama* ac fugatus est, ثُمَّ ٱسْتَغْفَرَ *thummastagfara* tum veniam petiit.

Atque illarum formarum passiva quoque Elifam weslatam accipiunt. Igitur scribendum est اُسْتُخْلِفَ *ustuchlifa* chalifa creatus est, pro أُسْتُخْلِفَ e passiv. form. 10.

Quod ad radices quadrilitteras adtinet, forma earum tertia atque quarta Elifam weslatam sibi praefigunt.

4. nomina curta quinque: اِبْنٌ *ibnun* filius, اِبْنَمٌ *ibnamun* filius poetic. اِبْنَةٌ *ibnatun* filia, اِسْمٌ *ismùn* nomen, اِسْتٌ *istún* nates, ac nomina quatuor alia: اِمْرُؤٌ *imra-un* vir, اِمْرَأَةٌ *imra-atun* femina, اِثْنَانِ *ithnâni* duo, اِثْنَتَانِ *ithnatâni* duae, quorum primae radicali, pronuntiationis emolliendae causa, vocalem levem Elifamque praefixerunt.

Nomina اِبْنٌ اِسْمٌ اِسْتٌ grammatici arabici in fine decurtata esse dicunt, eaque posita pro: بَنَيٌ سِمْوٌ سَتَهٌ. Quae nomina etiam apud Hebraeos perbrevia sunt: בֵּן שֵׁם שֵׁת.

5. vocabulo اَيْمُنٌ *aimunun* iuramenta, quod pluralis vocabuli يَمِينٌ est, nonnulli Elifam weslatam tribuunt, ac maxime quidem ubi hoc vocabulum in formula iurandi: اَيْمُنُ ٱللّٰهِ *per iuramenta Dei!* ponitur.

Formulae iurandi enim saepissime contrahuntur ac detruncantur. Unde fit, ut etiam formula illa arabica vario modo adtrita ponatur: مُنُ ٱللّٰهِ, اَمُ ٱللّٰهِ, اَيْمُ ٱللّٰهِ, لَيْمُ ٱللّٰهِ, لَيْمُنُ ٱللّٰهِ, لَاَيْمُنُ ٱللّٰهِ, مُ ٱللّٰهِ. Vide Kâmussum pag. 1817.

169. Si vero Elifae weslatae articulus اَلْ praefigitur, tum Elifa illa vocalem suam atque Hamsam resumit. Itaque ponuntur: اَلْاِسْتِفْتَاحُ *apertio*

infin. form. 10; أَجْتِمَاعٌ *congregatio* infin. form. 8; sed cum articulo adiecto: أَلْاِسْتِفْتَاحُ *al istiftâchu*, أَلْاِجْتِمَاعُ *al idschtimâu.*

Causa in eo posita est, quod articulus أَلْ consonanti clauditur; unde fit, ut Elifam weslatam nulla vocalis praecedat, quae illam absorbere possit.

170. Si ab Elifa weslata incipit enuntiatio, vel caput libri, Elifa illa cum vocali sua necessario pronuntianda est, quanquam signum vocalis adscriptum non cernitur. Quaenam vocalis proferenda sit, ex vocabuli significatione colligitur. Igitur si liber oritur ab his verbis: ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ *laus Deo!* pronuntiandum est: *alhamdu lillâhi;* nam prima syllaba est articulus *al.*

Nonnulli vero, si enuntiatio vel caput libri ab Elifa weslata incipit, Hamsam ac vocalem Elifae reddunt, ut lector facilius cognoscat, quid pronuntiandum sit. Tum igitur ponunt: أَلْحَمْدُ لِلّٰهِ.

171. Si Elifam weslatam sequitur Jâ hamsata quiescens, vel Wâw hamsata quiescens, vid. par. 154. ut in imperativis: ٱيذَنْ *idsan* permitte, ٱومُلْ *umul* spera, tum, ubi iunctura fit, litterae illae hamsatae pro Elifis hamsatis quiescentibus habentur. Igitur cum iunctura adhibita pronuntiandum est: قُلْتُ ٱيذَنْ *kultudsan* dixi: permitte, قَالَ ٱومُلْ *kalamul* dixit: spera; quasi scripta essent: قُلْتُ ٱأْذَنْ ac قَالَ ٱأْمُلْ. Atque si originem spectamus, re vera ئ ac ؤ nil sunt nisi أ.

Quam rem alii ita exponunt, ut litteras illas hamsatas ئ ac ؤ, tum in scriptura quidem manere dicant, in pronuntiatione vero converti in Elifam, si vocabulum antecedens clauditur Fatcha; in Wâwam, si vocabulum antecedens clauditur Damma; in Jâam, si vocabulum antecedens clauditur Kesra; Sacy gramm. tom. 1. pag. 67.

172. Quodsi Elifam weslatam *vocalis producta* praecedit, iunctura solito more fit, quem par. 165. 167. exposuimus. Igitur cum iunctura pronuntiandum est: أَبُو ٱلْحَسَنِ *abulhassan* nomen viri, فِي ٱلْبَحْرِ *fil bachri* in mari, نَاقَتِي ٱلَّتِي *nâkatillati* camela mea quae, أَعْطِنِي ٱلْكَلْبَ *atinilkelba* da mihi hunc canem.

Vocalis producta, quae Elifam weslatam praecedit, iunctura facta corripitur, quia per iuncturam illam in syllabam compositam intruditur;

nam ex *bû al*, *fi al*, iam fiunt: *bul*, *fil*. Syllaba composita vero nonnisi vocalem brevem recipere solet; vide par. 197.

Sed pronomina suffixa primae personae singularis, quae genitivum atque accusativum significant, ي... *î* mei, نِي *ni* me, si Elifam weslatam articuli أَلْ antecedunt, ad iuncturam efficiendam diducere licet in يَ... *ija*, نِيَ *nija*. Itaque etiam haec ponere licet: نَاقَتِيَ ٱلَّتِي *nâkatijallati*, أَعْطِنِيَ ٱلْكَلْبَ *atinijalkelba*. Quae forma illorum pronominum diducta a poetis etiam ubi nulla iunctura facienda est saepius usurpatur. Pronomen هِيَ *hija* haec, semper in forma diducta ponitur.

173. Si vocabulum, quod Elifam weslatam antecedit, consonanti clauditur, ut in verbis: قَالَتْ ٱلْمَلِكَةُ *dixit regina*, iunctura effici non potest, nisi vocali aliqua auxiliari ad finem vocabuli antecedentis adiecta.

Itaque, ut iunctura effici possit, vocabuli antecedentis fini vocalis omnium levissima, id est Kesra, suffigitur: قَالَتِ ٱلْمَلِكَةُ *kâlatil malikatu*; aut, si primitus in vocabuli antecedentis fine vocalis aliqua adfuerat, primitiva haec vocalis, necessitate flagitante, iam revocatur; Kâm. p. 446.

De singulis quae suffiguntur vocalibus haec dicenda sunt:

Vocalis *Fatcha* suffigitur tribus particulis monosyllabis مَعْ *cum*, مِنْ *ab*, مَنْ *quis*, si ipsae articulum أَلْ vel vocabulum أَيْمُنْ antecedunt. Igitur pro مِنْ ٱلْبَيْتِ ponitur مِنَ ٱلْبَيْتِ *minalbaiti* a domo; pro مَعْ ٱلْمَلِكِ ponitur مَعَ ٱلْمَلِكِ *ma-almaliki* cum rege. Qua Fatcha adiecta, articuli quoque vocalis quasi restituitur.

Praepositiones مَعْ ac مِنْ Fatcham primitus fortasse in fine habuerunt. Nam ipsae, pariter atque praepositiones aliae multae, ab initio nomina in accusativo posita fuisse videntur. Atque مَعْ etiam ubi nulla iunctura efficienda est, saepenumero scribitur مَعَ.

Vocalis *Kesra* suffigitur: 1. tribus particulis modo commemoratis مَعْ مَنْ مِنْ, si aliam Elifam weslatam, quam quae in articulo أَلْ ac vocabulo أَيْمُنْ insunt, ipsae antecedunt: مِنِ ٱجْتِمَاعٍ *miniidschtimâin* e congregatione.

2. reliquis particulis monosyllabis: قَدْ iam, هَلْ num, بَلْ minime, أَوْ aut, كَمْ quantum, إِنْ si, caeterisque, ac particulae bisyllabae

لَكِنْ sed. Igitur ponendum est: هَلِ ٱجْتَمَعُوا halilschtama-û num congregati sunt?

Excepta est particula monosyllaba مُذْ ab, abhinc, ex quo; cui Damma suffigitur.

3. praeteriti personae 3. sing. fem. كَتَبَتْ, atque iis futuri apocopi personis, quae Dschesma clauduntur: أَكْتُبْ تَكْتُبْ يَكْتُبْ نَكْتُبْ, itemque imperativis sing. masc. ٱكْتُبْ كَتِّبْ كَاتِبْ caeterisque.

Si ipsa Elifa weslata primitus Dammam habuit, ut in imperativo ٱدْخُلْ udchul intra! tum illam Dammam suffigere, nonnulli licitum censent. Igitur pro قَالَتْ ٱدْخُلْ ponunt aut: قَالَتِ ٱدْخُلْ kâlatidchul dixit: intra! aut: قَالَتُ ٱدْخُلْ kâlatudchul; Lumsden gramm. pag. 656.

4. futuri subiunctivi ac futuri apocopi verborum defectivorum personis 2. sing. fem. in quibus Fatcha antecedit Jâam quiescentem: تَرْضَيْ tardhai, تَغْزَيْ tughsai, quae apocopa pro تَرْضَيْنَ تَغْزَيْنَ posita sunt; itemque imperativis verborum defectivorum sing. fem. qui eodem modo comparati sunt: ٱرْضَيْ irdhai, ٱسْتَرْضَيْ istardhai, quae apocopa pro ٱسْتَرْضَيِي ٱرْضَيِي posita sunt. Igitur scribendum est: إِنْ تَرْضَيِ ٱلرَّجُلَ in tardhajirradschula si probas hunc virum.

E diphthongo finali ai quasi sponte enascitur vocalis auxiliaris i.

5. dualis nominum genitivis atque accusativis apocopis, quae in statu adnexionis, sive statu constructo ponuntur: يَدَيْ كِتَابَيْ مَدِينَتَيْ, quae apocopa posita sunt pro: يَدَيْنِ jadaini duarum manuum, كِتَابَيْنِ kitâbaini duarum epistolarum, مَدِينَتَيْنِ duarum urbium. Igitur scribendum est فِي كِتَابَيِ ٱلْوَزِيرِ in utraque epistola Wesîri.

Vocalis *Damma* iis vocabulis suffigitur, quae primitus in fine sua Dammam habuerunt; id est:

1. particulae monosyllabae مُذْ ab, abhinc, ex quo. Igitur ponitur: مَا رَأَيْتُهُ مُذُ ٱلسَّنَةِ non vidi eum ab hoc anno, id est: toto hoc anno. Nam مُذْ vocabulum contractum est, quod pro مُنْذُ ponitur; quod e مِنْ ذُو ex quo conflatum esse existimatur; Kâm. p. 446.

2. pronominibus أَنْتُمْ *vos*, هُمْ *ii*, ac pronominibus suffixis كُمْ *vos*, هُمْ *eos*. Igitur ponitur: هُمُ ٱلْمُفْسِدُونَ *ii sunt scelesti.* Nam haec pronomina pro Dschesma primitus in fine habuisse videntur Dammam. Atque sic etiam Aethiopes scribunt:

አንትሙ *antmu* vos.

ክሙ *kmu* vos. ሆሙ *homu* eos.

Pronomen suffixum هُمْ, si vocalis i antecedit, in هِمْ convertitur; tumque aut Dammam, aut Kesram ei suffigere licet. Igitur ponitur aut فِيهِمُ ٱلْعَدَدُ *in iis est robur*, aut فِيهِمِ ٱلْعَدَدُ.

3. praeteriti personae 2. plur. masc. كَتَبْتُمْ *scripsistis.* Nam in fine haec persona continet pronomen أَنْتُمْ.

4. praeteriti verborum defectivorum personae 3. plur. masc. رَمَوْا *ramau* iecerunt, iisque eorundem verborum futuri subiunctivi, futuri apocopi, imperativique personis, quae et ipsae syllaba ـَوْا.... *au* terminantur: يَرْضَوْا تَرْضَوْا أَرْضَوْا. Igitur cum iunctura ponendum est: ثُمَّ رَمَوُا ٱلْمَلِكَ *thumma ramawul malika* tum sagittis petierunt regem.

Formae enim illae contractae, quum pro يَرْضَوُوا رَمَيُوا أَرْضَوُوا تَرْضَوُوا positae sint, primitus Dammam in fine habuerunt.

5. nominum decurtatorum plurali apocopo, qui syllaba ـَوْا.... *au* terminatur; ut مُرْتَضَوْا *murtadhau* probati, quod apocopum pro مُرْتَضَوْنَ positum est. Igitur cum iunctura scribendum est: مُرْتَضَوُا ٱللّٰهِ *murtadhawullâhi* probati a Deo.

Nam مُرْتَضَوُا positum est pro مُرْتَضَوُوا, quod in fine Dammam habet.

174. Si vocabulum, quod Elifam weslatam antecedit, Tenwînum habet, re vera illud vocabulum consonanti Nûn terminatur; ut رَجُلٌ *radschulun* vir. Igitur, ut iunctura effici possit, Tenwino vocalis Kesra suffigitur in pronuntiando vocabulo. Proferunt enim: رَجُلٌ ٱنْضَمَّ إِلَيْهِ *radschulunindamma ilaihi* homo qui ei adiunctus est.

Si vero ipsa Elifa weslata primitus Dammam habuit, ut in imperativo: أُدْخُلْ *udchul* intra! tum nonnulli Dammam illam antecedenti Tenwîno suffigunt: سَلَامٌ ٱدْخُلْ *ssalâmunudchul* salveto! intra!

Vocalis auxiliaris, quae post Tenwînum profertur, scriptura non significatur, quia ipsa consonans Nûn, qua Tenwînum clauditur, cuique vocalis illa suffigenda est, non adscribitur. Sed in nonnullis Korânis tamen, qui curatius scripti sunt, Elifae weslatae, quam Tenwînum antecedit, consonantem Nûn cum vocali auxiliari, quae post Tenwînum proferenda est, adpingunt.

175. Elifa weslata nonnunquam non modo in pronuntiatione, verum etiam in scriptura brevitatis causa omittitur. Quod quidem fit:

1. si articulo ٱلْ praefigitur praepositio لِ *li* ad, quae casum dativum quoque significat, vel particula لَ *la* sane, profecto. Igitur:

pro لِٱلْقِتَالِ *lilkitâli* ad proelium, ponitur لِلْقِتَالِ

pro لِٱلنَّاسِ *linnâssi* ad homines, ponitur لِلنَّاسِ

pro لِٱلْمَلِكِ *lilmâliki* regi, ponitur لِلْمَلِكِ

pro لَٱلْحَقُّ *lalhakku* sane veritas, ponitur لَلْحَقُّ .

2. si vocabulum ٱبْنٌ *ibnun* filius, in enarratione genealogica, eaque continua, inter nomen filii ac patris, vel avi, positum est; ut in verbis: ثُمَّ جَآءَ زَيْدُ بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ يَزِيدَ *tum venit Seid ben mohammed ben jesid*, i. e. Seidus, filius Mohammedis, filii Jesîdi.

Ubicunque vero in enarratione genealogica post vocabulum ٱبْنٌ nomen proprium non adpositum est, atque ubicunque vocabulum ٱبْنٌ extra enarrationem genealogicam usurpatur, ibi Elifa weslata illius vocabuli retinetur. Igitur scribendum est:

زَيْدٌ ٱبْنُ عَمِّي Seidus, filius avunculi mei.

زَيْدٌ ٱبْنُ مُحَمَّدٍ Seidus est filius Mohammedis.

Nam, quum post زَيْدٌ supplendum sit verbum: *est*, enarratio genealogica continua hoc loco posita non est. Atque nonnulli Elifam weslatam retinent, quotiescunque a vocabulo ٱبْنٌ nova linea paginae incipit, quamvis vocabulum illud in enarratione genealogica continua positum sit. Vide Sacy anthol. gramm. pag. 113.

3. si vocabulum أِسْمٌ *nomen* in exordio pio, eoque usitatissimo: بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ *nomine Dei, misericordis, miseratoris*, ita ponitur, ut cum eo nullum verbum coniunctum sit.

Ubi vero cum vocabulo بِٱسْمِ *nomine* aliquod verbum coniunctum est, ut in verbis: بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ أَسْتَفْتِحُ *nomine Dei, misericordis, miseratoris, prosperum successum precor*; atque ubi post بِٱسْمِ aliud nomen quam ٱللّٰهُ positum est, ut in verbis: بِٱسْمِ ٱلْقَهَّارِ *nomine praepotentis!* ibi Elifam weslatam vocabuli بِٱسْمِ retinere nonnulli iubent; Sacy anthol. gramm. pag. 112.

4. si Elifae weslatae praefigitur particula interrogativa أَ *num*? Igitur:

pro أَٱبْنُكَ *num filius tuus?* ponitur أَبْنُكَ
pro أَٱنْضَمَّ *num adiunctus est?* ponitur أَنْضَمَّ
pro أَٱلرَّجُلُ *num hic vir?* ponitur آلرَّجُلُ

Quod ideo fit, quia duas Elifas coniunctas ponere, ingratum habent; vid. par. 158. Attamen Elifam weslatam articuli أَلْ, tanquam paulo fortiorem, post adverbium أَ *num* positam retinere licet.

5. Si consonans illa quiescens, quae Elifam weslatam sequitur, immutatione vocabuli quadam facta, vocalem accipit, tum Elifam weslatam omittere nonnulli grammatici licitum censent.

Igitur si pro forma verborum octava أِسْتَتَرَ *istatara* occultus est, per contractionem ponitur أِسَّتَرَ *isattara*, tum nonnunquam, Elifa suppressa, scribunt سَتَّرَ *sattara*. Atque sic, si pro أَلْأَحْمَرُ *al-ach-ma-ru* ruber, per contractionem ponitur أَلَحْمَرُ *a-lach-ma-ru*, tum Elifa quoque suppressa, nonnulli ponunt لَحْمَرُ *lach-ma-ru*. Sed nonnisi raro haec scribendi ratio usurpata invenitur. Vide Sacy gramm. tom. 1. pag. 65.

5. *De Medda.*

176. Vocabulum *Medda* مَطَّةٌ مَدَّةٌ مَدّ significat *productionem*; quam ob rem grammatici eo vocabulo quandam vocalis â productionem significant, quae plerumque duabus Elifis concurrentibus efficitur, ut in: أَأْلٌ *âlun*

familia, بَاءَ *bá-a* venit. Quam vocalis â productionem, altera Elifa suppressa, significant signo ..~.. alteri Elifae superposito; ponunt igitur; آلٌ *âlun*, بَآءَ *bâ-a*. Atque ideo etiam hoc signum ..~.., quod productionem illam vocalis indicat, Medda nuncupatur.

Etenim Arabes raro duas Elifas coniunctas ponunt, quia in antiquiori scriptura litterae vocales nonnisi rariores adponebantur; vide par. 162. 163. Ubi vero altera Elifa, quae antecedentis vocalis productionem efficiebat, ipsa supprimebatur, ibi signum aliquod alteri Elifae, quae retinebatur, adiiciendum esse videbatur, quod vocalem producere lectorem iuberet. Atque eam ob causam Meddam introduxerunt.

Iam de singulis locis dicendum est, in quibus Medda posita invenitur.

177. *Primo* Medda ponitur ubi post Elifam hamsatam motam scribenda esset Elifa hamsata quiescens أأْ, vel Elifa productionis أا. Quod plerumque ab initio vocabuli fit. Igitur

pro أأْمَنَ *amana* credidit, ponitur آمَنَ vel أَمَنَ

pro أأْمِنٌ *âminun* securus, ponitur آمِنٌ

Si in medio vocabulo post Elifam hamsatam motam Elifa productionis ponenda est أا, Meddam plerumque omittunt; ut in vocabulis:

لَأَالٌ *la-âlun* gemmarius. رَأَاسٌ *ra-âssun* capitum venditor.

Si duae Elifae hamsatae motae concurrunt, ut in vocabulo أَأَلِدُ sive ءَأَلِدُ *a-alidu* num pariam? vid. par. 162. tum nonnulli pro prima Elifa solam Hamsam ponunt, alteri Elifae vero Meddam adscribunt: ءآلِدُ. Quod per contractionem pronuntiandum esse videtur *âlidu*; Sacy gramm. tom. 1. pag. 99. 100.

178. *Deinde* Medda ponitur ubi Elifam productionis sequitur Elifa hamsata mota اأ.... Tum enim vocalis â bene producenda, atque hoc modo a sequenti vocali prorsus dirimenda est. Quod et in medio vocabulo, et in vocabuli fine fit:

تَفَآءَلُوا *ta-fâ-a-lû* ominati sunt. قَآئِلٌ *kâ-i-lun* dicens.

عَجَآئِبُ *a-dschâ-i-bu* miracula. أَحِبَّآؤُهُ *a-chib-bâ-u-hu* amici eius.

أَلْهَوَآءُ *el-ha-wâ-u* aer. جَآءَ *dschâ-a* venit.

Vide par. 157. 158. In medio vocabulo Meddam saepius omittunt. Nomen, quod in penultima syllaba Meddam habet, scriptum esse dicunt بِالْمَدِّ *cum productione;* quod vero in fine Elifam brevem habet, scriptum esse dicunt بِالْقَصْرِ *cum brevitate.* Igitur:

اَلْهَوَآءُ *el-ha-wâ-u* aer, scriptum est بِالْمَدِّ

اَلْهَوَى *el-ha-wa* amor, scriptum est بِالْقَصْرِ

Vide par. 98. Vocabulum, quod in penultima Meddam habet, significantes etiam dicunt: يُمَدُّ *producitur;* vocabulum vero, quod Elifam brevem habet, significantes: يُقْصَرُ *breve ponitur.*

179. *Tertio* Medda ponitur ubi Elifam productionis sequitur littera geminata, sive consonans quiescens. Quod eam ob causam fit, ut lector admoneatur, ut Elifam illam sive vocalem â, quamvis in composita syllaba positam, bene tamen producat. Alias enim vocales in compositis syllabis positae corripiuntur; vid. par. 197. 198. Igitur scribunt: حَآرٌّ *hârrun* calidus, مَآدٌّ *mâddun* extendens, مَآرَّ *mârra* invasit, مُمَآرَّةٌ *mumârratun* invasio. Quam Meddam Arabes *necessariam* لَازِمٌ vocant. In multis codicibus vero ea omittitur.

Meddam *fortuitam* عَارِضٌ eam productionem adpellant, qua pronuntiant vocalem longam, vel diphthongum syllabae penultimae vocabuli, quod praecedit pausam, id est versiculi vel enuntiationis finem; cuius vocabuli extrema vocalis in pronuntiando omittitur; vide cap. de syllab. paus. Igitur cum Medda fortuita proferunt, sequente pausa:

اَلْقِتَالُ *el kitâl* pugna. اَلْقَوْمُ *el kaum* populus.

Medda haec fortuita nullo signo indicatur.

180. In Korânis neschicis curatius scriptis usus Meddae etiam latius patet. In iis enim ad significandam vocalis productionem Medda superponitur etiam:

a. cuilibet litterae productionis, quam sequitur Hamsa: سُوٓءٌ *ssû-un* malum, جِيٓءَ *dschî-a* ventum est, شَآءَ *schâ-a* voluit. Quam Meddam *coniunctam* مُتَّصِلٌ vocant.

b. litterae productionis, atque Elifae brevi, qua vocabulum clau-

ditur, si vocabulum sequitur, quod ab Elifa incipit: فِي أُمَّتِهِ *fi-ummatihi* in gente eius, عَلَى أَثْرِهِ *ala-ithrihi* in vestigio eius, قَوْمُهُ أَتَى *kaumuhû-ata* populus eius venit; vocalis Damma enim, quae in pronomine suffixo ه inest, pro producta habetur. Quam Meddam *disiunctam* مُنْفَصِل vocant.

c. elifae ab initio vocabuli positae, quam sequitur Wâwa vel Jâa hamsata, sive Wâwa vel Jâa productionis:

أُوتِيَ *ûtija* adlatus est. آيجَادٌ *îdschâdun* procreatio.

Si Elifam hamsatam sequitur Wâwa vel Jâa hamsata quiescens: إِيْ, أُوْ, tum in pronuntiatione hoc idem saepe esse videtur, quod Elifa hamsata quam sequitur Wâwa vel Jâa productionis: أُو û, إِي î. Par. 225.

d. ubi littera productionis, quae cum alia littera molli, Elifa, Wâwa, Jâa, concurreret, brevitatis causa in scriptura omissa est. Igitur ponunt:

هٰؤُلَاءِ *hâ-u-lâ-i* hi, pro هَاؤُلَاءِ

يٰٓأَيُّهَا *jâj-ju-hâ* o vos, pro يَا أَيُّهَا.

نَبِيِّينَ *na-bi-ji-na* prophetas, pro نَبِيِّينَ.

Caput quintum.

De siglis, numerorum signis, distinctionibusque.

1. De siglis.

181. Sigla sive scriptionis compendia, quae paucis litteris integra vocabula significant, Arabes nonnisi pauca in usum receperunt. Quorum usitatiora haec sunt:

1. صلعم pro صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ *cui bene dicat Deus, salutemque impertiat!* quae formula pia Mohammedis nomini adiicitur.

2. عم pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ *cui salus dicatur!* quae formula pia Abrahami, Mosis, Davidis, caeterorumque antiquorum prophetarum nominibus adiicitur.

3. رضه pro رَضِيَ ٱللّٰهُ عَنْهُ *quem gratum habeat Deus!* quae formula pia Abu bekri, Omari, Othmâni, Alii, Aïschae, aliorumque Mohammedis comitum nominibus adiicitur.

4. ره pro رَحِمَهُ ٱللّٰهُ *cuius miscreatur Deus!* quae formula pia Moslemorum defunctorum nominibus adiicitur.

5. الخ pro إِلَى آخِرِهِ *ad finem eius*, i. e. ac reliqua; et caetera; qua formula sententiae, quae adlegatur, reliqua verba indicantur.

In Kâmûsso lexicisque aliis haec sigla usurpata inveniuntur:

م pro مَعْرُوفٌ notum. ع pro مَوْضِعٌ locus.

د pro بَلَدٌ urbs. ة pro قَرْيَةٌ oppidum.

ج pro جَمْعٌ plurale. جج pro جَمْعُ جَمْعٍ plurale pluralis.

In libris eorum, qui antiquas historias exposuerunt, haec usurpata reperiuntur:

نا pro أَخْبَرَنَا tradidit nobis.

ثنا pro حَدَّثَنَا narravit nobis.

182. In Korâni codicibus pausae, sive enuntiationum fines, certis siglis significantur; de quibus infra par. 190. dicetur.

Deinde in nonnullis Korâni codicibus nomina auctorum variarum lectionum certis siglis significantur; quae explicata adposuit Hottingerus, in Smegmati orientali pag. 152. 153. Vide etiam Notices et extraits; tom. 9. part. 1. pag. 96. 971.

Ab initio nonnullarum Korâni surarum sigla quaedam posita inveniuntur; ut in sura secunda: الم, atque in tricesima sexta: يس. De quorum siglorum sensu ambigunt. Vide Sacy anthol. gramm. pag. 1. 44.

183. Frequenter siglis, ut a caeteris verbis ea distinguant, Meddam superponunt: جٓ plurale, عٓ locus, عمٓ cui salus dicatur, يسٓ.

Si eadem syllaba pro varia criticorum opinione diversis vocalibus proferri potest, nonnunquam diversas illas vocales ad eam adponunt; ut in vocabulo مُقَدَّمًا, quod significat, ab aliis pronuntiari مُقَدِّمًا, ab aliis vero مُقَدَّمًا. Atque interdum syllabae sic gemina vocali instructae etiam adponunt vocabulum مَعًا *simul*; Sacy chrest. tom. 3. pag. 201.

2. *De numerorum signis.*

184. *Primo*, Arabes signa numerorum hebraea sive syriaca in usum receperunt, id est ipsas litteras ex ordine Abudsched sive ordine hebraeo collocatas; vide par. 71. Igitur apud eos numeri sic significabantur:

ا	ب	ج	د	ه	و	ز	ح	ط
1	2	3	4	5	6	7	8	9
ى	ك	ل	م	ن	س	ع	ف	ص
10	20	30	40	50	60	70	80	90
ق	ر	ش	ت					
100	200	300	400					

Reliquos numeros centenarios, quum tunc supra duas et viginti litteras non haberent, pariter atque 'Iudaei duabus litteris iunctis sic significasse videntur: رت 200 + 400 id est: 600; تتق 400 + 400 + 100 id est: 900; Sacy gramm. tom. 1. pag. 90. Posteaquam vero antiquis litteris sex novas adiecerant, novis his litteris reliquos centenarios significarunt:

ث	خ	ذ	ض	ظ	غ
500	600	700	800	900	1000.

185. Quae quidem numerorum signa etiamnunc in iis libris, qui geographica, arithmetica, astronomica tractant, usurpata inveniuntur. Atque ibi ex antiquo ordine, id est a dextra ad sinistram, ita collocantur: قلب i. e. 132; غند i. e. 1054. Sic Abulfeda in descriptione Aegypti longitudinem geographicam urbis Ichmîm auctore Ebn saîdo tradit esse نه ل i. e. 55° 30′, latitudinem كو ل i. e. 26° 30′.

Quam numerorum significandorum rationem Arabes حِسَابُ ٱلْجُمَّلِ *computum summarum* vocare ferunt; Sacy gramm. tom. 1. pag. 89.

186. Apud Mauritanos propter ordinem litterarum hebraeum paulo mutatum, vid. par. 71. nonnullae litterae alios numeros significant; id est:

ص	ض	س	ظ	غ	ش
60	90	300	800	900	1000.

187. *Deinde* Arabes signa numerorum indica receperunt, quae ex ordine decimali a sinistra ad dextram collocantur, etiam nobis iam usitata. Quorum figurae apud Arabes sic pinguntur:

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0.

Quae signa iam, quum in libris epistolisque, tum in nummis rationibusque frequentissime usurpata cernuntur. Ponunt igitur:

٩٩٨
سنة anno 998.

Numerum quinarium nonnulli sic pingunt: ϱ. Absentis numeri locum nonnulli signo o indicant, quemadmodum apud nos fit.

188. Praeterea in codicibus nonnullis, qui in Aegypto exarati sunt, signa numerorum, quae *coptica* vocant, usurpata inveniuntur; atque in codicibus aliis ea, quae *gobârica* أَلْغُبَارْ nuncupantur, ad similitudinem indicorum satis accedentia; in turcicis vero *diwânica* أَلدِّيوَانِيّ, quae nonnisi nomina numeralia arabica sunt, per compendia scripta. Quae tria signorum numeralium genera repraesentanda curavit Sacyus, gramm. tom. 1. tab. 8.

3. *De distinctionibus.*

189. Distinctiones, id est puncta ac lineolae, quibus enuntiationum ac commatum fines significantur, ab Arabibus perraro adponuntur. In nonnullis codicibus enuntiationum ac versiculorum fines denotantur signis: ✿ ⊙ ؏؏ ؏ passim adpositis. Primum sequentis enuntiationis vocabulum nonnunquam ductu protentiori scribitur, ut in his verbis: ثُـــمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ ثَلَاثَ عَشَرَةَ *tum incepit annus tertius decimus.* In codicibus aliis prima versiculorum ac capitum vocabula minio picta reperiuntur.

190. In multis Korâni codicibus pausae وَقْفٌ id est etiam minorum commatum vel incisorum fines, certis siglis significantur; quae quidem constant singulis litteris minutis, integra verba indicantibus, quae minio pictae caeteris litteris superponuntur. Quae sigla haec sunt:

م pro لَازِمٌ *necessaria* pausa, quam sensus flagitat.

ط pro مُطْلَقٌ *generalis*, quam omnes lectores receperunt.

ج pro جَائِزٌ *licita*, quae omitti potest.

ز pro مُجَوَّزٌ *tolerata*, quae parum apta est.

ص pro مُرَخَّصٌ *concessa*, interspirationis causa.

ق pro قِيلَ *dicitur*, quae a nonnullis praecipitur.

قف pro وَقْفٌ كُوفِيٌّ *pausa Kûfensis*, a Kûfensibus recepta.

قفه pro وَقْفَةٌ يَسِيرَةٌ *pausa levis*, vix percipienda.

Si in fine versiculi pausa non facienda est, extremo vocabulo superponitur لا *non*, quod significat لَا وَقْفَ *nulla pausa*.

191. Quum omnia scripturae arabicae signa iam explicata sint, locum arabicum adponam, in quo praelegendo tirones exerceantur; cui loco pronuntiationem ad leges orthographiae germanicae latinis litteris consignatam adiiciam. Quod ad accentus adtinet, vocales longas sono producto pronuntiandas esse moneo; atque cum accentu proferendam esse penultimam, si ipsa longa sit, antepenultimam vero, si penultima brevis sit.

De Denânîra, cantrice clarissima.

وَذَكَرَ مُحَمَّدُ بْنُ ٱلْحَسَنِ ٱلْكَاتِبُ قَالَ حَدَّثَنِي ٱبْنُ ٱلْمَكِّيِّ قَالَ كَانَتْ دَنَانِيرُ لِرَجُلٍ مِنْ أَهْلِ ٱلْمَدِينَةِ وَكَانَ خَرَّجَهَا وَأَدَّبَهَا وَكَانَتْ أَرْوَى ٱلنَّاسِ لِلْغِنَآءِ ٱلْقَدِيمِ وَكَانَتْ صَفْرَآءَ صَادِقَةَ ٱلْمَلَاحَةِ فَلَمَّا رَآهَا يَحْيَى وَقَعَتْ بِقَلْبِهِ فَٱشْتَرَاهَا وَكَانَ ٱلرَّشِيدُ يَسِيرُ إِلَى مَنْزِلِهِ فَيَسْمَعُهَا حَتَّى أَلِفَهَا وَٱشْتَدَّ عَجَبُهُ بِهَا فَوَهَبَ لَهَا هِبَاتٍ سَنِيَّةً مِنْهَا أَنَّهُ وَهَبَ لَهَا فِي لَيْلَةِ عِيدٍ عِقْدًا قِيمَتُهُ ثَلَاثُونَ أَلْفَ دِينَارٍ فَرُدَّ عَلَيْهِ فِي مُصَادَرَةِ ٱلْبَرَامِكَةِ بَعْدَ ذَلِكَ وَعَرَفَتْ أُمُّ جَعْفَرٍ ٱلْخَبَرَ فَشَكَتْهُ إِلَى عُمُومَتِهِ فَصَارُوا إِلَيْهِ جَمِيعًا فَعَاتَبُوهُ فَقَالَ مَا لِي فِي هَذِهِ ٱلْجَارِيَةِ مِنْ أَرَبٍ فِي نَفْسِهَا وَإِنَّمَا أَرَى فِي غِنَآئِهَا فَٱسْمَعُوهَا فَإِنِ ٱسْتَحَقَّتْ أَنْ يُؤْلَفَ غِنَآؤُهَا وَإِلَّا فَقُولُوا مَا شِئْتُمْ فَأَقَامُوا عِنْدَهُ وَنَقَلَهُمْ إِلَى يَحْيَى حَتَّى سَمِعُوهَا عِنْدَهُ فَعَذَرُوهُ وَعَادُوا إِلَى أُمِّ جَعْفَرٍ فَأَشَارُوا عَلَيْهَا أَلَّا تَلِجَّ فِي أَمْرِهَا فَقَبِلَتْ ذَلِكَ وَأَهْدَتْ إِلَى ٱلرَّشِيدِ عَشَرَةَ جَوَارٍ مِنْهُنَّ مَارِدَةُ أُمُّ ٱلْمُعْتَصِمِ وَمَرَاجِلُ أُمُّ ٱلْمَأْمُونِ وَفَارِدَةُ أُمُّ صَالِحٍ

Quae sic legenda sunt:

Wa-dsa-ka-ra mo-ham-ma-dub nul ha-ssa-nil kâ-ti-bu. Kâ-la had-da-tha-nib nul mek-kij-ji. Kâ-la kâ-nat de-nâ-nî-ru li-ra-dschu-lin min ah-lil me-dî-na-ti. Wa-kâ-na char-ra-dscha-hâ wa-ad-da-ba-hâ. Wa-kâ-nat ar-wan nâ-ssi lil-gi-nâ-il ka-dî-mi. Wa-kâ-nat ssaf-râ-a ssâ-di-ka-tal ma-lâ-cha-ti. Fa-lam-mâ ra-â-hâ jach-ja wa-ka-at bi-kal-bi-hi. Fasch-ta-râ-hâ wa-kâ-nar ra-schî-du ja-ssî-ru i-la man-si-li-hi.

Fa-jas-ma-u-hâ hat-ta a-li-fa-hâ fasch-tad-da a-dscha-bu-hu bi-hâ. Fa-wa-ha-ba la-hâ hi-bâ-tin ssa-nij-ja-tan. Min-hâ an-na-hu wa-ha-ba la-hâ fî lai-la-ti î-din ik-dan kî-ma-tu-hu tha-lâ-thû-na al-fa dî-nâ-rin. Fa-rud-da a-lai-hi fî mo-ssâ-da-ra-til ba-râ-mi-ka-ti ba-da dsâ-li-ka. Wa-a-ra-fat um-mu dscha-fa-ri-nil cha-ba-ra. Fa-scha-kat-hu i-la u-mû-ma-ti-hi fa-ssâ-rû i-lai-hi dscha-mî-an fa-â-ta-bû-hu. Fa-kâ-la mâ lî fî hâ-dsi-hil dschâ-ri-ja-ti min e-re-bin fî naf-ssi-hâ. Wa-in-na-mâ a-ra fî gi-nâ-i-hâ. Fas-ma-û-hâ fa-i-nis ta-hak-kat an ju-la-fa gi-nâ-u-hâ. Wa-il-lâ fa-kû-lû ma schi-tum. Fa-a-kâ-mû in-da-hu. Wa-na-ka-la-hum i-la jach-ja hat-ta ssa-mi-û-hâ in-da-hu. Fa-a-dsa-rû-hu wa-â-dû i-la um-mi dscha-fa-rin. Fa-a-schâ-rû a-lai-hâ al-lâ tu-lich-cha fî am-ri-hâ. Fa-ka-bi-lat dsâ-li-ka wa-ah-dat i-lar ra-schî-di a-scha-ra-ta dscha-wâ-rin. Min-hun-na mâ-ri-da-tu um-mul mo-ta-ssi-mi wa-ma-râ-dschi-lu um-mul ma-mû-ni wa-fâ-ri-da-tu um-mu ssâ-li-chin.

Id est:

„Haec memoriae prodidit Mohammed ben el hassan el kâtib, qui dixit: mihi quidem ea narravit Ebn el mekki, qui dixit: Denânîra erat cuiusdam hominis Medînensis, qui ita eam instituerat atque erudiverat, ut ipsa cantum antiquum prae caeteris hominibus calleret. Erat illa colore subfusco, ac pulcritudine eximia. Quam quum vidisset Jachja, animum eius illa cepit; itaque eam emit. Tum illius domum frequentavit Arraschîd, ut illam audiret; quo factum est, ut consuetudinem cum ea iungeret, maxime eam admirans. Dona magnifica ei dedit; e quibus monile fuit, quod nocte quadam festa ei dedit, quod pretium triginta millium dînârorum habebat; quod postea, quum in Barmekidas quaestio poneretur, ei redditum est. Qua re cognita, Omm dschafer apud Arraschîdi patruos eam quaesta est; qui omnes illum convenerunt, atque de hac re cum eo expostularunt. Ille vero: „ipsam puellam haudquaquam concupisco, neque nisi eius cantu delector. Audite eam! tum, si eius cantus dignus censetur qui in deliciis habeatur, res composita erit; sin minus, dicite quodcunque velitis.“ Itaque illi apud Arraschîdum morati sunt, quoad eos ad Jachjam deduxit, apud quem illam audiverunt. Tum excusatum eum habuerunt, atque, ad Omm dschafer reversi, ei suaserunt, ne illam rem diutius urgeret. Quod quum illa probasset, Arraschîdo decem puellas dono dedit; e quibus fuerunt Mârida, mater el Motassemi, Merâdschil, mater El mamûni, ac Fârida, mater Ssâlechi.“

Jachja est Jachja ben châled Barmekida, Harûni arraschîdi, chalifae Abbassidae, consiliarius clarissimus; Arraschîd ipse Harûnus arraschîdus est; Omm dschafer vero est Sobeida, Harûni arraschîdi uxor. Locus excerptus est e volumine quarto libri carminum magni, qui arabice *Kitâb el agâni el kebîr* inscriptus est, ab El isfahânensi compositi.

De scripturae signis, ut arbitror, satis dictum est. Quapropter ad syllabarum conformationem exponendam iam procedo.

Liber tertius.
De syllabarum conformatione.

Caput primum.
De generalibus syllabarum legibus.

192. Syllabarum conformandarum leges ab Arabibus receptae haec potissimum efficere voluisse videntur, ut cuiusvis syllabae vocalis distincte ac sonore pronuntiaretur, nimiaque concurrentium litterarum asperitas, litteris illis aequabiliter compositis, mitigaretur.

193. Quaevis syllaba a consonanti incipit, ut syllabae vocalis distincte proferri possit.

Quamobrem, ubicunque in pronuntiatione vulgari syllabae a vocalibus incipi videntur, in scriptura tamen his vocalibus semper praemittitur aliqua consonans; quae aut spiritus lenis, id est Elifa, est, aut consonans mollis sive semivocalis, id est vel Wâw, vel Jâ. Igitur quae vocabula proferuntur *Achmed*, *Ibrâhîm*, *ulahu*, *irûch*, *ad-u-run*, ea scribuntur أَحْمَدُ إِبْرَاهِيمُ وَلَهُ يَرُوحُ أَدْأُرٌ vid. par. 67. 68. 156. Hinc etiam nomina graeca *λέων*, *θεώνας*, Elifa inserta, Arabes scribunt لَأْوُنْ تَأْوُنَا.

Qui in medio vocabulo vocalibus u atque i praemittitur spiritus lenis, ibi magis etiam emollitus plerumque consonantibus mollibus Wâw et Jâ significatur, quae semivocales sunt, atque ideo ad naturam illarum vocalium propius accedunt. Igitur vocabula *kâ-i-lun* dicens, *mâ-u-hu* aqua eius, scribuntur قَايِلٌ مَاوُهُ. Vide par. 155. 157. 219. Pronuntiatio fluctuare videtur inter *kâ-i-lun* et *kâ-ji-lun*, *mâ-u-hu* et *mâ-wu-hu*; vid. par. 155. 156. 220.

Quin etiam qui vocali a praemittitur spiritus lenis in medio vocabulo nonnunquam significatur littera Jâ, cui puncta ademta sunt. Nam pro مَسْأَلَةٌ quaestio, أَسْأَلُ quaero, تَفَاءَلَ ominatus est, مُكَافَأَتَانِ duae pares, nonnunquam posita inveniuntur: مَسْئَلَةٌ *mas-a-la-tun*, أَسْئَلُ *as-a-lu* Sacy anthol. pag. 123. lin. 12. تَفَايَلَ *ta-fâ-a-la* Kam. pag. 1516. مُكَافَيَتَانِ *mu-kâ-fa-a-tâ-ni* Kam. pag. 32.

Fortasse vero in his vocabulis sic scriptis signum ـﺀ nonnisi levis scripturae ductus est, eum in finem interpositus, ut Hamsa ei superponeretur.

194. Una tantum consonans praecedit vocalem syllabae; ut in his vocabulis: فِي *fi* in, لَوْ *lau* si, بَلَدٌ *ba-la-dun* oppidum.

Unde fit, ut vocabulo peregrino a duabus consonantibus incipienti, si in linguam arabicam recipitur, vocalis brevis cum spiritu leni praemittatur. Igitur vocabula graeca στόλος classis, σκίλλα cepa, πλάτων Plato, scribuntur أُسْطُولٌ *us-tû-lun*, إِسْقِيلٌ *is-ki-lun*, أَفْلَاطُونُ *ef-lâ-tûnu*. Vide par. 130.

195. Una tantum consonans vocalem syllabae sequitur; ut in his vocabulis: مِنْ *min* ex, كُنْتُ *kun-tu* fui, قَدِمْتُمْ *ka-dim-tum* accessistis.

Propterea, si aliqua vocabuli peregrini syllaba duabus consonantibus clauditur, extremae consonanti Arabes vocalem adiicere solent. Igitur oppidi persici nomen سُهْرْوَرْدْ *Suhrward* Arabes scribunt سُهْرَوَرْدُ *suh-ra-war-du*; Kam. pag. 159.

196. Syllabae arabicae in genera duo, id est simplices ac compositas, dispertiri possunt. *Syllaba simplex* e consonante incipiente, claudenteque vocali constat; quae vocalis tum brevis, tum producta esse potest. Igitur syllabae simplices sunt: فِي *fi* in, بِهِ *bi-hi* in eo, قَامَ *kâ-ma* stetit, أَكَلَ *a-ka-la* comedit, قَاتَلُوا *kâ-ta-lû* pugnarunt. Vide par. 112.

197. *Syllaba composita* e consonante incipiente, vocali sequente, ac claudente consonante constat; cuius syllabae vocalis brevis esse debet. Igitur syllabae compositae sunt: مِنْ *min* ex, إِنْ *in* si, يَقْدِمْ *juk-dim* progressus est.

Quo fit, ut vocales productae ac diphthongi, quae, forma vocabuli immutata, e syllaba simplici in compositam transeunt, statim corripiantur. Propterea

e يَقُولُ *dicit*, non fit يَقُولْ *fut. apoc.* sed يَقُلْ

e أَقَامَ *stetit*, non fit أَقَامْتَ *stetisti*, sed أَقَمْتَ

e لَيْسَ *abest*, non fit لَيْسْتُ *absum*, sed لَسْتُ

198. Exceptae sunt eae syllabae compositae, quae eadem consonante terminantur, a qua sequens syllaba incipit. Quae quidem syllabae compositae, quum consonantium inter se parium concursus minus asperum sonum

pariat, etiam productas vocales ac diphthongos ferunt, atque ideo *mediae* vocari possunt. Cuius generis syllabas continent vocabula: حَارٌّ *hâr-run* calens, مَادَّةٌ *mâd-da-tun* materia, دُوَيْبَّةٌ *do-weib-ba-tun* bestiola, حُوقَّ disceptatum est; Kâm. pag. 1260. تَأْمُرُونِّى *ta-mu-rûn-nî* iubetis me; Notices et extraits tom. 8. pag. 314; tom. 9. pag. 89. Maxime vocalem â productam syllabae mediae accipiunt; vid. par. 140. 179.

Porro exceptae sunt syllabae pausantes, id est ad finem propositionis vel versiculi positae; quae, quamvis compositae fiant, tamen vocales productas ac diphthongos retinent; vide par. 179. Pausa enim efficit, ut quae eam antecedit vocalis bene produci possit, quamvis quiescens consonans eam sequatur. Igitur

e بِيضٌ *bi-dun* enses, in pausa fit بِيضْ *bîd*

e يَفِيضُ *ja-fî-du* fundit, in pausa fit يَفِيضْ *jafîd*

e لَوْنَيْنِ colores duos, in pausa fit لَوْنَيْنْ *lau-nain.*

Vide Hamâssae pag. 798.

De consonantium concurrentium immutationibus.

199. Si aliqua syllaba *eadem consonante* terminatur, a qua sequens syllaba incipit, duae hae consonantes aequales in pronuntiando satis subtiliter distingui non possunt; nonnisi una eademque consonans profertur, sed sono productiore ac fortiore. Quam ob rem Arabes pro duabus illis consonantibus unam tantum ponunt, cui signum Teschdîd, id est corroboramentum, superscribitur; vide par. 139—144. 147. Igitur

pro حَقْقٌ *hak-kun* ius, ponitur حَقٌّ

pro ثَبَتْتُ *tha-bat-tu* constiti, ponitur ثَبَتُّ

pro كُنْنَ *kun-na* fuerunt illae, ponitur كُنَّ.

Si vero posterior syllaba pronomen suffixum continet, tum, ut pronomen recte distinguatur, duas illas consonantes aequales distinctius pronuntiare iubent, utraque adposita. Igitur ponunt:

خُنْنَا *chun-nâ* falle nos! اِبْدَهْهُ *ib-dah-hu* invade eum! أُهْلِكْكُمْ *uh-lik-kum* perdam vos.

200. Si aliqua syllaba consonante molliori, vel muta, terminatur, atque a *cognata consonante* sequens syllaba incipit, tum in pronuntiando duae illae consonantes cognatae in eandem coalescunt sive diffluunt, ut

pronuntiatio mollior fiat. Coalescunt autem *antecedente in sequentem transformata*, quemadmodum etiam apud Graecos Romanosque pro *συνῥέω*, *σύνλεξις*, *adcepit*, *adlatus*, ponuntur *συῤῥέω*, *σύλλεξις*, *accepit*, *allatus*.

In scriptura arabica vero etiam antecedens consonans plerumque retinetur, illius Sukûno sublato; sequenti consonanti Teschdîdum adponitur. Nonnunquam antecedens consonans e scriptura prorsus tollitur; sequens consonans vero Teschdîdum semper accipit.

201. Itaque hoc modo, id est antecedente in sequentem transformata, cognatae consonantes coalescunt:

a. ubi littera Lâm articuli اَلْ cum litteris solaribus, id est lingualibus, gingivalibus, ac dentalibus, concurrit; igitur pro اَلْدَمُ *al-da-mu* sanguis, ponitur اَلدَّمُ *ad-da-mu*; vide par. 145. a.

Littera Lâm articuli prorsus tollitur e pronomine relativo; quod igitur non اَلْلَذِي *qui*, اَلْلَتِي *quae*, sed اَلَّذِي اَلَّتِي scribunt. Porro eadem e vocabulis a littera Lâm incipientibus tollitur, si his vocabulis praepositio لِ praefigitur; igitur pro لِلْلَيْلِ *nocti*, ponitur لِلَّيْلِ.

b. ubi littera Nûn cum litteris mollioribus, id est Lâm, Wâw, Mîm, Jâ, Râ, concurrit. Quae quidem transformatio maxime in Korâni codicibus significata cernitur; vide par. 145. b. 146.

In caeteris libris usurpata non reperitur, nisi ubi praepositiones مِنْ *de*, عَنْ *ab*, cum pronominibus مَنْ *quis*, مَا *quid*, concurrunt; atque ubi coniunctiones إِنْ *si*, أَنْ *ut*, cum لَا *non*, componuntur; atque denique si in verborum forma septima syllaba اِنْ iis radicibus praefigitur, quae a littera Mîm incipiunt. Quibus transformationibus factis, littera Nûn e scriptura tollitur. Igitur pro مِنْ مَنْ *min man* a quo, إِنْ لَا *in lâ* si non, أَنْ لَا *an lâ* ut non, اِنْمَحَى *in-ma-cha* deletus est, ponuntur: مِمَّنْ *mim-man*, إِلَّا *il-lâ*, أَلَّا *al-lâ*, اِمَّحَى *im-ma-cha*.

In reliquis vocabulis vero transformationes illae non fiunt; itaque ponuntur: مِنْوَالٌ modus, تَنْوِيَةٌ exsequutio, مَنْرَبَةٌ malitia, مُنْيَةٌ optatio. Atque nonnulli etiam in verborum forma septima ponunt اِنْمَلَسَ evasit; Kâmûs pag. 804.

c. ubi litterae mutae ظ ط ت ص د, litteraeque quodammodo sibilae ج ث ذ, cum mutis concurrunt; vide par. 145. c. Igitur pro أَرَدْتُ *a-rad-tu* volui, رَبَضْتَ *ra-badh-ta* cubuisti, ponuntur: أَرَتُّ *a-rat-tu*, رَبَطَّ *ra-bat-ta*. Antecedens consonans in scriptura retinetur.

In octava verborum forma nonnulli transformationem faciendam scriptura non significant; posita enim inveniuntur اِضْطَرَبَ turbatus est, Kâm. pag. 117. ac اِظْطَلَمَ vexatus est, Sacy gramm. tom. 1. pag. 222. Plerique vero ex generali regula transformationem significare videntur; igitur ponunt اِضْطَّغَنَ ponere sub axillis, Harîr. p. 291; مُضْطَّجَعٌ cubile, Harîr. pag. 582; اِضْطَّرَبَ اِظْطَّلَمَ. Quin, transformatione facta, antecedens consonans nonnunquam prorsus tollitur: اِطَّلَمَ *it-ta-la-ma*, اِدَّكَرَ *id-da-ka-ra* pro اِذْدَكَرَ recordatus est; Sacy gramm. tom. 1. pag. 222. Sic etiam formae verborum quinta ac sexta minus usitatae: اِجَّامَعَ اِجَّمَّعَ fortasse positae sunt pro اِتْجَامَعَ اِتْجَمَّعَ. Quas formas eae quoque radices induunt, quae a sibilantibus incipiunt, ut اِصَّاحَبَ اِسَّمَّعَ.

Nonnunquam in octava verborum forma *sequens consonans in antecedentem* transformari videtur; vide par. 148. Nam a nonnullis

pro اِذْدَكَرَ ponitur اِذَّكَرَ　　pro اِضْطَرَبَ ponitur اِضَّرَبَ
pro اِظْطَلَمَ ponitur اِظَّلَمَ　　pro اِزْدَلَفَ ponitur اِزَّلَفَ
pro اِسْتَمَعَ ponitur اِسَّمَعَ　　pro اِشْتَبَهَ ponitur اِشَّبَهَ

Vide Sacy gramm. tom. 1. p. 222; Ewald gramm. tom. 1. p. 108. Sed si sumamus, formas octavas primitivas fuisse اِتْذَكَرَ اِتْضَرَبَ اِتْظَلَمَ اِتْزَلَفَ اِتْشَبَهَ اِتْسَمَعَ, quemadmodum in linguis hebraea ac syriaca formae Hithpael atque Ethpaal constituuntur, tum etiam in vocabulis اِظَّلَمَ اِضَّرَبَ اِذَّكَرَ اِشَّبَهَ اِسَّمَعَ اِزَّلَفَ generalis regula observata esse videtur, id est *antecedentem in sequentem transformari.*

In forma verborum decima pro اِسْتَطَاعَ *potuit*, nonnunquam ponitur اِسْطَاعَ, quasi sequens in antecedentem transformata esset; Sacy gramm. tom 1. pag. 224. Sed etiam decimam formam primitus اِتْسَطَاعَ fuisse, e formis syriacis Schaphel et Eschtaphal colligi potest; Ewald gramm. tom. 1. pag. 105.

d. ubi semivocales و ac ى in octava verborum forma cum muta ت concurrunt; vide par. 147. Igitur pro مُوْتَعِدٌ اِيْتَسَرَ اِوْتَفَقَ اِيْتَخَذَ يُوْتَعِدُ ponuntur: اِتَّخَذَ اِتَّفَقَ اِتَّسَرَ مُتَّعِدٌ يَتَّعِدُ. Rarius fit, ut in hoc concursu semivocales illae in vocalem longam diffluant: اِيتَعَدَ *i-ta-a-da*, مُوتَعِدٌ *mû-ta-i-dun*, يَاتَعِدُ *jâ-ta-i-du*. Nonnulli, ut Fîrûsâbâdensis in Kâmûsso pag. 429. tradit, semivocalem retinent, Hamsa ei adiecta: يَأْتَعِدُ مُؤْتَعِدٌ اِئْتَعَدَ. Ewald gramm. vol. 1. pag. 246.

De quibus transformationibus copiosius exposuit Lumsden, gramm. arab. pag. 481. seqq.

202. Porro duae *consonantes aequales*, etiamsi vocalis brevis inter eas intercedit, tamen coalescunt, vocali intermedia aut expulsa, aut in antecedentem consonantem translata; e qua regula verborum surdorum declinationes pendent. Igitur gemino modo haec consonantium aequalium contractio efficitur; id est:

a. vocalis intermedia expellitur, si consonantes aequales mota antecedit; itaque

e مَدَدَ extendit, fit مَدَّ e مُدِدَ extensus est, fit مُدَّ

e مَادِدٌ extendens, fit مَادٌّ e دُوَيْبِبَةٌ bestiola, fit دُوَيْبَّةٌ

b. vocalis intermedia in antecedentem consonantem transfertur, si consonantes aequales consonans quiescens antecedit; itaque

e يَمْدُدُ extendet, fit يَمُدُّ e أَحْبَبَ amavit, fit أَحَبَّ

e يُحْبِبُونَ amabunt, fit يُحِبُّونَ e مُحْبِبٌ amans, fit مُحِبٌّ

Quae consonantium aequalium contractio vero non admittitur ubicunque ipsa aut non facile fieri potest, aut, si fieret, iustam vocabuli formam prorsus corrumperet; id est

1. si consonantes aequales ab initio vocabuli positae sunt; ut in vocabulis دَدٌ iocus, دَدَنٌ iocus, مَمَالِيكُ servi, مُمَارِسٌ studiosus, تَتَدَعَّبُ iocaris.

2. si consonantes aequales antecedit Elifa hamsata quiescens; ut in vocabulis بَأْبَبَةٌ mugitus, دَأْدَدَ iocatus est.

3. si inter consonantes aequales vocalis longa intercedit; ut in vocabulis مَمْدُودٌ extensus, حَبَابٌ amor.

4. si consonantium aequalium anterior Teschdîdum accepit; ut in vocabulis حَدَّدَ acuit, تَبَدَّدَ dispersus est.

5. si consonantium aequalium posterior Sukûnum vel Dschesmam accepit; ut in vocabulis فَرَرْتَ fugisti, يَفْرِرْ fugit, أَحْبِبْ ama!

Sed posteriori dschesmatae vocalem adiicere licet, ut contractio fieri possit. Igitur pro يَفْرِرْ أَحْبِبْ ponuntur etiam يَفِرَّ أَحِبَّ.

6. in nominibus multis, et quidem maxime verborum intransitivorum infinitivis, quae secundam radicalem motam habent; ut in vocabulis سَبَبٌ causa, دُجُجٌ caligo, دَبَبٌ pilosum esse, دَبِبٌ pilosus. In quibus vocalis secundae radicalis eum in finem retinetur, ut nomina haec, illa vocali retenta, distinguantur a nominibus eiusdem radicis, quae secundam radicalem quiescentem habent.

203. Rarius fit, ut, ubi duae consonantes aequales vel cognatae concurrunt, altera cum vocali sua ita prorsus expellatur, ut neque antecedens consonans, neque sequens, Teschdîdum accipiat. Quod quidem fit

a. in futuro formae verborum quintae, sextaeque; nam pro تَتَقَرَّبُ adis, تَتَرَاكَبُونَ compositi estis, ponuntur etiam تَقَرَّبُ تَرَاكَبُونَ.

b. in forma verborum decima pro أَسْتَطَاعَ *potuit* nonnunquam ponitur أَسْطَاعَ vel أَسْتَاعَ. Alii vero, contractione facta, ponunt أَسَّطَاعَ. Vide Sacy gramm. tom. 1. pag. 224.

c. in flectendo praeterito verbi ظَلَّ *perseveravit*, pro ظَلِلْتَ *perseverasti*, ظَلِلْتُ *perseveravi*, ponuntur etiam ظِلْتَ ظَلْتَ ظِلْتُ.

204. Lingua vulgaris in flectendis verbis surdis post consonantes aequales contractas *vocalem vel diphthongum introducit*; igitur pro قَرَرْتَ *quievisti*, proferunt قَرَّتَ قَرَّاتَ قَرَّيْتَ, quemadmodum Hebraei pro סְבַבְתָּ ponunt סַבּוֹתָ. Nonnunquam ipsa tertia radicalis in semivocalem transformata esse videtur; nam pro قَرَرْتَ *quievisti*, أَسْتَقْرَرْتَ *commoratus es*, homines vulgares proferunt etiam قَرَيْتَ أَسْتَقْرَيْتَ. Quod pronuntiationis mollioris causa fit. Vide Sacy gramm. tom. 1. pag. 228; Ewald gramm. tom. 1. pag. 308.

205. Littera Tâ ت, si in octava verborum forma post radicales د ذ ز ص ض ط ظ ponenda est, ita immutatur, ut ipsa illis radicalibus

propinquior fiat. Nam certae litterae in sermone arabico insociabiles sunt, id est coniunctae non ponuntur, quia earum concursus sonum ingratum efficere existimatur; vide lib. quart.; Sacy gramm. tom. 1. pag. 31. Immutatur autem littera ت

post ث in ث	post ص in ط
post د in د	post ض in ط
post ذ in د	post ط in ط
post ز in د	post ظ in ط

Igitur pro أَزْتَلَفَ accessit, أَصْتَدَ velavit se, ponuntur أَصْطَدَّ أَزْدَلَفَ.

De vocalium syllabarum immutationibus.

206. Vocales syllabarum iuste positas certis modis immutare licet; qua quidem concessione maxime poetae utuntur. De quibus immutationibus hoc loco breviter haec commemoranda esse videntur:

a. vocalis brevis, et quidem maxime Kesra ac Damma, quae secundae radicali adscripta est, nonnunquam expellitur, quia vocalis primae radicalis accentu ita acuto profertur, ut eo secunda vocalis aliquantum deprimatur. Igitur pro شَهِدَ adfuit, حَسُنَ excelluit, ضُرِبَ ictus est, فَخِذٌ femur, عَضُدٌ brachium, وَعِلَةٌ rupicapra, سَلَفٌ maiores, vocali secundae radicalis expulsa, ponuntur: شَهْدَ حَسْنَ ضُرْبَ فَخْذٌ عَضْدٌ وَعْلَةٌ سَلْفٌ.

b. qua expulsione facta, vocalem secundae radicalis in primam radicalem transferre licet, ne vocalis illa, quae ad naturam vocabuli indicandam multam vim habere solet, prorsus pereat. Igitur ponuntur etiam عُضْدٌ فِخْذٌ شِهْدَ.

c. vocali secundae radicalis in primam radicalem translata, eandem vocalem etiam secundae radicali reddere licet, quia saepius fit, ut antecedens vocalis sibi congruam sequentem introducat. Igitur ponuntur etiam عُضُدٌ فِخِذٌ شِهِدَ. Vide lib. quart.; atque Ewaldi gramm. vol. 1. pag. 85.

Quanquam hae quidem formae etiam inde ortae esse dici possunt, quod vocalis secundae radicalis vocabulorum عَضُدٌ فَخِذٌ شَهِدَ sibi congruam reddidit antecedentem vocalem. Nam etiam hoc fit, ut sequens vocalis, si gravioris momenti est, atque ad naturam vocabuli indicandum multum facit, sibi congruentem reddat antecedentem vocalem, quae levioris momenti est; vide Ewaldi gramm. tom. 1. pag. 385.

Variae eiusdem vocabuli formae فِخِذٌ فِخْذٌ فَخْذٌ فَخِذٌ ab Arabibus nuncupantur لُغَةٌ, plur. لُغَاتٌ, id est: loquutiones.

d. vocali secundae radicalis expulsa, tertia radicalis, si quiescens fuerat, vocalem adsciscit; nam duas consonantes quiescentes lingua arabica non coniungit; vide par. 195. Igitur pro يَلِدْ *genuit*, اِنْطَلِقْ *abi!* ponere licet اِنْطَلْقَ يَلْدَ.

De quibus vocalium immutationibus plura infra exponentur, quum de derivatorum formis, licentiisque poetarum dicendum erit. Vide Ewald gramm. vol. 1. pag. 384.

207. Vocalium concursus sive hiatus, qui syllabarum immutationes efficere posset, si rem ex scriptura arabica iudicamus, apud Arabes nullus fit. Nam singulae syllabae nonnisi unam vocalem continent, syllabaeque omnes a consonantibus incipiunt; quo fit, ut inter singulas vocales quascunque interpositae sint consonantes, nullusque igitur hiatus admittatur; vide par. 193. Sic pro *kâ-i-lun* dicens, in scriptura ponitur *kâ-ji-lun* قَايِلٌ.

Sed quum consonantes nonnullae, id est Elif sive spiritus lenis, atque Wâw ac Jâ, quae semivocales dicuntur, natura sua ita molles atque infirmae sint, ut ad vocales satis prope accedant, tamen, si ab his *consonantibus infirmis* syllabae incipiunt, quidam vocalium semivocaliumque concursus fiunt, e quibus variae syllabarum immutationes exsistunt, quae iam adcuratius exponendae sunt. Vide par. 80; Ewald gramm. vol. 1. par. 98.

Caput secundum.

De syllabis propter consonantes infirmas mutatis.

208. Consonantes infirmae, id est Elif, Wâw, Jâ, propinqua cognatione attingunt tres vocales primarias; atque Elifa quidem maxime cognata est vocali *a*, Wâwa vocali *u*, Jâa vocali *i*. Vide par. 18.

Wâwa ac Jâa primitus nil nisi vocales *u* atque *i* significasse videntur. Sed ubi ipsae aliis vocalibus anteponebantur, quasi sponte, quum concursum vocalium Arabes ingratum haberent, vocales illae *u* atque *i* paullo rigidiores factae in consonantes molles *w* ac *j* ita abibant, ut syllabae *ua* et *ia* in *wa* ac *ja* converterentur. Sic pro *as-ua-du* اسود niger, quod a radice *sud* سود e lege grammatica derivatum est, proferebatur *as-wa-du* أَسْوَدُ.

Atque pro *fid-ia-tun* فديَة pretium, quod a radice *fdi* فدى e regula generali derivatum est, proferebatur *fid-ja-tun* فِدْيَة. Itaque Wâwa ac Jâa sonum ancipitem, inter vocalem ac consonantem fluctuantem, habent, eamque ob causam consonantes infirmae, sive semivocales, iure vocatae sunt. Inde vero necessario fit, ut ipsae saepius, id est ubi litterae vicinae hoc flagitant, vocalium naturam resumant, atque tum aut cum vocalibus vicinis confluant, aut a vocalibus vicinis expellantur; quibus factis, vocales vicinae ita coalescunt, ut nullus hiatus, sive vocalium concursus, exsistat.

Consonans Elif, id est spiritus lenis, quemadmodum ceterae gutturales cum vocali *a* potissimum recte proferri potuisse videtur. At sonum ita tenuem habet, ut quanquam haec consonans adest, in ipsa pronuntiatione tamen maxime vocalis tantum, aut antecedentis, aut sequentis, sonus percipiatur. Quam ob causam in mediis vocabulis, ubi e lege grammatica ad consonantem Elifam vocalis aliqua illi haud cognata, id ést *u* vel *i*, adiungenda erat, Arabes non ipsam consonantem Elifam posuerunt, sed vocalem ei adiungendam, tanquam sonum potiorem, significarunt, et quidem positis litteris Wâw ac Já. Igitur pro *ba-hu-ssa* fortis fuit, ac *bih-run* puteus, non باس بار posuerunt; sed, ut vocales ad Elifam sive spiritum lenem adiungendae apertius significarentur, illa vocabula scripserunt بوس بير.

Atque ex his quidem causis variae consonantium infirmarum immutationes, quum in pronuntiando, tum in scribendo, exsistunt. De quibus in universum primo nonnulla proponemus.

209. Si consonantes infirmae *syllabam claudunt*, tum ipsae a praecedente vocali ita reguntur, ut haec vocalis eam consonantem infirmam, quae sibi cognata est, sibi adiungat. Igitur vocalis *a* sibi adiungit Elifam, vocalis *u* Wâwam, vocalis *i* Jâam. Eam ob causam

pro بِأْس miseria, ponitur بِيس. pro بُؤْس miseria, ponitur بُوس

pro دِوْمَة imber, ponitur دِيمَة. pro مُيْقِن sciens, ponitur مُوقِن

pro نَوْر ignis, ponitur نَار. pro رَيْش penna, ponitur رَاش

Sed non immutantur بَأْس fortitudo, نُور lumen, رِيش penna, quia in his vocabulis praecedens vocalis eam consonantem infirmam, quae sibi cognata est, iam sibi adiunctam habet.

Vocalis *a* vero in multis vocabulis Wâwam vel Jâam sequentem admittit, atque cum his coniuncta efficit diphthongos *au* et *ai*. Sic ponuntur نَوْر *naurun* flos, سَيْر *ssairun* iter; par. 121. 122.

210. Si in mediis vocabulis a consonantibus infirmis *syllabae incipiunt*, tum saepe fit, ut consonantes infirmae, ac maxime quidem semivocales, inter duas vocales positae sint, tanquam parietes ad eum finem interiecti, ne vocales duae concurrentes hiatum efficiant. Sic pro *ar-ku-ua-tun* tumulus, cum interiecta Wâwa profertur عَرْقُوَةٌ *ar-ku-wa-tun;* pro *tas-li-ia-tun* torrere, cum interiecta Jâa profertur تَصْلِيَةٌ *tas-li-ja-tun.* Sed paries ille interiectus, quum nonnisi e vocali rigescente natus sit, infirmamque ideo naturam habeat, a praecedente vocali saepius ita regitur, ut ipse huic vocali congruus reddatur; igitur etiam in his vocabulis praecedens vocalis semivocalem sibi cognatam sibi adiungit. Sic pro تَسْمِوَةٌ nuncupatio, propter praecedentem vocalem *i* ponitur تَسْمِيَةٌ, atque pro نَهِوَ *prudens fuit*, propter praecedentem *u* ponitur نَهُوَ. Raro semivocalis praecedentem vocalem transformat; par. 274.

211. Haud raro vero fit, ut vocales inter se vicinae natura sua ad confluendum ita propensae sint, ut ipsae nullum parietem intergerinum, id est semivocalem interpositam, ferant. Tum itaque semivocalem illam aut in vocalem convertunt, aut prorsus expellunt; quo facto, ipsae vocales in unam confluunt sive coalescunt. Sic pro تَتْلُوِينَ *tat-lu-uî-na* sive *tat-lu-wî-na* legis *fem.* ponitur تَتْلِينَ *tat-lî-na;* expulsa enim semivocali Wâwa, vocales *u* et *î*, quae ea dirimebantur, in *î* confluxerunt, ne hiatus exsisteret.

212. Propterea iam exponendum est, quaenam sint vocales illae, quae semivocalem inter se interpositam retinent, quaeque sint eae, quae, semivocali expulsa, confluant.

Tum vero potissimum semivocalis interposita retinetur, si vocales, quae eam cingunt, ita dispares sunt, ut in unam confluere nequeant, id est si *u* et *a*, vel *i* et *a*, semivocalem cingunt. Ceterae vocales contra, *a* et *u*, *a* et *i*, *i* et *u*, *u* et *i*, *a* et *a*, *i* et *i*, *u* et *u*, ad confluendum propensiores sunt. At de singulis tamen accuratius exponendum est. Radices *concavae*, id est, quae Wâwam vel Jâam secundam radicalem habent, in nonnullis formis vocales inter se vicinas aliter constituunt, quam radices *defectivae*, id est quae Wâwam vel Jâam tertiam radicalem habent. Ad singulas vocales statim transeamus.

1. *ă* + *ă* expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in *â*. ic pro غَزَوَ bellavit, اَلْعَصَوُ fustem, رَمَيَ iecit, قَوَمَ stetit, سَيَرَ incessit,

حَوَكَةٌ textores, قُضَيَةٌ iudices, ponuntur غَزَا ٱلْعَصَا رَمَى قَامَ سَارَ حَاكَةٌ قُضَاةٌ. At in nonnullis vocabulis tamen, quae a radicibus concavis derivata sunt, vocales ă + ă semivocalem interiectam retinent, e. g. دَوَرَانٌ circuitus, طَيَرَانٌ volatus; sic non modo حَاكَةٌ textores, sed etiam حَوَكَةٌ ponitur.

ă + ā retinent interiectam semivocalem, e. g. مَوَاهِبُ dona, مَيَامِينُ prosperitates.

2. ă + ĭ expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in ā. Sic pro ٱلْعَصَوِ fustis, خَوِفَ timuit, ٱلْمَثْوَيِ mansionis, ponuntur ٱلْعَصَا ٱلْمَثْوَى خَافَ.

ă + ī expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in diphthongum *ai*. Sic pro تَرْمَيِينَ peteris *fem.* تَغْشَوِينَ invaderis *fem.* ponuntur تَغْشَيْنَ تَرْمَيْنَ. Sed in iis vocabulis, quae a radicibus concavis derivata sunt, vocales ă + ī interiectam semivocalem retinent; e. g. طَوِيلٌ longus.

3. ă + ŭ expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in ā. Sic pro طَوُلَ longus fuit, ٱلْقُرَيُ oppida, ٱلْعَصَوُ fustis, ponuntur طَالَ ٱلْعَصَا ٱلْقُرَى.

ă + ū expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in diphthongum *au*. Sic pro غَزَوُوا bellaverunt, رَمَيُوا iecerunt, ponuntur غَزَوْا رَمَوْا. Sed in iis vocabulis, quae a radicibus concavis derivata sunt, vocales ă + ū interiectam semivocalem retinent; e. g. هَيُوبٌ timidus, قَوُولٌ loquax.

4. ŭ + ă retinent interiectam semivocalem; e. g. دُوَلٌ regna, عُيَبَةٌ vituperator, قُوَلَةٌ loquax, لِيَغْزُوَ ut bellaret. Vide par. 262. art. 4.

ŭ + ā retinent interiectam semivocalem; طُوَالٌ procerus.

5. ŭ + ĭ expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in ī. Sic pro قُوِلَ dictum est, مُيِزَ discretum est, ٱلْأَدْلُوِ sitularum, ٱلْأَيْدُيِ manuum, ponuntur قِيلَ مِيزَ ٱلْأَدْلِي ٱلْأَيْدِي.

ŭ + ī expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in ī; sic pro تَغْزُوِينَ bellabis *fem.* ponitur تَغْزِينَ.

6. ŭ + ŭ retinent interiectam semivocalem in iis nominibus, quae a radicibus *concavis* derivata sunt; e. g. سُيُلٌ spinae, شُيُبٌ cani, عُيُنٌ

vomeres, دُوُرٌ domus, عُوُنٌ pubes. Sed pro his frequenter eae formae ponuntur, quae, interiecta semivocali in vocalem conversa, tres vocales concurrentes in unam productam contrahunt, id est دُورٌ عِينٌ شِيبٌ سِيلٌ عُونٌ ac نُورٌ pro نُوُرٌ fugaces, Kâm. pag. 676. In verbis *defectivis* vocales ŭ + ŭ interiectam semivocalem expellunt, atque abeunt in ú; sic pro يَغْزُوُ bellabit, ponitur يَغْزُو. In nominibus, quae a radicibus defectivis derivata sunt, vocales ŭ + ŭ interiectam semivocalem in ĭ convertunt; quo facto, tres vocales concurrentes in í contrahuntur. Sic pro أَلْأَيْدُيُ manus, أَلْأَدْلُوُ situlae, ponuntur أَلْأَدْلِى أَلْأَيْدِى. Vide par. 293. art. 2.

ŭ + ú retinent interiectam semivocalem in iis nominibus, quae a radicibus *concavis* derivata sunt; e. g. عُيُونٌ oculi, فُوُوجٌ agmina. In verbis *defectivis* vero vocales ŭ + ú interiectam semivocalem expellunt, atque abeunt in ú; sic pro يَغْزُوُونَ bellabunt, ponitur يَغْزُونَ.

7. ĭ + ă retinent interiectam semivocalem; e. g. عِوَضٌ compensatio, بِيَعٌ templa, لِيَرْمِيَ ut iaceret.

ĭ + á retinent interiectam semivocalem; e. g. بِيَاعَةٌ merx, طِوَالٌ longi, يَرْمِيَانِ iacient *dual.*

8. ĭ + ĭ expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in í; sic pro ٱلْغَازِوِ bellantis, ٱلرَّامِيِ iacientis, ponuntur ٱلرَّامِى ٱلْغَازِى.

ĭ + í expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in í; sic pro ٱلْغَازِوِينَ bellantium, ٱلرَّامِيِينَ iacientium, ponuntur ٱلرَّامِينَ ٱلْغَازِينَ.

9. ĭ + ŭ expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in í; sic pro ٱلرَّامِيُ iaciens, ٱلْغَازِوُ bellans, ponuntur ٱلرَّامِى ٱلْغَازِى.

ĭ + ú expellunt interiectam semivocalem, atque abeunt in ú; sic pro ٱلرَّامِيُونَ iacientes, ٱلْغَازِوُونَ bellantes, ponuntur ٱلرَّامُونَ ٱلْغَازُونَ.

10. ă + ai, ŭ + ai, ĭ + ai, retinent interiectam semivocalem; e. g. عَصَوَيْنِ duorum fustium, مَأْوَيَيْنِ duarum mansionum, ٱلسُّوَيْدَآءُ intimum cor, عُيَيْنَةٌ ocellus, رَامِيَيْنِ duorum iacientium.

213. *Vocalis producta*, quae semivocalem praecedit, tanquam sonus gravior, cum sequenti vocali non confluit; igitur interiecta semivocalis

retinetur; e. g. جَاوَلَ circumivit, عَايَنَ intuitus est, تَسَايُرٌ profectio, جُووِلَ circumventum est, بُويِعَ sponsum est; Sacy gramm. tom. 1. pag. 246. Sic etiam ea semivocalis, quae inter duas vocales productas, vel inter diphthongum ac vocalem, interposita est, retineri solet; e. g. ٱلسَّمَاوَاتُ coeli, أَقَاوِيلُ dicta, حَيِيٌّ tribulis, حَيْوَانٌ animal.

In fine eorum nominum, quae a radicibus *defectivis* derivata sunt, vocales $\hat{a} + \breve{u}$, $\hat{a} + \breve{\imath}$, $\hat{a} + \breve{a}$, interiectam semivocalem in spiritum lenem, id est Hamsam, convertunt; quod graviori vocalis productae, quae praecedit, sono effici censetur. Igitur pro ٱلسَّمَاوُ coelum, بِنَايٌ aedificatio, ٱلسَّمَاوِ coeli, ٱلْبِنَايَ aedificationem, سَمَاوُهُ coelum eius, بِنَايُهُ aedificatio eius, بِنَايِهِ aedificationis eius, ponuntur ٱلسَّمَآءُ بِنَآءٌ ٱلسَّمَآءِ ٱلْبِنَآءَ سَمَآؤُهُ بِنَآؤُهُ بِنَآئِهِ. Vide par. 158. 268. 299.

214. *Sukûnum*, quod semivocalem praecedit, eam retinere solet; nam post praecedens Sukûnum semivocalis prima littera fit novae syllabae, neque antecedit vocalis, quacum semivocalis illa confluere potest; conf. par. 193. 208. Igitur ponuntur حُلْوٌ dulcis, حَلْيٌ mundus muliebris, فِدْيَةٌ pretium, أَطْيَبُ melior, أَطْوَلُ longior, مِقْوَلٌ lingua, مِكْيَلٌ mensura, تِقْوَلَةٌ loquax, تَغْوِيرٌ descensus, مَبْيُوعٌ emtum, ٱسْوَدَّ nigrescit.

At in multis tamen vocabulis fit, ut Sukûnum sive consonans quiescens sequentem semivocalem expellat, eiusque vocalem ad se attrahat. Sic pro nominibus femininis, quae a radicibus *defectivis* derivata sunt, حِظْوَةٌ portio, أَمْوَةٌ ancilla, حُمْيَةٌ aculeus, سَنْيَةٌ annus, ponuntur حِظَةٌ أَمَةٌ حُمَةٌ سَنَةٌ. In iis vocabulis, quae a radicibus *concavis* derivata sunt, expulsa semivocali, sequens vocalis produci solet; sic pro يَقْوُلُ dicit, يَسْيِرُ incedit, يَخْوَفُ timet, يُخْوَفُ timetur, أَقْوَمَ constituit, ٱسْتَقْوَمَ constitit, يَسْتَقْوِمُ consistet, ponuntur يَقُولُ يَسِيرُ يَخَافُ يُخَافُ أَقَامَ ٱسْتَقَامَ يَسْتَقِيمُ. De qua re infra plura exponentur par. 253—256.

215. Semivocales Wâw ac Jâ iisdem fere immutationibus adficiuntur. At Jâ tamen consonans paulo firmior esse videtur; nam ubi consonante firma, vocales fortiter dirimente, opus est, pro radicali Wâwa nonnun-

quam substituitur Jâa, quanquam vocales vicinae etiam Wâwam ferrent. Sic pro قُوَّمٌ ac قُوَّامٌ *stantes*, ponuntur etiam قُيَّمٌ قُيَّامٌ, atque pro قَوُّومٌ ac قَوَّامٌ *stabilis*, ponuntur قَيُّومٌ قَيَّامٌ.

Radices concavae semivocales Wâwam ac Jâam cum sequente vocali constantius retinent quam radices defectivae; haud mutata enim دَوَرٌ ac دَوَرَانٌ ponuntur, quae a radice concava derivata sunt; sed يَغْزُوُ ac غَزَوَ, quae a radice defectiva derivata sunt, in يَغْزُو ac غَزَا mutantur. Quae diversitas a nonnullis sic explicantur. Radices *concavae*, quia semivocalem cum vocali sequente in medio vocabulo habent, fortius eam tuentur. In radicibus *defectivis* vero, quum semivocalem extremam radicalem habeant, vocalis illa, quae semivocalem sequitur, extra radicem posita est, atque in antiquissimo sermone fortasse non usitata fuit; nam sermo hebraeus ac sermo arabicus vulgaris post extremam radicalem non adiiciunt vocalem, sed proferunt יִקְטֹל يَقْتُلْ. Igitur vocalem illam, quae post extremam radicalem adiicienda erat, ab antecedente vocali, eaque cognata, absorberi facilius patiebantur; sic extrema vocalis vocabuli يَغْزُوُ *jagsuuu* vel *jagsuwu* ab antecedente *uu* absorpta est, indeque ortum vocabulum يَغْزُو *jagsû*. Pro غَزَوَ *gasaua* vel *gasawa*, extrema vocali abiecta, comparebat *gasau*; quod, diphthongo *au* in *â* contracta, in غَزَا *gasâ* mutatum est; sic Hebraei quoque pro שָׁחַו *schachau* inclinavit, diphthongo *au* in *â* contracta, ponunt שָׁחָה *schachâ*. Si vero vocalis illa, quae post extremam radicalem adiicienda est, non cognata est ei, quae extremam radicalem antecedit, id est, si concurrunt *i* + *a* vel *u* + *a*, tum vocalis, quae extremam radicalem sequitur, necessario retinetur, ipsaque extrema radicalis in semivocalem abit; quam ob rem ponuntur يَغْزُوَ *jagsuwa*, يَرْمِيَ *jarmija*; vid. par. 212. Ewald gramm. vol. 1. par. 102.

Elifa, sive spiritus lenis, consonans constantior est quam semivocales Wâw ac Jâ. Nam, si rem recte iudicamus, ipse spiritus lenis, quod ad sonum adtinet, fere non mutatur, sed cum qualicunque vocali coniunctus idem manet. Quanquam enim pro بَأُسَ strenuus fuit, scribitur بَؤُسَ, sonus tamen spiritus lenis eo non mutatur; nam etiam بَؤُسَ pronuntiare voluisse videntur. *ba-hu-ssa*; spiritus lenis indicatus est adposita Hamsa. Ipsa

Wâwa vero, cui Hamsa superposita est, vocalem *u* tantum indicabat, quae post spiritum lenem proferenda est; vid. par. 208.

Nonnisi rarius fit, ut consonans quiescens sequentem spiritum lenem expellat, quasi hic semivocalis sit; vide par. 214; quemadmodum enim pro يَخْوُفُ ponunt يَخَافُ, sic etiam pro مَلْأَكٌ *mal-ha-kun* legatus, spiritu leni expulso, ponitur مَلَكٌ *ma-la-kun*. Atque rarius quoque fit, ut spiritus lenis re vera in semivocalem convertatur; quod quidem fit, si pro تَآمَرُوا deliberarunt, نَبِيءٌ propheta, ponuntur تَوَامَرُوا نَبِيٌّ. Vide par. 235. 239.

216. Itaque semivocales, *quae non mutantur*, hae potissimum sunt:

1. quae ab initio vocabuli positae sunt, ut in vocabulis وُلْدٌ liberi, يُسْرٌ commoditas; nam quaevis syllaba a consonante incipere debet, neque vocabuli initium antecedit vocalis, quacum semivocalis confluere possit; par. 193. 208.

2. quas praecedit Sukûnum, ut in فِدْيَةٌ pretium; nam nova syllaba ab his semivocalibus incipit, neque eas praecedit vocalis, quacum confluere possint; par. 214.

3. quas praecedit vocalis producta, ut in تَسَايُرٌ profectio; nam vocalis producta sonus gravior est, quam qui cum sequente vocali confluat; par. 213.

4. quas cingunt vocales dispares *i* + *a* atque *u* + *a*, ut in دُوَلٌ regna, لِيَغْزُوَ ut bellaret; nam vocales dispares confluere nequeunt. Igitur illae, ne hiatus exsistat, inter se semivocalem, tanquam parietem intergerinum, interponunt; par. 212.

5. quas sequitur vocalis producta, et maxime quidem in iis nominibus, quae a radicibus concavis derivata sunt, ut سِوَارٌ armilla, ثَوَابٌ remuneratio, طَوِيلٌ longus, طُيُورٌ aves; par. 212. art. 2. 6. Vocalem illam productam, quum in media radice posita sit, graviorem habuerunt, quam quae cum antecedente vocali confunderetur; par. 215.

6. quas sequitur diphthongus *ai*, ut in عَصَوَيْنِ duorum fustium; par. 212. art. 10. par. 244. art. 6.

7. quae geminata sunt, ut in قُوِّمَ directus est, سُيِّرَ emissus est. Quae quidem vocabula in eorum numerum referri possunt, in quibus

semivocales praecedit Sukûnum, ut in قَدْيَةٌ. Vide supra art. 2. Nam قَوَّمَ scriptum est pro قَوْوِمَ *kuw-wi-ma*.

Elifae hamsatae, *quae non mutantur*, hae potissimum sunt: 1. quae ab initio vocabulorum ponuntur; 2. quae post antecedentem Fatcham claudunt syllabam, ut in رَأْسٌ caput; 3. quae post antecedens Sukûnum positae, atque vocali *a* motae sunt, ut in مَرْأَى facies; 4. quae inter geminam *a* positae sunt, ut in سَأَلَ quaesivit; 5. quae post Fatcham in fine vocabulorum positae sunt, ut in يَفْتَأُ desinit. De quibus infra copiosius dicetur par. 222.

217. Hiatus, sive duarum vocalium concursus, ne fiat, Arabes variis modis provident; id est

1. priori vocali, si duae concurrunt, in semivocalem conversa; quod ab initio vocabulorum fit, atque in mediis vocabulis post Sukûnum praemissum. Sic pro *ua-la-da*, *at-ia-bu*, proferuntur *wa-la-da*, *at-ja-bu* وَلَدَ أَطْيَبُ.

2. semivocali inter duas vocales, quarum prior producta est, interposita, eaque geminata. Sic pro *mekki-un* مَكِّيٌّ Mekkensis, *Mekki-atun* مَكِّيَّةٌ Mekkensis *fem.* ponuntur *mekki-jj-un mekki-jj-atun* مَكِّيٌّ مَكِّيَّةٌ. Vocalis producta parit semivocalem sibi cognatam, eamque geminat, ut fortius ea semivocalis vocales ipsam cingentes dirimat. Atque sic Hebraei pro *ibri-ah* עִבְרִי־ָה Hebraea, ponunt *ibri-jj-ah* עִבְרִיָּה Ewald gramm. hebr. min. par. 80. 123. Simili fere modo Chaldaei et *segi-at* סְגִיאַת magna, et *segi-jj-at* סַגִּיַּת ponunt; Hupfeld exercit. aethiop. pag. 17. Tum vero vocalis producta, quae geminatam semivocalem praecedit, in brevem convertitur; par. 197. Fürst gramm. chald. par. 166.

3. media vocali, si tres vocales concurrunt, in semivocalem conversa. Sic ex *kâ-ua-ma* obstitit, *mokâ-ui-mun* obsistens, *tassâ-iu-run* profectio, *da-ua-rânun* circuitus, *ta-ia-rânun* volatus, *du-ua-lun* regna, oriuntur *kâ-wa-ma* قَاوَمَ, *mokâ-wi-mun* مُقَاوِمٌ, *tassâ-ju-run* تَسَايُرٌ, *da-wa-rânun* دَوَرَانٌ, *ta-ja-rânun* طَيَرَانٌ, *du-wa-lun* دُوَلٌ. Atque in iis nominibus, quae a radicibus defectivis derivantur, formandis ex *madschlû-u-un* politus, *marmû-i-un* iactus, oriuntur *madschlû-w-un*, *marmî-j-un*; quae deinde interiectam semivocalem eadem ratione, quae

modo art. 2. exposita est, geminant, atque igitur in *madschlu-ww-un* مَجْلُوٌّ, *marmi-jj-un* مَرْمِيٌّ, convertuntur.

4. altera vocali, si duae concurrunt, expulsa. Sic a radicibus قوم *kûm* stare, سير *ssîr* incedere, non derivantur *jak-ûu-mu* stabit, *jass-îu-ru* incedet, *ak-ûa-ma* constituit, sed *jakûmu* يَقُومُ, *jassîru* يَسِيرُ, *akâma* أَقَامَ. Vide par. 214.

5. duabus vel tribus vocalibus in unam, sive diphthongum, sive vocalem, contractis. Sic enim pro *rama-i-na* iecimus, profertur cum diphthongo *ramaina* رَمَيْنَا. Atque sic *rama-i-û* رَمَيُوا, *tagsu-u-îna* تَغْزُوِينَ, *ka-ua-la* قَوَلَ, *ha-ua-katun* حَوَكَةٌ, *el-assa-u-u* ٱلْعَصَوُ, contrahuntur in *ramau* رَمَوْا, *tagsîna* تَغْزِينَ, *kâla* قَالَ, *hâkatun* حَاكَةٌ, *el assâ* ٱلْعَصَا.

6. una concurrentium vocalium in spiritum lenem conversa, vel spiritu leni inter duas vocales interposito; quemadmodum pro *nidâ-i-un* نِدَاىٌ vocatio, *garâ-i-bu* insolita, ponuntur *nidâ-h-un* نِدَآءٌ, *garâ-h-ibu* غَرَآئِبُ. Qui quidem spiritus lenis, ubi in medio vocabulo vocales *i* et *u* praecedit, inter pronuntiandum facile in semivocalem transit; quamobrem multi *garâ-ji-bu* pronuntiasse videntur. Sic Syri scribunt quidem ܩܳܐܶܡ *ko-hem* stans, sed *ko-jem* pronuntiari iubent. Fürst gramm. chald. par. 155.

Spiritus lenis vero, nisi si ex consonantibus radicalibus est, vocales, qui eum cingunt, nonnisi leniter dirimit; quamobrem vocales illae, inter quas ipse interpositus est, quodammodo concurrere censeri possunt; Ewald gramm. par. 133.

218. Si in medio vocabulo duae Wâwae, vel duae Jâae, quarum anterior hamsata est, continuae ponendae sunt, ut spiritus lenis cum sequente vocali producta significetur, ut in vocabulis رُؤُوسٌ capita, جَآؤُوهُمْ adierunt eos, رَئِيسٌ praefectus, par. 154. tum ex antiquioris scripturae, vocales parcius significantis, more altera Wâwa, sive altera Jâa, omitti potest.

Antiqui enim ponebant ريس جاوهم روس. Postea vero, ut et spiritum lenem, et vocalem productam, apertius significarent, posuerunt رُؤُوسٌ جَآؤُوهُمْ رَئِيسٌ vel cum Hamsa solitaria رُءُوسٌ جَآءُوهُمْ رَءِيسٌ.

par. 158. vel minus adcurate رُوسٌ نُوْمٌ par. 155. Atque pro his, ad antiquiorem modum quasi redeuntes, ponunt etiam رَيِسٌ جَاوُهُمْ رُوسٌ.

In fine vocabuli, si posterior semivocalis hamsata est, sola Hamsa pro ea scribi solet; sic pro سُوءٌ malum, ظَمِيئٌ sitiens, ponuntur سُوءٌ ظَمِيءٌ par. 158. Si prior semivocalis hamsata est, haec retinetur, altera vero omitti potest; sic pro وَرَآئِي *post me*, ponitur etiam وَرَآءِ.

219. Nonnullae immutationes, quibus consonantes infirmae adficiuntur, atque eae maxime, quae in Elifam hamsatam cadunt, ex antiquiore, quo vocales scribebant, modo ortae esse videntur; quamobrem illae primitus orthographiae potius, quam pronuntiationis, immutationes fuisse censeri possunt; Ewald gramm. vol. 1. pag. 375. 376. Etenim in scribendis vocalibus antiqui has regulas observasse videntur:

1. si consonantem *vocalis brevis una* sequebatur, hanc vocalem non significabant, quia ipsa cum praecedente consonanti intime iuncta esse censebatur; igitur vocabulum *bĭhĭ* per eum, scribebant, solis consonantibus indicatis, به *bh*. Neque, si vocabulum a vocali brevi incipiebat, haec vocalis significabatur, sed spiritus lenis, tanquam consonans praecedens, indicabatur, quia vocalis, a qua incipit syllaba, nonnisi cum spiritu quodam proferri potest; igitur pro *in* si, scribebant ان *hn*.

Vocales productae vero *û î â*, ut a brevibus distinguerentur, positis litteris و ى ا significabantur; vide par. 22.

2. si consonantem *vocales breves duae* sequebantur, quod nonnisi rarius fiebat, tum prima vocalis quidem solito more cum praecedente consonanti intime iuncta esse censebatur, altera vero necessario indicanda erat aliqua litterarum و ى ا posita. Igitur vocabula *kaulun* dictio, *kuila* dictum est, *kâilun* dicens, scribebantur cum secunda vocali indicata قول قايل قيل. Vocabulum *kaulun* cum diphthongo retinuerunt; sed vocabulum *kuila*, ut hiatus tolleretur, postea in *kîla* contraxerunt; atque in vocabulum *kâilun*, ut hiatus quodammodo saltem tolleretur, spiritum lenem inseruerunt: *kâhilun* قَائِلٌ.

In fine vocabulorum secunda vocalis antiquitus non scribebatur, aut quia casus nominis, qualis haec vocalis esset, indicabat, aut quia tunc secunda vocalis omnino non pronuntiabatur, quemadmodum eam etiamnunc in vulgari sermone omittunt. Igitur pro *essamâu* coelum, tunc ponebant

essamâ السما . Postea vero, terminationem accuratius indicantes, posuerunt *essamâhu* ٱلسَّمَآءُ . Vide par. 163.

3. si *spiritum lenem* in medio vocabulo sequitur vocalis *u* vel vocalis *i*, tum antiqui has vocales *spiritum sequentes* significant positis litteris Wâw et Jâ; nam si pro spiritu leni ipsam Elifam in his vocabulorum locis posuissent, ea littera potius vocalis *a* indicata fuisset. Igitur vocabulum *ra-ha-ssa* praefuit, cum Elita scribebant راس, quia in eo spiritum lenem sequitur vocalis *a*. Sed vocabulum *ar-ku-ssun* capita, cum Wâwa scribebant اروس, quia in eo spiritum lenem sequitur vocalis *u*; atque vocabulum *ra-hi-ssun* praefectus, cum Jâa scribebant ريس, quia in eo spiritum lenem sequitur vocalis *i*. Postea, quum puncta vocalia ac signa pronuntiationis litteris adiicerent, vocalibus illis Hamsam adscripserunt, ut etiam spiritum lenem, qui vocalibus praemittendus erat, apertius significarent; posuerunt igitur رَأَسَ أَرْؤُسٌ رَئِيسٌ. Unde factum est, ut in his vocabulis spiritus, vel potius Elifa, in Wâwam, vel Jâam, mutata esse dici posset.

4. si *spiritum lenem*, qui cum sequente vocali *a* pronuntiandus est, praecedit vocalis *u* vel vocalis *i*, tum antiqui has vocales *spiritum praecedentes* apertius indicare voluerunt positis litteris Wâw ac Jâ; vocalem *a* vero, quae spiritum sequitur, tum non significarunt, tanquam ipsi spiritui, vel antecedenti vocali, eique potiori, adhaerentem. Igitur vocabulum *da-na-ha* vilis fuit, quidem cum Elifa scribebant دنا, quia in eo spiritum cum sequente vocali *a* pronuntiandum praecedit *a*. Sed vocabulum *da-nu-ha* vilis fuit, cum Wâwa scribebant دنو, quia in eo spiritum cum *a* sequente pronuntiandum praecedit *u*; atque vocabulum *da-ni-ha* gibber fuit, cum Jâa scribebant دنى, quia in eo spiritum cum *a* sequente pronuntiandum praecedit *i*. Postea, adiecta Hamsa ipsum spiritum significantes, posuerunt دَنَأَ دَنُؤَ دَنِئَ.

Eandem scribendi legem servarunt, ubi spiritum lenem, qui cum Sukûno pronuntiandus est, praecedit vocalis *u* vel vocalis *i*. Itaque vocabulum *bah-run* fossio, quidem cum Elifa scribebatur بار, quia in eo spiritum praecedit *a*. Sed vocabula *bih-run* puteus, *buh-ratun* fovea, scribebantur بير بورة. Postea, adiecta Hamsa ipsum spiritum quoque significantes, posuerunt بَأْرٌ بِئْرٌ بُؤْرَةٌ.

Igitur etiam in his vocabulis spiritus, vel potius Elifa in Wâwam, vel Jâam, mutata esse dici poterat.

220. Quod vero ad pronuntiationem Elifae mutatae, id est spiritus lenis in medio vocabulo cum antecedente vel sequente vocali *u* vel *i* positi, adtinet, apud multos homines spiritus ille propter antecedentem vel sequentem vocalem, ut hiatus melius tolleretur, facile in semivocalem *w* vel *j* transiisse videtur, ita ut pro *ru-hû-ssun* رؤوس, *da-nu-ha* دنؤ, *da-ni-ha* دنئ, pronuntiarent *ru-wû-ssun da-nu-wa da-ni-ja*. Quamobrem in his vocabulis pronuntiationem inter spiritum ac semivocalem fluctuasse, coniici potest, quemadmodum supra diximus par. 193. 217. art. 5. Vide Hupfeld exercitt. aethiop. pag. 16. 17.

Atque his de litterarum infirmarum mutationibus in universum dictis, iam de unaquaque littera infirma, eiusque mutationibus, singulatim dicamus.

Caput tertium.

De syllabis propter Elifam mutatis.

221. Quae in spiritum lenem, sive Elifam hamsatam, mutationes cadunt, hae potissimum sunt. *Primo* haec consonans, quia sonum nonnisi tenuem ac mollem habet, pronuntiatione rapidiore adhibita nonnunquam expellitur; sic enim pro يرأى *jar-ha* videt, ponunt يرى *ja-ra*. *Deinde* propter antecedentem vel sequentem vocalem *u* vel *i* pro Elifa substituuntur Wâw vel Jâ, ut vocales illae aperte significentur, quemadmodum supra par. 219. art. 3. 4. expositum est; tùm vero Wâwae illi vel Jâae adponitur Hamsa, ut etiam spiritus, qui adest, significetur. *Denique* spiritus cum sequentibus vel antecedentibus vocalibus *u* vel *i* coniunctus, hoc est *hu*, *hi*, *uh*, *ih*, ut volubilior fiat pronuntiatio, nonnunquam, et quidem maxime in sermone vulgari, in semivocales *w* ac *j* convertitur; sic enim pro *cha-ti-ha-tun* خطيئة peccatum, *mak-rû-hun* مقروء lectum, *ta-hâ-ma-rû* تآمروا deliberarunt, illa mutatione facta, ponuntur *chatijjatun* خطيّة, *makruwwun* مقرو, *ta-wâ-ma-rû* تَوَامروا.

Primo vero eas Elifas videamus, quae non mutantur; par. 216.

A. *Elifae hamsatae quae non mutantur.*

222. Elifae hamsatae, quae non mutantur, hae potissimum sunt:

1. quae ab initio vocabulorum positae sunt; nam spiritum ab initio vocabuli cum qualicunque vocali pronuntiandum littera Elifa significant.

Igitur ponuntur أَفْعَلُ faciam, أُقَدِّمُ praemittam, إِقْدَامٌ accessio, أُوجَدُ inveniar, إِيجَابٌ effectio.

At nonnullae tamen Elifae ab initio vocabulorum positae pronuntiatione rapidiore ita debilitantur, ut aut e sola pronuntiatione evanescant, aut etiam ex ipsa scriptura tollantur; par. 175. Quae quidem Elifae hae sunt:

a. Elifae tenues, quae Weslam accipiunt, Hamsa ac vocali abiectis; quae Elifae in pronuntiando omittuntur; vide par. 168.

b. Elifae radicales ac praefixae verborum أَخَذَ cepit, أَكَلَ comedit, أَمَرَ iussit, أَتَى venit, in imperativo formae primae positorum; quae quidem Elifae etiam e scriptura tolluntur. Nam pro أُوخُذْ cape, أُوكُلْ comede, أُومُرْ iube, إِيتِ veni, ponuntur خُذْ كُلْ مُرْ تِهْ.

c. Elifa vocabuli أُنَاسٌ homines, cum vocali sua expellitur; nam in prosa oratione pro eo ponitur نَاسٌ. Sic etiam Syri Elifam huius vocabuli omitti iubent; scribunt enim cum linea occultante إنـهـ *nosch*, hebr. אֱנוֹשׁ. A poetis Arabibus vero forma plena أُنَاسٌ usurpatur.

Vocabulum اِبْنٌ *filius* in enarratione genealogica, eaque continua, inter nomen filii ac patris, vel avi, positum Elifam abiicit; vide par. 175. art. 2. Atque sic pro اِبْنَةٌ *filia* ponitur etiam بِنْتٌ. Sed si rem recte iudicamus, vocabula بِنْ ac بِنْتْ formae antiquiores, cum formis hebraicis בֵּן ac בַּת convenientes esse videntur, pro quibus postea اِبْنٌ ac اِبْنَةٌ substitutae sunt; Ewald gramm. vol. 1. par. 409.

d. Elifa weslata, quam sequitur consonans mota; quas quidem Elifas e scriptura expellere licet. Igitur si pro forma verborum octava plena اِسْتَتَرَ occultatus est, forma contracta اِسْتَّرَ adhibetur, tum, Elifa tenui expulsa, ponere licet سَتَّرَ. Atque si pro اَلْأَحْمَرُ ruber, Elifa hamsata propter antecedens Sukûnum expulsa, par. 230. scribitur اَلَحْمَرُ, tum pro hoc, etiam Elifa tenui expulsa, ponere licet لَحْمَرُ. Vide par. 175. art. 5. Sacy gramm. tom. 1. par. 131. 466.

2. quae post antecedentem Fatcham claudunt syllabam; ut in vocabulis رَأْسٌ caput, مَأْكُولٌ exesus, مَأْيُوسٌ desperans, مَأْوًى mansio. Nam in his vocabulis Elifa antecedentem habet vocalem sibi cognatam, neque sequitur vocalis, quae Elifam immutare possit.

3. quae post antecedens Sukûnum positae, atque vocali *a* motae sunt; ut in vocabulis مَرْأَى facies, مَسْأَلَةٌ quaestio; quod etiam cum Hamsa solitaria scribitur مَسْـــَٔلَةٌ par. 158. art. b.

E nonnullis vocabulis vero hae Elifae, rapidiore pronuntiatione adhibita, expelluntur; ut pro مَلْأَكٌ nuntius, plerumque مَلَكٌ ponitur; par. 163. 230.

4. quae inter geminam *a* positae sunt; ut in vocabulis سَأَلَ quaesivit, دَأَلٌ sive دَأْلٌ fraus.

Si *a* posterior est producta, tum Elifa antecedens in nonnullis vocabulis in Wâwam convertitur; ut pro تَآمَرُوا deliberarunt, ponunt تَوَامَرُوا par. 235.

5. quae inter vocalem *a* ac diphthongum positae sunt; ut in حَوْءَبٌ planities, فَيْئَةٌ reditus.

6. quae post Fatcham, sive diphthongum, in fine vocabulorum positae sunt; ut in vocabulis يَفْتَأُ desinit, اَلْكَلَأُ pabulum, اَلْكَلَإِ pabuli, رَشَأٌ dorcas, كَوْءٌ ac كَيْءٌ timiditas; par. 240.

Si Fatcha antecedit, Elifam pro ratione vocalis sequentis immutare etiam licet; par. 208. 209. 219. art. 3. Igitur ponuntur etiam يَفْتَوُ اَلْكَلَيِ.

Iam ad eas Elifas transeamus, quae mutantur.

B. *Elifae hamsatae quae mutantur.*

1. *Elifa hamsata quiescens quam antecedit i vel u.*

223. Elifa hamsata quiescens, quam antecedit *i* vel *u*, immutatur pro ratione vocalis antecedentis; par. 208. 209. 219. art. 4. Igitur pro يُأْكَلُ comeditur, مِأْزَرٌ vestis, اُأْذُنْ vilis esto, اِأْهِنْ bene cede, ponuntur يُوكَلُ مِيزَرٌ اُوذُنْ اِيهِنْ.

224. Atque etiam *Elifa productionis*, quae *â* productam significat, immutatur pro ratione vocalis antecedentis; hoc est, vocalis *â* necessario in *û* vel *î* abit, ubicunque syllaba e lege grammatica vocalem *u* vel *i* flagitat. Sic a forma activa قَاتَلَ impugnavit, derivatur forma passiva قُوتِلَ

impugnatus est; atque a singulari مِقْدَارٌ sors, derivatur pluralis مَقَادِيرُ. Sacy gramm. tom. 1. pag. 92.

225. Elifa hamsata, quae in Wâwam vel Jâam conversa est, rarius Hamsam amittit; quod si fit, spiritus evanescere, vocalis antecedens vero produci videtur. Sic pro بُؤْسٌ *buh-ssun* miseria, ذِئْبٌ *dsih-bun* lupus, nonnunquam, atque maxime apud poetas, posita inveniuntur بُوسٌ *bû-ssun*, ذِيبٌ *dsî-bun*; Sacy gramm. tom. 1. par. 187. Ewald gramm. vol. 1. par. 425.

2. Elifa hamsata quiescens quam antecedit a.

226. Elifa hamsata quiescens quam antecedit *a*, si regulam generalem spectamus, non mutatur; par. 222. art. 2. Ponuntur igitur مَأْتًى aditus, قَرَأْتَ legisti, قِنْدَأْوٌ et قِنْدَأْوَةٌ macilentus.

Rarius vero haec quoque Elifa Hamsam amittit, atque in Elifam productionis abire videtur; ut modo exposui par. 225. Nam pro رَأْسٌ *rah-ssun* caput, اِسْتَأْجَرَ *is-tah-dscha-ra* mercede conduxit, a poetis nonnunquam ponuntur رَاسٌ *râ-ssun*, اِسْتَاجَرَ *is-tâ-dscha-ra*.

Ab iis, qui adcurate pronuntiant, syllabam رَأْ *rah* cum vi quadam ac spiritu protrudi, رَا *râ* vero cum vocali molliter fluente quasi effundi perhibet Lumsden gramm. p. 20. Notices et extraits, tom. 9. p. 86. seqq.

3. Elifa hamsata quiescens quam sequitur ت formae octavae verborum.

227. Haec Elifa in forma octava verbi أَخَذَ cepit, in ت sequentem transformatur, par. 201. d. Igitur pro اِيتَخَذَ cepit, يَأْتَخِذُ capiet, مُؤْتَخَذٌ captus, ponuntur اِتَّخَذَ يَتَّخِذُ مُتَّخَذٌ. Atque interdum etiam a radicibus أَزَرَ circumdedit, أَجَرَ mercede conduxit, sic derivantur أُتُّزِرَ cinctus est, أُتُّجِرَ mercede conductus est; par. 246. 248; Sacy anthol. gramm. pag. 294. 311.

4. Elifa hamsata mota quam antecedit Sukûnum.

228. Elifa hamsata mota, quam antecedit Sukûnum, immutatur pro ratione vocalis sequentis; par. 219. art. 3. Igitur pro أَرْؤُسٌ capita,

أَفْئِدَةٌ corda, مَزْؤُودٌ territus, ponuntur أُرُوسٌ أَفْيِدَةٌ مَزْوُودٌ. Si haec Elifa fatchata est, ipsa non mutatur, quia vocalis *a* litterae Elifae cognata est; par. 208. 219. art. 4. par. 222. art. 3. Igitur ponitur صَدْأَةٌ rubigo.

Perraro fit, ut haec Elifa retineatur, si vocalis non cognata sequitur; sic enim nonnunquam أِنْآطَارٌ flectio, positum invenitur, quod e regula modo exposita scribendum esset أِنْيِطَارٌ.

229. Atque etiam in fine vocabulorum hanc Elifam pro ratione vocalis sequentis immutare licet; igitur pro جُزْأٌ pars, جُزْأٍ partis, ponuntur جُزْوٌ جُزْيٍ. Sed solitaria Hamsa quoque hanc Elifam in fine vocabulorum ita significare licet, ut جُزْءٌ جُزْءٍ ponantur. Quod ideo fieri videtur, quod antiqui hanc Elifam in fine vocabulorum nec scribebant, nec pronuntiabant; par. 158. 163.

Insolentius est جُزْوٍ partis, cuius mentionem facit Lumsden pag. 693.

230. Elifa hamsata mota, quam antecedit Sukûnum, nonnunquam rapidiore pronuntiatione adhibita, expellitur, eiusque vocalis in consonantem antecedentem, quae quiescens fuerat, transfertur; par. 221. 222. art. 3. Sic pro يَرْأَى videt, مَلْأَكٌ nuntius, أَلْأَحْمَرُ ruber, أِسْأَلْ quaere, مَسْؤُولٌ quaestus, أَبْؤُرٌ cisternae, أَلْئِكْنِي mitte me, ponuntur يَرَى مَلَكٌ أَلَحْمَرُ أَلِكْنِي آبُورٌ مَسُولٌ سَلْ Kâm. pag. 1375; Sacy gramm. tom. 1. par. 93. 189. Eadem fere ratione apud Hebraeos pro מַלְאָכָה negotium, ponitur מְלָאכָה. Apud Arabes haec Elifae expulsio maxime in formis verbi رَأَى *vidit*, ac vocabulis مَلَكٌ *nuntius*, سَلْ *quaere*, usitata est, quia haec vocabula frequenti usu quasi teruntur.

Si in fine vocabuli haec Elifae expulsio usurpatur, tum vocalis, quae Elifam sequebatur, producitur. Sic pro أَلْجُزْأُ sive أَلْجُزْءُ pars, أَلْجُزْإِ sive أَلْجُزْءِ partis, أَلْجُزْأَ sive أَلْجُزْءَ partem, cum vocali producta ponuntur أَلْجُزُو أَلْجُزِي أَلْجُزَا Sacy gramm. tom. 1. par. 192. Quae nonnisi rarius usurpari suspicor.

231. Elifa fatchata, quam antecedit Sukûnum, e regula generali par. 222. art. 3. ac par. 228. non mutatur. At interdum tamen pro ea poni videtur Jâa hamsata cum Fatcha, id est ئَ, quasi spiritus in semivocalem

transierit. Nam pro مَلاَءَة expletio, يَسْأَلُ quaeret, etiam مَلْئَة يَسْئَل scripta inveniuntur, Kâm. pag. 34.

Sunt qui signum ٮ in his vocabulis sic scriptis non veram Jâam, sed levem modo scripturae ductum esse putent, eum in finem interpositum, ut Hamsa solitaria ei superponeretur; par. 193; Ewald gramm. vol. 1. pag. 297. 392. Sed idem signum ٮ etiam in vocabulis سُئْل quaestus est, تَمْلِئَة expletio, تَفْئِيل ominatio, sexcentisque huius generis aliis usurpatum cernitur par. 154. in quibus verae Jâae positae esse putantur. Vide etiam vocabula رَئِيس princeps, ac تَفَائَل pro تَفَاءَلَ ominatus est; par. 235. art. b. Kâm. pag. 1516.

5. *Elifa hamsata mota quam praecedit a.*

232. Elifa hamsata mota, quam praecedit *a*, immutatur pro ratione vocalis sequentis; par. 219. art. 3. par. 221. Igitur pro شَأَسَ durus fuit, شَاءِس durus, بَأُسَ strenuus fuit, مَاءُهُ fons eius, أَئِمَّة antistites, حِينَئِذٍ tempore tunc, i. e. tunc temporis, رَائِس princeps, تَفَاؤُل ominatio, ponuntur شَيِس شَايِس بُوس مَاوُهُ أَيِمَّة حِينَيِذٍ رَيِيس تَفَاوُل Kâm. pag. 1101.

Elifa, quam vocalis producta sequitur, in semivocalem converti potest; quo facto, semivocalis haec geminatur, sequente vocali correpta. Sic pro رَئِيس ponitur رَيِّيس *princeps*, quod in رَيِّس contrahitur; par. 275. art. 5. c.; Sacy gramm. tom. 1. pag. 96.

233. Si vero alicui vocabulo, quod ab Elifa hamsata mota incipit, coniunctio praefigitur, quae una consonante fatchata constat, ut وَ *ac*, فَ *itaque*, لَ *certe*, كَ *sicut*, tum Elifa hamsata illius vocabuli non mutatur. Igitur ponuntur وَأُمُّهُ ac mater eius, فَإِبِلُهُ itaque cameli eius, لَأُقَبِّلَنَّهَا certe osculabor eam.

Exceptum est vocabulum compositum لَإِنْ *la-in* certe si, quod e generali regula par. 232. لَيِنْ scribitur. Porro excepta sunt vocabula, quibus praefigitur coniunctio أَ *num*. Nam pro أَإِنْ *num si?* أَإِذَا *num quando?* أَأُنَبِّئُكُمْ *num nuntiabo vobis?* ponuntur أَيِنْ أَيِذَا أَوُنَبِّئُكُمْ. Pro quo ab aliis etiam أَءُنَبِّئُكُمْ ponitur; Sacy gramm. tom. 1. par. 197.

234. Elifam hamsatam motam, quam *a* praecedit, in fine vocabuli positam et retinere licet, et immutare pro ratione vocalis sequentis; par. 222. art. 6. Igitur in verbis ponuntur يَفْتَأُ ac يَفْتَوُ *desinit;* atque in nominibus usitatiora esse videntur أَجَأٌ Adscha, nomen montis, أَجَإٍ Adschae *gen.* Kâm. pag. 1738. نَبَأٌ nuntius, أَسْوَأُ peior.

Insolentius est أَمْرَؤُ ٱلْقَيْسِ *Imrajul kais*, nomen poetae; quod positum invenitur Kâm. pag. 1485.

235. Elifa hamsata mota, quam *a* praecedit, ac sequitur *a*, non mutatur; par. 222. art. 4. Ponuntur igitur زَأَرَ rugiit, رَأَفَ clemens fuit.

At nonnullae tamen huius generis Elifae excipiuntur. Quae quidem hae sunt:

1. si *a*, quae sequitur, producta est, tum Elifa in nonnullis vocabulis in Wâwam convertitur; quod eo consilio fortasse fit, ut vocales illae concurrentes interposita Wâwa fortius dirimantur. Quae conversio maxime usitata est in forma sexta eorum verborum, quae primam radicalem hamsatam habent, atque in pluralibus fractis formarum أَفَاعِلُ ac فَعَايِلُ. Igitur pro تَأَامَرُوا deliberarunt, تَأَاخَوْا fratres facti sunt, أَأَاخِرُ extrema, ذَأَايِبُ cincinni, ponuntur تَوَامَرُوا تَوَاخَوْا أَوَاخِرُ ذَوَايِبُ. Atque sic pro لَأَّالٌ margaritarius par. 37. a nonnullis ponitur etiam لَوَّالٌ.

Permulta vero vocabula, ut e. g. pluralia fracta formae مَفَاعِلُ, hanc conversionem non admittunt; ponuntur igitur مَآرِبُ sive مَأَارِبُ negotia, مَأَاكِلُ sive مَآكِلُ edulia; Sacy gramm. tom. 1. par. 195.

2. verba, quae secundam radicalem hamsatam habent, et maxime quidem سَأَلَ quaesivit, ac رَأَفَ clemens fuit, interdum illam radicalem in semivocalem convertunt. Igitur pro سَأَّلَ سَأَلَ سَاءِلٌ تَسَاءَلَ رَأَّفَ a nonnullis ponuntur سَالَ سَيَّلَ سَايِلٌ تَسَاوَلَ رَاوَفَ Kâm. pag. 1164; Sacy gramm. tom. 1. par. 499.

Simili fere ratione pro تَفَأَّلَ ominatus est, مُكَافِئَةٌ aequalis, scribuntur cum Hamsa retenta etiam تَفَاأَلَ مُكَافَئَةٌ Kâm. pag. 35. 1516. Vide par. 231.

6. *Elifa hamsata mota quam praecedit i vel u.*

236. Elifa hamsata mota, quam praecedit *i* vel *u*, immutatur pro ratione vocalis praecedentis; par. 219. art. 4. Igitur pro يَأْثَمُ praefert, دَنُؤَ vilis fuit, تَبِئَةٌ inclusio, بَارِئٌ conditor, بَارِئًا conditorem, سُؤَالٌ quaestio, مَقْرُوءَةٌ lecta, نَبِيئًا propheta, رُؤُوسٌ capita, ponuntur يُوثَمُ دَنُوَ تَبِيَةٌ بَارِىٌ بَارِيًا سُوَالٌ مَقْرُووَةٌ نَبِيًا رُوُوسٌ. Vide par. 218.

Excipiuntur vero nonnullae huius generis Elifae; quae quidem hae sunt:

1. elifa hamsata, quae media radicalis est, in formis passivis in Jâam convertitur, quia formae passivae vocalem Kesram mediae radicali adscriptam tanquam signum suum proprium habent; quae vocalis ergo littera Jâa indicanda esse videbatur. Igitur ponuntur سُيِلَ quaestus est, رُيِيَ visus est. Insolentius est رُيًى somnia, Kâm. pag. 1880; sed rectius scribendum esse videtur رُءًى. Nam addit Kâmus, hoc vocabulum sicut هُدًى conformatum esse.

2. elifam hamsatam in fine nominis positam, si vocalis producta, vel semivocalis geminata, praecedit, Hamsa solitaria significare licet; par. 158. Igitur ponuntur سُوءٌ malum, جِيءَ ventum est, طَيِّءٌ Tajjitae, سَيِّءٌ malus. Sic etiam in accusativo nonnulli ponunt طَيِّءًا *taj-ji-an* Tajjitas. Atque in medio vocabulo quoque, si vocalis producta praecedit, Hamsa fatchata, sive ipsa Elifa, a nonnullis retinetur; ut in مَقْرُوءَةٌ lecta, سُوأَى vel سُوءَى malitia; par. 158.

3. elifa hamsata, vel weslata, a qua vocabulum incipit, quamvis praepositiones بِ *cum*, لِ *ad*, praefigantur, non mutatur; par. 233. Igitur ponuntur بِأَبِيهِ *bi-a-bi-hi* cum patre suo, لِأُمِّهِ *li-um-mi-hi* ad matrem suam, لِإِبِلِهِ *li-i-bi-li-hi* ad camelos suos. Exceptum est vocabulum compositum لِأَلَّا *li-al-lâ* ut non, quod ad generalem regulam conformatum scribitur لِيَلَّا.

237. Nonnulli grammatici etiam eam Elifam hamsatam motam, a qua vocabulum incipit, pro ratione vocalis praecedentis mutare permittunt.

Igitur pro غُلَامُ أَبِي servus patris mei, hi ponunt غُلَامُ وَبِي. Sed perraram hanc conversionem esse suspicor; Sacy gramm. tom. 1. par. 186.

238. Elifae hamsatae motae, quae pro ratione vocalis praecedentis mutata est, nonnulli Hamsam adimunt; hoc est, spiritus in semivocalem convertitur, par. 221. Igitur pro سُؤَالٌ quaestio, فِئَةٌ agmen, hi ponunt فِيَةٌ سُوَالٌ. Sacy loc. cit. par. 186.

239. Atque maxime ea Elifa mutata, quam vocalis producta praecedit, in semivocalem convertitur; quo facto, haec semivocalis geminatur, atque praecedens vocalis corripitur; par. 217. art. 2. 3. par. 221. Igitur pro نَبِيءٌ propheta, مَقْرُوءٌ lectum, خَطِيئَةٌ peccatum, نُبُوءَةٌ prophetia, ponuntur etiam نُبُوَّةٌ خَطِيَّةٌ مَقْرُوٌّ نَبِيٌّ. E quibus نَبِيٌّ ac نُبُوَّةٌ maxime usitata sunt.

7. *Elifa hamsata mota quam praecedit diphthongus.*

240. Elifa hamsata mota, quam praecedit diphthongus, plerumque non mutatur, sive in medio vocabulo posita est, sive in fine vocabuli; par. 222. art. 6. Ponuntur igitur سَوْءَةٌ pudendum, سَوْءٌ malum, شَيْءٌ res, شَيْءٍ rei, رَشْأً dorcas.

Sed post antecedentem diphthongum *ai* saepe tamen Elifa in semivocalem Jâam conversa ponitur, ut in شُيَيٌّ recula, فَيْمَةٌ agmen, يَيْيَسُ *desperabit*, Kâm. p. 23. 29. Atque inde fit, ut nonnunquam etiam haec semivocalis geminetur, praecedensque vocalis corripiatur; par. 239. Igitur formantur etiam رَشْيِيٌ سَوْوَةٌ, quae in رَشِيٌّ سَوَّةٌ contrahuntur; Sacy gramm. tom. 1. pag. 113. Ewald gramm. vol. 1. pag. 301.

8. *Duae Hamsae continuae.*

241. Duae Hamsae continuae rarius ponuntur; quod ideo fortasse fit, quia iteratus Hamsae sonus ingratus habebatur. Igitur secunda Hamsa plerumque expellitur, praecedens vero vocalis producitur. Sic pro أَأْ plurimi ponunt آ par. 177. ac pro إِئْ أُؤْ saepe ponuntur إِي أُو. Itaque pro أُؤْمِنَ protectus est, a nonnullis أُومِنَ scribitur; Sacy gramm. tom. 1. par. 193.

Expulsionem Hamsae grammatici Arabes vocant تَخْفِيفٌ *levationem*, sive تَسْهِيلٌ *mitigationem*; leniorem Hamsae pronuntiationem تَسْهِيلٌ بَيْنَ بَيْنَ *mitigationem quodammodo*; plenam Hamsae pronuntiationem vero تَحْقِيقٌ *veritatem*. Quas varias Hamsae pronuntiationes in Korânis kuficis antiqui propriis signis significabant; Sacy gramm. tom. 1. par. 129. 198—200.

242. Si Elifae fatchatae particula أَ *num* praefigitur, tum hoc variis modis scribunt. Ponunt enim aut cum utraque Elifa retenta أَأَلِدُ *num pariam*, aut أَلِدُ, aut ءَأَلِدُ, aut ءَأَلِدُ, aut ءَآلِدُ, aut أَءَلِدُ. Vide par. 162. 175. art. 4.

Caput quartum.

De syllabis propter Wâwam mutatis.

243. Quae in semivocalem Wâwam mutationes cadunt, hae potissimum sunt. *Primo* haec semivocalis, quae primitus vocalis *u* fuit, munere consonantis fungitur ubicunque ipsa propter positionem suam mera vocalis esse nequit; e. g. si Wâwa ab initio vocabuli posita est, vel post antecedens Sukûnum; ut in وَلَدَ *walada* genuit, أَطْوَلُ *atwalu* longior, par. 216. 217; etenim si Wâwa in his vocabulis sicut mera vocalis proferretur, ingratus duarum vocalium concursus, sive hiatus, exsisteret. *Deinde* Wâwa, aut propter antecedentem Kesram, aut propter geminationem, saepius in semivocalem Jâam abit; ut in قَوِمٌ rectus, ثِوَرَةٌ tauri, pro quibus قَيِّمٌ ثِيَرَةٌ ponuntur; par. 210. 215. 254. *Porro* Wâwa, quum quiescens, tum post Sukûnum posita, nonnunquam expellitur; ut e vocabulis يَوْلِدُ gignet, أَمْوَةٌ ancilla, pro quibus يَلِدُ أَمَةٌ ponuntur; par. 246. 255. *Porro* Wâwa, vocalis naturam resumens, cum concurrente vocali, ne hiatus exsistat, confluit ubicunque ipsius positio hoc permittit; e. g. si Wâwa cum antecedente Fatcha diphthongum efficit, ut in قَوْمٌ *kaumun* populus, vel cum antecedente Kesra in *î* productam confluit, quemadmodum دِوْمَةٌ *diwmatun*, *diumatun*, imber, in دِيمَةٌ *dîmatun* mutatur. *Denique* Wâwa, si inter duas vocales ad confluendum admodum pronas posita est, ita expellitur, ut vocales, quae eam cingebant, confluant; e. g. si Wâwa inter *ĭ* atque *ĭ*

posita est, ut in أَلْغَازِوِينَ bellantium, quod, Wâwa expulsa, in أَلْغَازِينَ contrahitur; par. 208. 212. art. 8. par. 217. art. 5; Ewald gramm. vol. 1. par. 98.

Primo iam eas Wâwas videamus, quae consonantium munere fungentes retinentur.

A. *Wâwae quae consonantium munere fungentes retinentur.*

244. Wâwae consonantes, quae retinentur, hae potissimum sunt:

1. Wâwae quae ab initio vocabulorum positae sunt; par. 216. art. 1. par. 217. art. 1. Ponuntur igitur وَلَدٌ filius, وِلْدَةٌ ac وُلْدٌ filii, وَالِدٌ parens, وُورِيَ occultatum est, وَيْلٌ infortunium.

Paucae huius generis Wâwae mollioris pronuntiationis causa in spiritum lenem abeunt. Sic pro وِلْدَةٌ filii, etiam إِلْدَةٌ ponitur, Kâm. pag. 430. Quae conversio maxime tum admittitur, si Wâwa cum *û* producta proferenda est; igitur pro وُورِيَ occultatum est, a nonnullis أُورِيَ ponitur; Sacy gramm. tom. 1. par. 203; Anthol. gramm. pag. 24. Porro si a duabus Wâwis fatchatis ipsum vocabulum incipit, prima in spiritum lenem abit; quod in pluralibus fractis formae فَوَاعِلُ fit; igitur pro وَوَاصِلُ coniungentes, وَوَاضِحُ lucidae, وَوَاقٍ unciae, ponuntur أَوَاصِلُ أَوَاضِحُ أَوَاقٍ Sacy gramm. tom. 1. par. 202. Atque in sermone vulgari pro وَ ac يَ, a quibus vocabula incipiunt, plerumque *u* ac *i* proferri supra demonstratum est par. 67. 68.

Deinde nonnullae Wâwae, quae ab initio vocabuli ponendae essent, prorsus expelluntur. Quod in multorum verborum, quae Wâwam primam radicalem habent, infinitivis fit. Nam a radicibus وَعَظَ commonuit, وَعَدَ promisit, وَدَعَ deposuit, derivantur infinitivi عِظَةٌ commonitio, عِدَةٌ promissio, دَعَةٌ tranquillitas; quae vocabula ex illorum verborum futuris, id est يَعِظُ يَعِدُ يَدَعُ, formata esse videntur.

2. Wâwae motae quas praecedit Sukûnum; par. 216. art. 2. par. 217. art. 1. Ponuntur igitur أَطْوَلُ longior, مِنْوَالٌ ratio, مَصْوُونٌ custoditus,

حُلْوٌ dulcis, حُلْوٍ dulcis *gen.* At excipiendae tamen sunt multae huius generis Wâwae; de quibus infra dicetur par. 255. 256. 257.

3. Wâwae geminatae; quae sane in earum numerum referri possunt, quas praecedit Sukûnum. Igitur ponuntur عَوَّذَ propulit, قُوَّامٌ procerus; quae pro عَوْوَذَ قُوْوَامٌ scripta esse dici possunt; par. 216. art. 7.

Sed nonnullae tamen Wâwae geminatae in Jâam, quasi fortiorem semivocalem, abeunt; par. 215. Itaque a radice قوم stare, derivatur etiam: قَيِّمٌ rectus, قُيَّمٌ stantes, قِيَّامٌ stabilis, قَيُّومٌ stabilis; Sacy gramm. tom. 1. par. 207. Atque sic a radice صوب effundere, non modo صُوَّابَةٌ pars melior, sed etiam صُيَّابَةٌ derivatur, quod idem significat.

4. Wâwae motae quas praecedit *â* producta; par. 213. 216. art. 3. Ponuntur igitur قَاوَمَ restitit, مُقَاوِمٌ resistens, تَقَاوُمٌ dimicatio, حَلَاوَةٌ dulcedo, حَلَاوَآءٌ medium occiput.

In fine vocabuli vero hae Wâwae in spiritum lenem abeunt; quam ob rem pro سَمَاوٌ coelum, حِقَاوٌ cingulum, ponuntur سَمَآءٌ حِقَآءٌ par. 268. Atque etiam aliae quaedam huius generis Wâwae in spiritum lenem, sive Jâam hamsatam, convertuntur; de quibus infra dicetur par. 267.

5. Wâwae vocali producta motae, quas praecedit vocalis brevis; par. 216. art. 5.

a. Semper retinetur Wâwa in syllabis *ăwâ* atque *ŭwâ* posita; ut in vocabulis طَوَالٌ mora, سَمَوَاتٌ coeli, طُوَالٌ procerus, غُلَوَآءٌ rapiditas, سَرُوَا generosi fuerunt *dual.* Nescio an pro صَوَانٌ ac صُوَانٌ repositorium, Kâmûs pag. 1773. etiam صَيَانٌ ac صُيَانٌ poni tradat.

b. In syllabis *ăwî ăwû ŭwû ĭwâ*, si a verbis concavis derivatae sunt, Wâwa retinetur; ut in طَوِيلٌ longus, قَوُولٌ loquax, فُوُوجٌ agmina, طِوَالٌ longi. Sed in syllaba *ĭwâ*, propter antecedentem Kesram, Wâwa etiam in Jâam abire potest; ponitur igitur etiam طِيَالٌ longi; par. 210. Quae mutatio in verborum concavorum infinitivis maxime usitata est; unde fit, ut pro قِوَامٌ statio, صِوَانَةٌ custodia, اِنْقِوَادٌ et اِقْتِوَادٌ obsequium,

ponantur قِيَامٌ صِيَانَةٌ اِنْقِيَادٌ اِقْتِيَادٌ. Pro خُوُولٌ avunculi, قُوُولٌ loquax, ponuntur etiam خُؤُولٌ قُؤُولٌ, Wâwa in spiritum conversa; par. 155.

c. E syllabis *ŭwĭ ĭwĭ ĭwŭ* Wâwa expellitur; par. 212. 263.

6. Wâwae diphthongo *ai* motae, quas praecedit vocalis brevis; par. 212. art. 10. Ponuntur igitur عَصَوَيْنِ duorum fustium, قُوَيْسٌ arcus parvus; par. 264. Sic retinetur etiam Wâwa diphthongo *au* mota, ut in مُحْتَوُونَ collecti; quod vero per contractionem pro مُحْتَوِيُونَ positum est.

7. Wâwae quas cingunt vocales breves dispares, id est *ĭ* + *ă*, atque *ŭ* + *ă*; par. 216. art. 4. Igitur ponuntur عِوَضٌ compensatio, طِوَلٌ mora, لِيَغْزُوَ ut bellaret. Inter vocales *ĭ* + *ă* vero, propter antecedentem Kesram, Wâwa saepius in Jâam abit; igitur pro ثِوَرَةٌ tauri, etiam ثِيَرَةٌ ponitur; par. 210. Sacy gramm. tom. 1. par. 205.

B. *Wâwae quae mutantur.*

1. *Wâwa quiescens quam antecedit a.*

245. Wâwa quiescens, quam antecedit *a*, cum hac vocali confluens efficit diphthongum *au*; par. 243. Igitur vocabula يَوْمٌ dies, مَوْتٌ mors, غَوْرَةٌ meridies, مَوْلًى dominus, أَوْقَاتٌ tempora, proferuntur: *jaumun*, *mautun*, *gauratun*, *maulan*, *aukâtun*.

In pronuntiatione vulgari diphthongus *au* saepe in *ô* contrahitur, quemadmodum hoc in lingua gallica fit; tum igitur Arabes proferunt *jôm môt*. Turcae vero Wâwam post antecedentem Fatcham ut consonantem *w* pronuntiant; hi igitur illa vocabula proferunt: *jewmun*, *mewtun*, *gewretun*, *mewlan*, *ewkâtun*; quemadmodum Graeci hoc tempore vocabulum αὐτός pronuntiant *awtos*.

De vocabulis كَوْيٌ لَوْيٌ, quae in كَيٌّ لَيٌّ mutantur, infra dicetur par. 273.

246. In iis verbis, quae Wâwam primam radicalem habent, Wâwa haec, si post Fatcham quiescit, his mutationibus adficitur:

1. e futuro formae primae Wâwa expellitur; quod tum maxime fit, si secunda radicalis in futuro Kesra movetur. Itaque pro يَوْمِقُ amabit, يَوْضَعُ ponet, ponuntur يَمِقُ يَضَعُ.

2. rarius fit, ut, Wâwa e futuris expulsa, antecedens Fatcha producatur. Sic pro يَوْجَلُ timebit, يَوْتَعِدُ acceptabit, a nonnullis يَاجَلُ يَاتَعِدُ ponuntur; Sacy gramm. tom. 1. par. 507. 511. Alii cum Wâwa in spiritum conversa ponunt يَأْتَعِدُ. Atque alii pro يَوْجَلُ scribunt etiam يِيجَلُ ac يِيْجَلُ.

3. in futuro formae octavae Wâwa quiescens, quia cum ت sequente concurrit, plerumque in hanc litteram convertitur. Igitur pro يَوْتَعِدُ acceptabit, يَوْتَقِي metuet, ponuntur يَتَّعِدُ يَتَّقِي. Vide par. 201. art. d.

2. *Wâwa quiescens quam antecedit u.*

247. Wâwa quiescens, quam antecedit *u*, cum hac vocali confluit in *û*. Igitur pro يُوْلَدُ *juwladu* gignetur, يَغْزُوْنَ *jagsuwna* bellabunt *fem.*, زُوْرٌ *suwrun* mendacium, طُوْلَى *tuwla* longior, ponuntur يُولَدُ *jûladu*, يَغْزُونَ *jagsûna*, زُورٌ *sûrun*, طُولَى *tûla*.

248. In forma octava eorum verborum, quae Wâwam primam radicalem habent, Wâwa haec post Dammam quiescens in litteram ت sequentem convertitur. Igitur pro يُوتَقَى metuetur, مُوتَقٍ metuens, مُوتَعِدٌ acceptans, ponuntur يُتَّقَى مُتَّقٍ مُتَّعِدٌ. Raro fit, ut hanc Wâwam in spiritum convertant; quod qui faciunt, ab iis مُؤْتَعِدٌ ponitur; par. 201. art. d.

3. *Wâwa quiescens quam antecedit i.*

249. Wâwa quiescens, quam antecedit *i*, in Jâam convertitur, quae cum antecedente Kesra in *î* confluit. Quae mutatio, quum Wâwa primitus vocalis *u* sit, sic explicari posse videtur: vocalem antecedentem *i* produci, sequente *u*, ne hiatus exsistat, expulsa; par. 217. art. 4. Igitur sic pro دِوْمَةٌ imber, قِوْمَةٌ pretium, مِوْلَادٌ natalis, ponuntur دِيمَةٌ قِيمَةٌ مِيلَادٌ. Vide par. 209. 281.

A vocabulo وَرِكٌ coxa, vero مِوْرَكَةٌ ac مِيرَكَةٌ *pulvinar* derivata esse dicuntur; Kâm. pag. 1382. 1383.

250. In forma octava eorum verborum, quae Wâwam primam radicalem habent, Wâwa haec post Kesram quiescens in litteram ت sequentem

convertitur. Igitur pro أُوْتَقَى *iwtaka* metuit, أُوْتَعَدَ *iwta-ada* acceptavit, ponuntur أَتَّعَدَ أَتَّقَى. Raro fit, ut hanc Wâwam in spiritum convertant; quod qui faciunt, ab iis أَيْتَعَدَ ponitur; par. 201. art. d.

251. Verba, quae Wâwam primam radicalem habent, in imperativo formae primae Wâwam quiescentem cum vocali *i* praemittenda plerumque abiiciunt. Igitur pro أُوْمِقْ *iwmik* ama, أُوْضَعْ *iwda* pone, scribuntur ضَعْ مِقْ. Qui imperativi curtati a futuris horum verborum curtatis derivati esse videntur; par. 246. art. 1.

4. *Wâwa quiescens in fine verborum defectivorum.*

252. Wâwa quiescens in fine eorum verborum, quae Wâwam tertiam radicalem habent, ponenda abiicitur, qualicunque vocali praecedente. Quod in illorum verborum imperativis ac futuris apocopatis fit. Igitur pro أُغْزُو *ugsuw* bella, غَزِّو *gassiw* emitte, تَجَلَّو patesce, إِنْ يَغْزُو si bellat, ponuntur أُغْزُ غَزِّ تَجَلَّ إِنْ يَغْزُ.

Quae mutatio eum in finem fit, ut imperativi ac futuri apocopati, qui in fine brevitatem affectant, vocalem brevem in fine habeant. Nam si Wâwa retineretur, tum vocabula illa e regulis, quas modo par. 245. 247. 249. exposuimus, mutanda essent in أُغْزُو غَزِّى تَجَلَّوْ *tadschallau*, atque igitur vocales productas, vel diphthongum, in fine habitura essent.

5. *Wâwa mota quam praecedit Sukûnum.*

253. Wâwa mota, quam praecedit Sukûnum, e generali regula non mutatur; sed consonantis munere fungitur; par. 214. 216. art. 2. par. 244. art. 2. Ponuntur igitur أَلْغَدْوُ diluculum, حُلْوٌ dulcis, غُدْوَةٌ diluculum, أَسْوَأُ peior, أَزْوَرَ declinavit, أَسْوَادَّ nigret, مِزْوَدٌ pera, تَغْوِيرٌ descensio, مَصْوُونٌ custoditus.

Pronuntiatio vulgaris vero in vocabulis formae أَلْحُلْوُ أَلْغَزْوُ أَلْغَدْوُ plerumque Wâwam ut vocalem profert; pronuntiant igitur أَلْغَدْو *el gadu*, أَلْحُلْو *el hulu*; vide par. 230.

254. Raro fit, ut Wâwa dammata, quae post Sukûnum in medio vocabulo posita est, pronuntiationis mollioris causa in spiritum convertatur;

quemadmodum pro أَدْوُرٌ aedes, أَثْوُبٌ vestes, a nonnullis أَثْؤُبٌ أَدْؤُرٌ ponuntur; par. 156. Wâwa fatchata formae فُعْلَى plerumque in Jâam abit; quemadmodum pro دُنْوَى propior, عُلْوَى altior, ponuntur عُلْيَا دُنْيَا. Vide Ewald gramm. vol. 1. par. 408.

255. E nonnullis vocabulis vero Wâwa, quae post Sukûnum ponenda esset, expellitur, eius vocali in antecedentem consonantem translata. Quod quidem in nonnullis nominibus femininis formarum فُعْلَةٌ فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ fit, quae a *radicibus defectivis* derivata sunt. Igitur pro أَمْوَةٌ ancilla, حِظْوَةٌ portio, كُرْوَةٌ globus, ponuntur كُرَةٌ حِظَةٌ أَمَةٌ par. 214. Quae vocabula fortasse ideo, quia frequenter usurpantur, radicalem tertiam illam debilem amiserunt; nam frequenti usu vocabula adteri solent.

Atque rarius quidem haec expulsio tertiae radicalis Wâwae etiam in nomina masculina formae فَعْلٌ cecidisse videtur; siquidem pro أَبْوٌ pater, أَخْوٌ frater, حَمْوٌ socer, هَنْوٌ res, أَلْغَدْوُ dies crastina, ponuntur أَخٌ أَبٌ أَلْغَدُ هَنٌ حَمٌ. Pro سِمْوٌ nomen, ponuntur سِمٌ atque أَسْمٌ. Vide par. 286.

256. E *verbis concavis* Wâwa, quae post Sukûnum ponenda esset, semper fere expellitur; quo facto, sequens vocalis producitur. Nam etiam hoc modo hiatus tolli potest; par. 214. 217. art. 4. Atque eadem mutatione etiam nomina multa adficiuntur, a verbis concavis derivata. Igitur pro يَدْوُمُ ac يَدْوَمُ perennabit, أَدْوَمَ prorogavit, أَسْتَدْوَمَ cunctatus est, مُسْتَدْوِمٌ cunctans, مَقْوُلٌ sermo, مَقْوَمَةٌ consessus, ponuntur: يَدُومُ مَقَامَةٌ مَقَالٌ مُسْتَدِيمٌ أَسْتَدَامَ أَدَامَ يَدَامُ. Quodsi Wâwam iam antea vocalis producta sequebatur, eadem mutatio fit; itaque etiam pro إِدْوَامَةٌ prorogatio, مَخْوُوفٌ formidatus, ponuntur مَخُوفٌ إِدَامَةٌ.

Excipienda sunt nomina formarum تَفْعَالٌ مِفْعَالَةٌ مِفْعَالٌ مَفْعَلَةٌ مِفْعَلٌ أَفْعَلُ أَفْعَالٌ تَفْعَالَةٌ تَفْعِيلٌ. Haec enim Wâwam consonantem retinent, ut in vocabulis: مِقْوَلٌ habena, تَدْوَامٌ sedatio, تِقْوَالَةٌ loquax, أَقْوَامٌ populi, أَسْوَدُ niger. Porro formae verborum nona undecimaque Wâwam consonantem retinent, ut in أَسْوَدَّ ac أَسْوَادَّ nigret. Porro in nonnullis

verbis etiam formae quarta, decimaque, et maxime quidem si significationem intransitivam habent, Wâwam consonantem retinent, ut أَرْوَحَ respiravit, أَسْتَرْوَحَ relaxavit se, أَخْوَلَ et أُخْوِلَ avunculos habuit, مُخْوِلٌ avunculos habens. Denique verba pauca, quae quidem intransitiva sunt, in futuro formae primae Wâwam consonantem retinere possunt; quemadmodum ab عَوِرَ luscus fuit, futurum يَعْوَرُ derivatur.

257. In formis verborum concavorum quarta, decimaque, ac futuro formae primae, si tertia radicalis quiescit, tum Wâwa post Sukûnum ponenda quidem expellitur, ut modo par. 256. exposuimus; sed vocalis, quae Wâwam sequebatur, e regula par. 197. necessario corripitur. Itaque ex أَقْوَمْتُ constitui, أُقْوِمْتُ constitutus sum, أَسْتَقْوَمْتُ constiti, يَقْوُلْنَ dicent *fem.* e regula par. 256. fierent أَقَامْتُ أُقِيمْتُ أَسْتَقَامْتُ يَقُولْنَ, quae e regula par. 197. contrahuntur in أَقَمْتُ أُقِمْتُ أَسْتَقَمْتُ يَقُلْنَ.

6. *Wâwa geminata.*

258. Wâwa geminata non mutatur, sed consonans retinetur, qualicunque vocali sequente; ut in قَوَّمَ direxit, قُوِّمَ directus est, تَقَوُّمٌ directum esse; par. 216. art. 7. Nomina pauca Wâwam geminatam in Jâam convertunt; de quibus dictum est par. 244. art. 3.

7. *Wâwa mota quam praecedit vocalis brevis.*

257. Si vocales Wâwam cingunt ita dispares, ut ipsae inter se confluere nequeant, Wâwa consonans retinetur. Si vero vocales cingentes ad confluendum pronae sunt, tum, ut illae inter se confluere possint, saepius Wâwa consonans expellitur; par. 212. 244. art. 7. Sed in hac re inter varia radicum genera diversitas quaedam est; quamobrem de unoquoque genere singulatim dicemus.

a. In radicibus concavis.

260. Respicienda sunt quae ad hanc rem spectantia par. 212. in universum exposuimus.

1. Syllabae *ŭwă* Wâwam consonantem retinent, ut in صُوَرٌ imagines.

2. Syllabae *ĭwă* Wâwam consonantem retinent, ut in طِوَلٌ funis. Sed propter antecedentem Kesram Wâwa nonnunquam in Jâam convertitur; unde fit, ut etiam طِيَلٌ funis, ponatur; par. 244. art. 7.

3. Syllabae *ăwă* Wâwam consonantem expellunt, atque abeunt in *â*. Sic pro دَوَمَ perennavit, دَوَمُوا perennaverunt, أَنْقَوَدَ obsequutus est, حَوَكَةٌ textores, غَوَرَةٌ incursio, ponuntur دَامَ دَامُوا أَنْقَادَ حَاكَةٌ غَارَةٌ. Sed praeteritum formae primae, ubicunque tertia radicalis quiescit, id est in personis primis, ac secundis, tertiaque plùralis feminini, syllabam *ăwă* sive *ăuă* in *û* contrahit; quae vocalis e regula par. 197. propter tertiam radicalem quiescentem corripitur. Igitur pro قَوَلْتَ dixisti, قَوَلْنَ dixerunt *fem.* قَوَلْتُمْ dixistis, ponuntur قُلْتَ قُلْنَ قُلْتُمْ. Quod eum in finem fieri videtur, ut hoc modo secunda radicalis *u* indicetur. *Deinde* nomina multa formarum فَعَلٌ فَعَلَةٌ فَعَلَانٌ in syllabis *ăwă* consonantem Wâwam retinent, ut: قَوَدٌ longitudo, دَوَى aegritudo, لَوَى curvatura, خَوَنَةٌ perfidi, جَوَلَانٌ circuitio. Atque sic verba nonnulla in praeterito formae octavae consonantem Wâwam retinere possunt, ut: اُقْتَوَرَ excîdit, اُجْتَوَرَ vicinus fuit; Sacy gramm. tom. 1. par. 233.

4. Syllabae *ŭwĭ* Wâwam consonantem expellunt, eoque facto, in *î* abeunt. Igitur pro قُوِلَ dictum est, قُوِدَ ductus est, ponuntur قِيلَ قِيدَ. Vocalis *î*, si sequens consonans quiescit, e regula par. 197. corripitur; sic pro قُوِلْتُ dictus sum, ponitur قِلْتُ. Antiqui nonnulli pro قُوِلَ non قِيلَ, sed قُيِلَ proferre iubebant; Sacy gramm. tom. 1. par. 238. Sed syllabae *ŭwĭ* non mutantur si Jâa geminata sequitur, ut in دُوِيٌّ atramentaria.

5. Syllabae *ĭwĭ* non comparere videntur, nisi sequente Jâa geminata; tum autem illae consonantem Wâwam retinent, ut in دِوِيٌّ atramentaria.

6. Syllabae *ăwĭ* in verborum formis positae Wâwam consonantem expellunt, atque, eo facto, in *â* abeunt; igitur pro خَوِفَ timuit, يَقْتَوِلُ imperabit, ponuntur خَافَ يَقْتَالُ. Si in praeterito tertia radicalis quiescit, tum syllabae *ăwĭ* in *ĭ* abeunt, ut ita vocalis, quae ad secundam radicalem adscripta fuit, indicetur; sed *î* illa e regula par. 197. corripitur; igitur pro خَوِفْتُ metui, ponitur خِفْتُ. Nomina vero quaedam formae فَعِلٌ consonantem Wâwam retinent; ut حَوِلٌ strabo. Atque sic etiam verba quaedam intransitiva Wâwam retinent, ut حَوِلَ strabo fuit, عَوِرَ luscus fuit.

7. Syllabae *ŭwŭ* plerumque Wâwam consonantem expellunt, eoque facto, in *û* confluunt; sic pro نُوُرٌ fugaces, دُوُرٌ aedes, ponuntur نُورٌ دُورٌ. Nonnunquam Wâwa consonans retinetur; unde fit, ut etiam دُوُرٌ aedes, ponatur; par. 212. art. 6.

8. Syllabae *ĭwŭ* in vocabulis a radice concava derivatis non comparuisse videntur.

9. Syllabae *ăwŭ*, Wâwa consonante expulsa, in *â* abeunt; itaque pro طَوُلَ longus fuit, سَوُءَ malus fuit, ponuntur طَالَ سَآءَ. Si in praeterito tertia radicalis quiescit, tum syllabae *ăwŭ* in *ŭ* abeunt, ut eo vocalis, quae ad secundam radicalem adscripta fuit, indicetur; sed *û* illa e regula par. 197. corripitur; igitur pro طَوُلْتُ longus fui, ponitur طُلْتُ.

261. Si Wâwam vocalis producta sequitur, antecedente brevi, ut in *ăwâ ăwî*, caeterisque, tum Wâwa consonans plerumque retinetur, quemadmodum supra exposuimus par. 244. art. 5. Sic etiam syllabae *ŭwai* Wâwam consonantem retinent; ut in رُوَيْدًا lente.

b. In radicibus defectivis.

262. Radices defectivae, hoc est quae aut Wâwam, aut Jâam, tertiam radicalem habent, saepius inter has radicales fluctuare videntur. Nam nonnunquam fit, ut eadem radix et Wâwam, et Jâam, extremam radicalem assumere possit; itemque fit, ut in nonnullis formis pro radicali Wâwa semper substituatur Jâa. Quae fluctuatio inde orta esse videtur, quod Wâwa ac Jâa, id est vocales *u* atque *i*, apud Arabes soni satis propinqua cognatione coniuncti erant. Quamobrem etiam in homoeoteleutis carminum arabicorum syllabae *îna* atque *ûna* tamquam exitus versiculorum pares ponuntur. Iam singula videamus.

1. Syllabae *ăwŭ ăwĭ ăwă*, Wâwa expulsa, abeunt in *â* sive Elifam brevem; par. 94. 215. Quae vocalis *â* in vocabulis trilitteris, si tertia radicalis Wâw est, significatur positis Fatcha atque Elifa productionis; in iis vocabulis vero, quae supra tres litteras habent, positis Fatcha ac Jâa. Igitur pro غَزَوَ bellavit, اَلْعَصَوُ baculus, اَلْعَصَوِ baculi, اَلْعَصَوَ baculum, ex hac regula غَزَا ac اَلْعَصَا ponuntur; sed pro يغْزَوُ bellatur, اَلْمَغْزَوُ invasus, اَلْمَغْزَوِ invasi, اَلْمَغْزَوَ invasum, ponuntur cum Jâa يغْزَى atque اَلْمَغْزَى. Elifa brevis, quae cum Jâa otiante scribitur, hoc est ـَى....., antiquitus fortasse

ut diphthongus *ai* vel *ae* pronuntiata est; quam ob causam adiecerunt Jâam. Rarius etiam in trilitteris nominibus, atque maxime in pluralibus fractis formarum فُعْلٌ ac فُعُولٌ ponuntur Fatcha ac Jâa, sic enim pro أَلْكُسْوُ vestes, أَلرُّشْوُ dona, أَلْغُزُّوُ bellatores, scribuntur أَلرُّشَى أَلْكُسَى أَلْغُزَّى. Si Wâwa, quae nomina claudit, nunatione munienda esset, haec nunatio in antecedentem Fatcham transfertur; igitur pro عَصَوٌ عَصَوٍ عَصَوًا scribitur عَصًا, atque pro مُغْزَوٌ مُغْزَوٍ مُغْزَوًا ponitur مُغْزًى *mugsan.* Si ad syllabas *ăwă* adiicitur littera ة, tum syllabae illae itidem in *â* abeunt; itaque pro غَزَوَةٌ expeditio, غُزَوَةٌ milites, حَيَوَةٌ vita, scribuntur غَزَاةٌ غُزَاةٌ حَيَاةٌ. Antiquiores, originem vocabuli respicientes, scribebant حَيَوةٌ vita, quod fortasse *hajautun* sive *hajôtun* protulerunt; vide par. 92.

Syllabae *ăwĭ* non mutantur, si Jâa geminata sequitur, ut in بَدَوِيٌّ et بَدَوِيَّةٌ campestris.

2. Syllabae *ŭwŭ* in verbis quidem in *û* confluunt; itaque pro يَغْزُوُ bellabit, ponitur يَغْزُو. In nominibus vero syllabae *ŭwŭ*, quae vocabula claudere solent, in *î* confluunt, quasi Jâa pro tertia radicali adsumatur; itaque pro pluralibus أَلْأَدْلُوُ situlae, أَلْأَعْصُوُ baculi, ex hac regula أَلْأَدْلِي أَلْأَعْصِي ponuntur; Sacy gramm. tom. 1. par. 211. Si Wâwa, quae nomina claudit, nunatione munienda esset, haec nunatio in antecedentem Kesram transfertur, quae e regula par. 197. corripitur; igitur vocabula أَلْأَدْلِي أَلْأَعْصِي cum nunatione adiecta scribuntur أَدْلٍ أَعْصٍ.

3. Syllabae *ŭwĭ*, quae nonnisi in nominibus comparere posse videntur, item in *î* confluunt; igitur pro أَلْأَدْلُوِ sitularum, أَلْأَعْصُوِ baculorum, itidem أَلْأَدْلِي ac أَلْأَعْصِي ponuntur, atque cum nunatione adiecta أَدْلٍ أَعْصٍ.

4. Syllabae *ŭwă* in verbis quidem non mutantur, quia in his syllabis vocales dispares Wâwam cingunt; par. 244. art. 7. Scribuntur igitur نَهُوَ prudens fuit, لِيَغْزُوَ ut bellaret; ac sic etiam pronomen هُوَ *ille* ponitur. In nominibus vero syllabae *ŭwă*, quae nomen claudunt, in *ĭjă* mutantur, quasi Jâa pro tertia radicali adsumatur; itaque pro أَلْأَدْلُوَ

situlas, أَلْأَعْصُوُ baculos, ponuntur أَلْأَعْصِى أَلْأَدْلِى, atque cum nunatione adiecta أَعْصِيًا أَدْلِيًا, quae ad formam nominativi horum vocabulorum accommodata sunt; vid. art. 2. Si nomina littera ة clauduntur, tum syllabae *ŭwă* retinentur, ut in عُنْصُوَةٌ manipulus, ثُنْدُوَةٌ mamma; Kâm. pag. 1793.

5. Syllabae *ĭwŭ*, quae nonnisi in nominibus comparuisse videntur, in *ī* confluunt; itaque pro أَلْغَازِوُ bellans, ponitur أَلْغَازِى. Si Wâwa nunatione munienda esset, haec in antecedentem Kesram transfertur; ipsa Kesra vero e regula par. 197. corripitur; vide supra art. 2. Igitur pro غَازِوٌ ponitur غَازٍ.

6. Syllabae *ĭwĭ*, quae nonnisi in nominibus comparuisse videntur, item in *ī* confluunt; igitur pro أَلْغَازِوِ bellantis, ponitur أَلْغَازِى, atque cum nunatione adiecta غَازٍ.

7. Syllabae *ĭwă* propter antecedentem Kesram in *ĭjă* mutantur; quamobrem pro رَضِوَ adquievit, رَضِوَتْ adquievit *fem.* أَلْغَازِوَ bellantem, غَازِوًا aliquem bellantem, تَغْزِوَةٌ emissio, ponuntur رَضِىَ رَضِيَتْ أَلْغَازِىَ غَازِيًا تَغْزِيَةٌ. Vide par. 210.

263. Si vocalis, quae Wâwam sequitur, producta est, haec vocalis, tanquam sonus gravior, eiici nequit. Igitur haec vocalis producta aut intacta manet, Wâwa consonante retenta; aut in productam vocalem antecedens vocalis influit, Wâwa consonante pulsa. Singulae mutationes hae sunt:

1. syllabae *ŭwû* in *û* confluunt; igitur pro يَغْزُوُونَ bellabunt, ponitur يَغْزُونَ.

2. syllabae *ĭwû* in *û* confluunt; igitur pro رَضِوُوا adquieverunt, ponitur رَضُوا.

3. syllabae *ăwû* in *au* confluunt; igitur pro غَزَوُوا bellabant, ponitur غَزَوْا.

4. syllabae *ŭwâ* non mutantur; igitur ponitur سَرُوَا generosi fuerunt *dual.*

5. syllabae *ĭwă* in *ĭjă* mutantur propter antecedentem Kesram; igitur pro غَازِوَانِ bellatores duo, ponitur غَازِيَانِ.

6. syllabae *ăwă* non mutantur; igitur ponuntur عَصَوَانِ baculi duo, غَزَوَا bellaverunt *dual.*

7. syllabae *ŭwī* in *ī* confluunt; igitur pro تَغْزُوِينَ bellabis *fem.*, أُغْزُوِى bella! *fem.* ponuntur تَغْزِينَ أُغْزِى.

8. syllabae *ĭwī* in *ī* confluunt; igitur pro اَلْغَازِوِينَ bellantium, ponitur اَلْغَازِينَ.

9. syllabae *ăwī* in *ai* confluunt; igitur pro تُغْزَوِينَ invaderis *fem.* ponitur تُغْزَيْنَ.

264. Syllabae *ăwai* Wâwam consonantem retinent; ponitur igitur عَصَوَيْنِ duorum fustium. Syllabae *ĭwai* Wâwam propter antecedentem Kesram in Jâam convertunt; igitur pro غَازِوَيْنِ duorum bellatorum, scribitur غَازِيَيْنِ. Vide par. 216. art. 6. par. 244. art. 6.

c. In radicibus adsimilatis.

265. In verbis adsimilatis, quae Wâwam primam radicalem habent, frequenter comparent syllabae *ăwă ŭwă ĭwă ăwŭ ŭwŭ ăwī* cum sequente consonante geminata; quae quidem syllabae non mutantur. Ponuntur igitur تَوَلَّدَ natus est, مُوَلِّدٌ procreans, مَوَدَّةٌ amor, تُوُلِّدَ procreatus est, أُوَدٌّ amici, أَوِدَّآءُ amici. Porro in his verbis comparent syllabae *ăwā ŭwā uwū*, quae non mutantur; ponuntur igitur مَوَالِيدُ natales, مُوَالٍ adiutor, تُوُولِدُوا propagati sunt.

8. *Wâwa mota quam praecedit vocalis producta.*

266. Vocalis producta, quae Wâwam praecedit, tanquam sonus gravior, cum vocali quae Wâwam sequitur, non confluit. Unde fit, ut etiam Wâwa, tanquam paries inter utramque vocalem interiectus, plerumque retineatur. In fine vocabulorum vero, si post *ā* productam Wâwa ponenda esset, tum haec in spiritum lenem mollitur; par. 213. 244. art. 4. Singulae mutationes hae sunt:

a. In radicibus concavis.

267. Wâwa consonans post vocalem productam posita retinetur, ut in قَاوَمَ restitit, مُقَاوِمٌ resistens, تَقَاوُمٌ dimicatio, أَسَاوِرُ armillae, قُووِلَ compellatus est; Sacy gramm. tom. 1. par. 531.

Excipiendum est participium activum formae primae, id est فَاعِلٌ فَاعِلَةٌ, quod Wâwam kesrandam in spiritum lenem mollit; unde fit, ut pro قَاوِلٌ dicens, قَاوِمَةٌ stans *fem.* ponantur قَايِلٌ قَايِمَةٌ. Quae participii forma non ab ipsis radicibus قول قوم, sed a praeteritis قَامَ قَالَ derivari fortasse censenda est; Ewald gramm. vol. 1. par. 390. Eadem mutatio in pluralibus fractis formarum فَوَاعِلُ ac مَفَاعِلُ fit; igitur pro نَوَاوِبُ calamitates, مَغَاوِرُ cavernae, ponuntur نَوَايِبُ مَغَايِرُ. Sed forma مَفَاعِلُ Wâwam etiam retinere potest; quam ob rem a radicibus نور lucere, صوب pertingere, derivantur مَنَاوِرُ lucernae, مَصَاوِبُ infortunia, atque etiam مَنَايِرُ مَصَايِبُ, quae eadem significant.

b. In radicibus defectivis.

268. Syllabae *âwŭ âwĭ âwă* in fine vocabuli positae Wâwam in spiritum lenem molliunt; quod productae vocalis, quae Wâwam antecedit, gravitate effici videtur; par. 213. Itaque pro اَلْعَلَاوُ excelsitas, اَلْعَلَاوِ excelsitatis, اَلْعَلَاوَ excelsitatem, ponuntur اَلْعَلَآءُ اَلْعَلَآءِ اَلْعَلَآءَ, atque cum nunatione adiecta pro عَلَاوٌ عَلَاوٍ عَلَاوًا itidem sic scribuntur عَلَآءٌ عَلَآءٍ عَلَآءً. Quodsi his nominibus pronomina affiguntur, tum spiritus pro Wâwa positus, sive Hamsa, quidem retinetur; sed Hamsae tamen Wâwa ac Jâa subscribuntur, ut sic vocales *u* atque *i*, quibuscum spiritus proferendus est, significentur; par. 219. art. 2. 3. Igitur pro عَلَآءُهُ excelsitas eius, عَلَآءِكَ excelsitatis tuae, plerumque ponuntur عَلَآؤُهُ عَلَآئِكَ. Sed retinetur عَلَآءَهُ excelsitatem eius, quia Hamsa vocalem Fatcham prae ceteris indicat. par. 219. art. 3. Sacy gramm. tom. 1. par. 241.

Si vero syllabae *âwă* in medio vocabulo positae sunt, tum ipsae Wâwam retinent, ut in حَلَاوَةٌ dulcedo. Sic etiam syllabae *âwâ âwî* Wâwam retinent, ut in فَتَاوَى ac فَتَاوِي decisiones; par. 213.

269. Syllabae *ûwŭ ûwĭ ûwă* mutantur in *ŭwwŭ ŭwwĭ ŭwwă*; vocalis *û* producta enim parit semivocalem sibi cognatam, ipsaque corripitur. Sic igitur semivocalis geminata oritur, qua interposita vocales *ŭ* + *ŭ* *ŭ* + *ĭ* *ŭ* + *ă* fortius dirimuntur; par. 217. art. 2. 3. par. 239. Itaque pro اَلْعَدُوو hostis, مَجْلُووٌ politus, مَجْلُوو politi, مَجْلُووًا politum, مَجْلُووَةٌ polita, ponuntur اَلْعَدُوُّ مَجْلُوٌّ مَجْلُوِّ مَجْلُوًّا مَجْلُوَّةٌ.

Sed syllabae illae pro Wâwa geminata satis frequenter Jâam geminatam adsumunt, tanquam consonantem fortiorem; par. 215. Itaque in infinitivis formarum فُعُولٌ ac فُعُولٌ, atque in nominibus formae أُفْعُولَةٌ, maximeque in plurali fracto formae فُعُولٌ, pro *ŭwwŭ ŭwwĭ ŭwwă* ponuntur *ĭjjŭ ĭjjĭ ĭjjă*; nam semivocalis Jâa, quae inseritur, sibi cognatam reddit vocalem antecedentem *ŭ*, ergoque eam in *ĭ* convertit. Sic pro عُتُوو عُتُوٌّ senescere, عُتُوو عُتُوٌّ superbire, أُدْعُووَةٌ أُدْعُوَّةٌ quaestio, دُلُوو دُلُوٌّ situlae, دُلُوو دُلُوِّ sitularum, ponuntur etiam عُتِيٌّ عِتِيٌّ أُدْعِيَّةٌ دُلِيٌّ دِلِيٌّ.

270. Syllabae *îwŭ îwĭ îwă* mutantur in *ĭjjŭ ĭjjĭ ĭjjă*; vocalis *î* producta enim parit semivocalem sibi cognatam, id est Jâam, ipsaque corripitur; quo facto, ob antecedentem Jâam, consonantem fortiorem, etiam Wâwa sequens in Jâam transit, ut pronuntiatio concinnior fiat; par. 215. Itaque pro صَبِيوٌ puer, صَبِيو pueri, صَبِيوَةٌ puella, جَلِيوٌ splendens, scribuntur جَلِيٌّ صَبِيَّةٌ صَبِيِّ صَبِيٌّ.

9. *Wâwa mota quam praecedit diphthongus.*

271. Syllabae *aiwŭ aiwĭ aiwă aiwâ* plerumque in *ăjjŭ ăjjĭ ăjjă ăjjâ* mutantur; e diphthongo *ai* enim nascitur semivocalis Jâa, quae, tanquam fortior consonans, sibi similem reddit sequentem Wâwam, id est eam in Jâam convertit. Igitur pro عُصَيْوٌ fusticulus, عُصَيْو fusticuli, صُبَيْوَةٌ puellula, أُسَيْوِدُ nigellus, أَيْوَامٌ dies *plur.* iam عُصَيٌّ عُصَيِّ صُبَيَّةٌ أُسَيِّدُ أَيَّامٌ ponuntur.

Sed in nonnullis vocabulis tamen syllabae *aiwă aiwâ* retinentur; ut in حَيْوَةُ *Haiwa nom. viri*, مَعْيُوَةٌ catula, حَيْوَانُ *Haiwân nom. viri*. Porro syllabas *aiwĭ* retinent, si Jâa geminata sequitur, ut in حَيْوِيٌّ tribulis; vide par. 262. art. 1. Quae vocabula a radicibus derivata sunt,

quae et secundam, et tertiam radicalem infirmam habent; de quibus mox dicetur par. 273. Pro مَعْيُوَّةٌ vero etiam مَعِيَّةٌ ponitur; Kâm. pag. 1922.

Syllabae *auwŭ auwĭ auwă auwâ* in *awwŭ awwĭ awwă awwâ* contrahuntur; nam pro كَوْوٌ fenestra, كَوْوٍ fenestrae, كَوْوًا fenestram, sic كَوٌّ كَوٍّ كَوًّا ponuntur; par. 273.

10. *Duae Wâwae continuae.*

272. Duae Wâwae continuae, quarum anterior consonans est, altera vero vocalem *û* productam significat, in media radice nonnunquam retinentur; ut in فُوُوجٌ *fu-wû-dschun* agmina. Saepius vero Wâwae anteriori Hamsa adscribitur, quae Wâwam in spiritum lenem molliri indicat; ut in خُؤُولٌ *chu-hû-lun* avunculi; par. 244. art. 5.

Si anterior Wâwa hamsata est, alteram nonnunquam omittunt, antiquiorem scribendi modum servantes; sic pro رُؤُوسٌ capita, etiam رُؤُسٌ ponitur; par. 218.

11. *Wâwa media radicalis verborum defectivorum.*

273. Wâwa, quae media radicalis verborum defectivorum est, ut in لَوَى complicuit, عَوَى ululavit, قَوِيَ fortis fuit, ubicunque mota esse debet, prorsus non mutatur, sed tanquam littera consonans retinetur. Quod fortasse ideo fit, quia tertia horum verborum radicalis, quum infirma sit, solitis mutationibus adficitur; quo facto, si secunda quoque radicalis mutaretur, formae harum radicum, vocabulaque ab iis derivata, nimis graviter corrumperentur. Igitur cum Wâwa retenta ponuntur يَلْوِي complicabit, اِلْتَوَى complicatus est, أَقْوَى valuit, مُقْوٍ valens, مُعَاوِيَةٌ ululans.

Si vero haec Wâwa quiescit, atque igitur in vocalem solvenda esset, par. 245. 247. tum ipsa ut consonans cum sequenti Wâwa contrahitur; sic pro كَوْوٌ fenestra, حُوْوٌ nigri, حُوْوَةٌ nigredo, قُوْوَةٌ fortitudo, iam كَوٌّ حُوٌّ حُوَّةٌ قُوَّةٌ scribuntur. Atque Wâwa item cum sequenti Jâa contrahitur, posteaquam ipsa in Jâam conversa est; nam antecedentem Wâwam Jâa, tanquam fortior consonans, sibi similem reddit; par. 271. Itaque pro كَوْيٌ ustio, لَوْيٌ complicatio, لُوْيٌ curvi *plur.* لَوْيَآءُ rixosa, ex hac regula كَيٌّ لَيٌّ لُيٌّ لَيَّآءُ ponuntur.

Rarius fit, ut syllaba *aw* sive *au* ante Jâam posita in *â* abeat; quemadmodum pro أَوْيَةٌ signum, طَوْيَةٌ tectum, posita esse videntur آيَةٌ طَايَةٌ. Vide par. 246.

Caput quintum.

De syllabis propter Jâam mutatis.

274. Mutationum, quibus Wâwa adficitur, maior pars etiam in semivocalem Jâam cadit; par. 243. *Primo* enim Jâa, quae primitus vocalis *i* fuit, munere consonantis fungitur ubicunque ipsa propter positionem suam mera vocalis esse nequit; e. g. si Jâa ab initio vocabuli posita est, vel post antecedens Sukûnum, ut in يَبِسَ *jabissa* siccus fuit, أَطْيَبُ melior; par. 216. 217; nam si Jâa in his vocabulis sicut mera vocalis proferretur, duarum vocalium concursus exsisteret. *Deinde* Jâa propter antecedentem Dammam, vel ubi ipsa post Sukûnum ponenda est, nonnunquam in Wâwam abit; quemadmodum pro نَهُيَ prudens fuit, عُنْيَانٌ titulus, vocabula نَهُوَ, عُنْوَانٌ ponuntur; sed raro haec mutatio fit; par. 210. Nonnunquam radicalis Jâa praecedentem vocalem transformat, id est Dammam in Kesram convertit; sic enim pro شُيُوخٌ senes, شُيَيْخٌ vetulus, etiam شِيُوخٌ ac شِيَيْخٌ ponuntur. *Porro* Jâa post Sukûnum ponenda nonnunquam expellitur; ut e vocabulis سَنْيَةٌ annus, حُمْيَةٌ aculeus, pro quibus سَنَةٌ حُمَةٌ scribuntur; par. 286. *Porro* Jâa, vocalis naturam resumens, cum concurrente vocali, ne hiatus existat, confluit ubicunque ipsius positio hoc permittit; e. g. si Jâa cum antecedente Fatcha diphthongum efficit, ut in سَيْرٌ *ssairûn* profectio; vel si Jâa cum antecedente Kesra in *î* productam confluit, quemadmodum سِيْرَةٌ *ssijratun*, *ssiiratun*, vita, in سِيرَةٌ *ssîratun* convertitur. *Denique* Jâa, si inter duas vocales ad confluendum admodum pronas posita est, ita expellitur, ut vocales, quae eam cingebant, confluant; e. g. si Jâa inter *î* atque *û* posita est, ut in رَامِيُونَ iacientes, quod, Jâa expulsa, in رَامُونَ contrahitur; par. 208. 212. art. 9. par. 217. art. 5; Ewald gramm. vol. 1. par. 98.

Quibus in universum expositis, primo iam eas Jâas videamus, quae consonantium munere fungentes retinentur.

A. *Jâae quae consonantium munere fungentes retinentur.*

275. Jâae consonantes, quae retinentur, hae potissimum sunt:

1. Jâae quae ab initio vocabulorum positae sunt; par. 216. art. 1. par. 217. art. 1. Ponuntur igitur يَدٌ manus, يُبْسٌ siccitas, يِعْلَى Jila *nomen feminae*, يُوجَدُ invenietur, يَوْجَلُ يَيْجَلُ يِيجَلُ يَاجَلُ metuet.

In sermone vulgari vero Jâam, a qua vocabulum incipit, Arabes saepe ut meram vocalem proferre, supra demonstratum est par. 68. Tum igitur vocabula يَكْتُبُ scribet, يَمْنَعُ prohibebit, يُغْسَلُ lavabitur, pronunciantur *iktob*, *iektob*, *icmna*, *iogsal.*

2. Jâae motae quas praecedit Sukûnum; par. 216. art. 2; par. 217. art. 1. Ponuntur igitur أَبْيَنُ luculentior, تَطْيَابٌ praestantia, مَطْيَبٌ praestantissimum, رَمْىٌ proiectio, مَعْيُونٌ scaturigo. At multae tamen huius generis Jâae excipiendae sunt, de quibus infra dicetur par. 286. 287.

3. Jâae geminatae; quae quidem et ipsae ex iis sunt, quas Sukûnum praecedit; par. 216. art. 7. Igitur ponuntur بَيَّنَ explicavit, مُبَيِّنٌ explicans.

4. Jâae motae quas praecedit *â* producta; par. 213. 216. art. 3. Ponuntur igitur بَايَنَ discessit, مُبَايِنٌ discedens, تَبَايُنٌ dissidium, حِكَايَةٌ narratio.

In fine vocabuli vero hae Jâae in spiritum lenem abeunt; quamobrem pro بُكَاىٌ fletus, شَفَاىٌ medela, ponuntur بُكَآءٌ شَفَآءٌ par. 299. Atque etiam aliae quaedam huius generis Jâae in spiritum lenem, sive Jâam hamsatam, abeunt.

5. Jâae vocali producta motae, quas praecedit vocalis brevis; par. 216. art. 5.

a. semper retinetur Jâa in syllabis *ăjâ* atque *ĭjâ* posita; ut in vocabulis بَيَانٌ facundia, جَرَيَانٌ fluxus, خِيَارٌ optimum, رَامِيَانِ duo iacientes; par. 294. art. 6.

b. in syllabis *ŭjâ ăjû ĭjû ŭjû*, si a verbis concavis derivatae sunt, Jâa retinetur, ut in غُيَارَى zelotypi *plur.* عَيُونٌ perspicax, شِيُوخٌ senes, شُيُوخٌ senes.

c. syllabae *ăjĭ*, si a verbis concavis derivatae sunt, in *ăjjĭ* converti videntur; nam pro بَيِّنٌ manifestus, بَيِّنَةٌ manifesta, posita esse dicuntur بَيْيِنَةٌ بَيْيِنٌ. Quae mutatio variis modis explicatur. Arabes in his adiectivis a radice concava derivatis pro solita forma فَعِيلٌ semper formam فَيْعِلٌ poni, igiturque pro بَيِينٌ iam بَيْيِنٌ substitui, atque in بَيِّنٌ contrahi perhibent; quod quidem illius mutationis causam non satis bene exponere videtur; Sacy Alfiyya pag. 228. Alii vero بَيِّنٌ adiectivum formae فَعِلٌ esse ferunt, quod Jâam eum in finem geminavit, ut vocales, quae Jâam cingunt, geminata semivocali fortius dirimerentur, atque sic forma فَعِلٌ integrior retineretur; Ewald gramm. vol. 1. pag. 256.

d. e syllabis *ĭjĭ ŭjĭ* Jâa expellitur; par. 212. art. 8. 9.

6. Jâae diphthongo *ai* motae, quas praecedit vocalis brevis; par. 212. art. 10; par. 216. art. 6. Ponuntur igitur مُوسَيَيْنِ duorum Mosium, رَامِيَيْنِ duorum iacientium, شُيَيْخٌ ac شُيَيْخٌ vetulus. Pro شُيَيْخٌ vero propter antecedentem Dammam etiam شُوَيْخٌ ponitur; par. 210. 292.

7. Jâae quas cingunt vocales breves dispares, id est *ĭ* + *ă* atque *ŭ* + *ă*; par. 216. art. 4. Igitur ponuntur سِيَرٌ vitae *plur.* رَامِيًا iacientem, خُيَلَاءُ arrogantia. Inter vocales *ŭ* + *ă* vero, propter antecedentem Dammam, nonnunquam Jâam in Wâwam abire, igiturque pro نَهُيَ prudens fuit, نَهُيَتْ prudens fuit *fem.* iam نَهُوَتْ نَهُوَ poni, ferunt; par. 210. 274; Sacy Alfiyya pag. 238.

B. *Jâae quae mutantur.*

1. *Jâa quiescens quam antecedit a.*

276. Jâa quiescens, quam antecedit *a*, cum hac vocali confluens efficit diphthongum *ai*; par. 274. Igitur vocabula بَيْنٌ separatio, يَيْبَسُ arescet, أَيْمَنُ felix, غَيْرَةٌ zelotypia, proferuntur: *bainun jaibassu aimanu ghairatun.*

In pronuntiatione vulgari diphthongus *ai* a nonnullis in *ei* vel *ê* contrahitur; qui igitur vocabula بَيْتٌ domus, أَيْنَ ubi, proferunt: *bêt ên.*

De vocabulis مُعَيِّيَةٌ *moaijatun* catula, كِتَابَيِّيَ *kitâbaija* duo libri mei, quae propter sequentem Jâam in مُعَيَّةٌ *moajjatun*, كِتَابَيَّ *kitâbajja* contrahuntur, infra dicetur par. 302.

277. In iis verbis, quae Jâam primam radicalem habent, Jâa haec, si post Fatcham quiescit, his mutationibus adficitur:

1. e futuris Jâa nonnunquam expellitur; quo facto, antecedens Fatcha producitur. Igitur pro يَيْبَسُ arescet, يَيْأَسُ desperabit, etiam يَابَسُ يَاءَسُ ponuntur; Kâm. pag. 814; Hamâs. pag. 76; quemadmodum etiam a radicibus concavis derivata ponuntur عَيْبٌ ac عَابٌ vituperium, خَيْلٌ ac خَالٌ opinio; Kâm. pag. 133. 1442. Atque in forma decima pro اِسْتَيْأَسَ desperavit, a nonnullis اِسْتَاءَسَ ponitur. Nonnulli, Jâa in spiritum conversa, pro يَيْتَسِرُ ponunt يَأْتَسِرُ distribuet; Kâm. pag. 694.

2. in futuro formae octavae Jâa quiescens, quia cum ت sequente concurrit, plerumque in hanc litteram convertitur. Igitur pro يَيْتَسِرُ distribuet, يَيْتَبِسُ arefiet, يَيْتَقِنُ explorabit, ponuntur يَتَّسِرُ يَتَّبِسُ يَتَّقِنُ. Vide par. 201. art. d.

2. *Jâa quiescens quam antecedit u.*

278. Jâa quiescens, quam antecedit *u*, in Wâwam convertitur, quae cum antecedente Damma in *û* confluit. Igitur pro أُيْقِنَ *ujkina* sive *uikina* exploratum est, مُيْسِرٌ opulentus, طُيْبَى felicitas, جُيْدٌ longis collis praediti, ponuntur أُوقِنَ *ûkina*, مُوسِرٌ طُوبَى جُودٌ. Vide par. 249.

279. Sed in nonnullis vocabulis, quae a radicibus concavis derivata sunt, et maxime quidem in pluralibus fractis formae فُعْلٌ, atque adiectivis femininis formae فُعْلَى, Jâa quiescens, quam *u* antecedit, cum hac vocali in *î* confluit. Sic pro بُيْضٌ albi, خُيْلٌ naevis praediti, خُيْفٌ variegati, شُيْمٌ notati, جُيْدَى praestantior, iam بِيضٌ خِيلٌ خِيفٌ شِيمٌ جِيدَى ponuntur. Ergo in his vocabulis e vocalibus concurrentibus *ui* posteriorem, tanquam graviorem, retinuerunt; par. 217. art. 4. 5.

Adiectiva feminina formae فُعْلَى vero Jâam quiescentem, quam *u* antecedit, pleraque quum in *î*, tum in *û*, convertere possunt. Sic a

radicibus كيس ضيق خير non modo خِيرَى melior, ضِيقَى angustior, كِيسَى callidior, verum etiam كُوسَى ضُوقَى خُورَى derivantur, quae eadem significant; Sacy Alfiyya pag. 239.

280. In forma octava eorum verborum, quae Jâam primam radicalem habent, haec Jâa post Dammam quiescens in litteram ت sequentem convertitur. Igitur pro يُيْتَسَرُ distribuetur, مُيْتَسِرٌ distribuens, iam يُتَّسَرُ مُتَّسِرٌ ponuntur. Vide par. 201. art. d.

3. *Jâa quiescens quam antecedit i.*

281. Jâa quiescens, quam *i* antecedit, cum hac vocali in *î* confluit. Igitur pro تِيْأَسُ *tij-assu* desperabis, اِيْأَسْ *ij-ass* despera! iam تِيَاسُ *tî-assu*, اِيَاسْ *î-ass*, ponuntur; vide par. 247. Jâa quiescens re vera vocalis *i* est; quam si antecedit alia *i*, duae hae concurrentes vocales *i* in unam productam contrahuntur.

282. In forma octava eorum verborum, quae Jâam primam radicalem habent, Jâa haec post Kesram quiescens in litteram sequentem convertitur. Igitur pro اِيْتَسَرَ distribuit, اِيْتَبَسَ arefactus est, iam اِتَّسَرَ اِتَّبَسَ ponuntur, vel cum Wesla assumta اتَّسَرَ اتَّبَسَ. Vide par. 168. art. 3. par. 201. art. d.

4. *Jâa quiescens in fine verborum defectivorum.*

283. Jâa quiescens in fine eorum verborum, quae Jâam tertiam radicalem habent, ponendâ abiicitur, qualicunque vocali praecedente. Quod in illorum verborum imperativis ac futuris apocopatis fit. Igitur pro اِرْمِيْ *irmij* proiice! رَامِيْ *râmij* iactu certa! تَرَمَّيْ *tarammaj* iaculare! اِنْ يَرْمِيْ si proiiciet, iam اِرْمِ رَامِ تَرَمَّ اِنْ يَرْمِ ponuntur.

Quae mutatio eum in finem fit, ut imperativi ac futura apocopata, quae in fine brevitatem affectant, vocalem brevem in fine habeant; vid. par. 252.

5. *Jâa mota quam praecedit Sukûnum.*

284. Jâa mota, quam praecedit Sukûnum, e generali regula non mutatur, sed consonantis munere fungitur; par. 214. 216. art. 2; par. 275.

art. 2. Ponuntur igitur اَلْرَّمْيُ proiectio, اَلْحَلْيُ mundus muliebris, رَمْيَةٌ proiectio, أَبْيَضُ albus, أَبْيَضَ ac أَبْيَاضَ albuit, مَكْيِلٌ mensura, تَبْيِينٌ explicatio, مَبْيُوعٌ emtum.

Pronuntiatio vulgaris vero in vocabulis formae اَلْرَّمْيُ اَلْحَلْيُ plerumque Jâam ut vocalem profert; pronuntiant igitur اَلرَّمِي *errami*, اَلْحَلِي *el hali*; vide par. 230; Hupfeld exercit. aethiop. pag. 15.

285. Jâa fatchata, quae post Sukûnum ponenda est, nonnunquam in Wâwam abit; quemadmodum pro عُنْيَانٌ titulus, etiam عُنْوَانٌ ponitur; atque pro تَقْيَا pietas, semper تَقْوَى scribitur; Kâm. pag. 1961. Vide par. 254; Hamâs. pag. 538.

286. E nonnullis vocabulis vero Jâa, quae post Sukûnum ponenda esset, expellitur, eius vocali in antecedentem consonantem translata. Quod quidem in nonnullis nominibus femininis formarum فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ fit, quae a radicibus defectivis derivata sunt. Sic pro سَنْيَةٌ annus, حُمْيَةٌ aculeus, إِرْيَةٌ focus, iam سَنَةٌ حُمَةٌ إِرَةٌ ponuntur; par. 255.

Quae quidem expulsio tertiae radicalis Jâae rarius etiam in nomina masculina formarum فَعْلٌ ac فِعْلٌ cecidisse videtur. Nam pro يَدْيٌ manus, vocabulum يَدٌ positum esse censent. Nomina formae فِعْلٌ, quae hoc modo curtata sunt, Kesram suam primae radicali praefixerunt; quae vocalis, quia fugacissima est, Elifa tenui sive weslata significatur; par. 164—168. Itaque pro بِنْيٌ filius, سِتْيٌ nates, ثِنْيٌ ثِنْيَانِ duo, scribuntur اِبْنٌ *ibnun*, اِسْتٌ *istun*, اِثْنٌ اِثْنَانِ *ithnâni*; Ewald gramm. vol. 1. par. 409. Quae a grammaticis Arabibus horum vocabulorum formae primitivae esse dicuntur: بَنَيٌ vel بِنْيٌ, سَتَهٌ vel سِتْهٌ, eae minus recte excogitatae esse videntur. A مِسْيٌ vel مُسْيٌ vespera, derivatum esse videtur أَمْسِ dies hesternus.

287. E *verbis concavis* Jâa, quae post Sukûnum ponenda esset, semper fere expellitur; quo facto, sequens vocalis producitur. Nam etiam hoc modo hiatus tolli potest; par. 214. 217. art. 4. Atque eadem mutatione etiam nomina multa adficiuntur, a verbis concavis derivata. Igitur pro يَسْيِرُ procedet, يَهْيَبُ metuet, أَسْيَرَ emisit, اِسْتَبْيَنَ manifestus fuit,

مُبِينٌ manifestus, مُصْطَيِدَةٌ fera, مَسْيِرَةٌ iter, مَطْيَرٌ locus volandi, iam مُطَارٌ مَسِيرَةٌ مُصْطَادٌ مُبِينٌ أَسْتَبَانَ أَسَارَ يَهَابُ يَسِيرُ ponuntur. Quodsi Jâam iam antea Fatcha producta sequebatur, eadem mutatio fit; ergo pro اِبْيَانَةٌ explicatio, sic اِبَانَةٌ scribitur. Participium formae مَفْعُولٌ pro *û* producta nonnunquam *î* productam substituit, ut ita secunda radicalis Jâa apertius indicetur; itaque pro مَكْيُولٌ mensuratum, etiam مَكِيلٌ ponitur. Sed haud raro formae integrae مَكْيُولٌ, مَبْيُوعٌ emtum, مَخْيُوطٌ consutum, retinentur: par. 256; Sacy gramm. tom. 1. par. 759. 760.

Excipienda sunt nomina formarum تَفْعَالٌ مِفْعَالَةٌ مِفْعَالٌ مِفْعَلَةٌ مِفْعَلٌ تَفْعِيلٌ تَفْعَالَةٌ أَفْعَالٌ أَفْعَلُ. Haec enim Jâam consonantem retinent, ut in vocabulis مِكْيَلٌ mensura, مَخْيَالَةٌ nubes portendens pluviam, تَطْيَابٌ praestantia, تَبْيِينٌ explicatio, أَخْيَالٌ equi, أَخْيَلُ naevis praeditus. Atque etiam مَطْيَبٌ ac مَطَابٌ optimum, usurpari perhibet Kâmûs pag. 120. Porro formae verborum nona, undecimaque Jâam consonantem retinent, ut in اِبْيَضَّ ac اِبْيَاضَّ albet; quod fortasse propter geminatam consonantem, quae sequitur, fit. Porro nonnulla verba etiam in forma quarta, et maxime quidem si haec forma intransitivam significationem habet, vel a nomine potius derivata esse videtur, Jâam consonantem retinent, ut أَغْيَمَ nubilus factus est. Vide par. 256.

288. In formis verborum concavorum quarta, decimaque, ac futuro formae primae, si tertia radicalis quiescit, tum Jâa post Sukûnum ponenda quidem expellitur, ut modo par. 287. exposuimus; sed vocalis, quae Jâam sequebatur, necessario corripitur e regula par. 197. Itaque ex أَسْيَرْتُ emisi, أُسْيِرْتُ emissus sum, أَسْتَبْيَنْتُ manifestus fui, يَسْيِرْنَ procedent *fem.* e regula par. 287. fierent يَسِيرْنَ أَسْتَبَانْتُ أُسِيرْتُ أَسَارْتُ, quae e regula par. 197. contrahuntur in يَسِرْنَ أَسْتَبَنْتُ أُسِرْتُ أَسَرْتُ.

6. *Jâa geminata.*

289. Jâa geminata non mutatur, sed consonans retinetur, qualicunque vocali sequente; ut in بَيَّنَ explicuit, مُبَيِّنٌ explicans, تَبَيُّنٌ evidentia, أَسَدِيٌّ Assadita; par. 216. art. 7.

7. *Jâa mota quam praecedit vocalis brevis.*

290. Si vocales Jâam cingunt ita dispares, ut ipsae inter se confluere nequeant, Jâa consonans retinetur. Si vero vocales cingentes ad confluendum pronae sunt, tum, ut illae inter se confluere possint, saepius Jâa consonans expellitur; par. 212. 275. art. 7. Sed in hac re inter varia radicum genera diversitas quaedam est; quamobrem de his generibus singulatim dicemus.

a. In radicibus concavis.

291. Respicienda sunt quae ad hanc rem spectantia par. 212. in universum exposuimus.

1. Syllabae *ŭjă* Jâam consonantem retinent, ut in خُيَلَاءُ arrogantia.

2. Syllabae *ĭjă* Jâam consonantem retinent, ut in خِيَمٌ tentoria.

3. Syllabae *ăjă* Jâam consonantem expellunt, atque in *â* abeunt. Sic pro بَيَنَ abiit, بَيَنُوا abierunt, اِنْبَيَعَ vendibilis fuit, بَيَعَةٌ venditores, iam بَانَ بَانُوا اِنْبَاعَ بَاعَةٌ ponuntur. Sed praeteritum formae primae, ubicunque tertia radicalis quiescit, id est in personis primis secundisque, ac tertia pluralis feminina, syllabam *ăjă* sive *ăŭă* in *î* contrahit; quae vocalis propter tertiam radicalem quiescentem corripitur, e regula par. 197. Igitur pro بَيَنْتَ abiisti, بَيَنَّ abierunt *fem.*, بَيَنْتُمْ abiistis, iam بِنْتَ بِنْتُمْ بِنَّ ponuntur. Quod eum in finem fieri videtur, ut hoc modo secunda radicalis *i* indicetur; vide par. 260. art. 3. Deinde nomina multa formarum فَعَلٌ فَعَلَانٌ in syllabis *ăjă* consonantem Jâam retinent, ut مَيَلٌ inclinatio, خَيَلٌ superbia, عَيَنٌ coetus, مَيَلَانٌ inclinatio, طَيَرَانٌ volatus.

4. Syllabae *ŭjĭ* Jâam consonantem expellunt, eoque facto, in *î* abeunt. Igitur pro سُيِرَ itum est, مُيِلَ inclinatum est, هُيِبَ formidatum est, iam سِيرَ مِيلَ هِيبَ ponuntur. Quae vocalis *î*, si sequens consonans quiescit, e regula par. 197. corripitur; sic pro مُيِلْتُ inclinatus sum, هُيِبْتُ formidatus sum, iam مِلْتُ هِبْتُ ponuntur. Antiqui nonnulli pro هِيبَ formidatum est, etiam هُيْبَ ac هُوبَ ponere permittebant; par. 260. art. 4; Sacy gramm. tom. 1. par. 238. 525.

5. Syllabae *ĭjĭ* in vocabulis a radice concava derivatis, quantum reperire potui, comparuisse non videntur; quas, si comparuissent, in *î* confluxuras fuisse, praesumendum est.

6. Syllabae *ăjĭ* in verborum formis ponendae Jâam consonantem expellunt, atque, eo facto, in *â* abeunt; igitur pro هَيِبَ formidavit, يَبْتَيِعُ emet, ex illo praecepto هَابَ ac يَبْتَاعُ ponuntur; Sacy gramm. tom. 1. par. 521. Si in praeterito tertia radicalis quiescit, tum syllabae *ăjĭ* in *î* abeunt, ut ita vocalis, quae ad secundam radicalem adscripta fuit, indicetur; sed *î* illa e regula par. 197. corripitur; igitur pro هَيِبْتُ formidavi, iam هِبْتُ scribitur; Sacy gramm. tom. 1. par. 519. In nominibus a radice concava derivatis syllabae *ăjĭ* comparere non videntur; ponuntur pro iis cum Jâa geminata *ăjjĭ*; vide par. 275. art. 5. c. Pauca verba intransitiva syllabas *ăjĭ* retinent, ut عَيِنَ oculos magnos habuit. Atque retinentur syllabae *ăjĭ* si Jâa geminata sequitur, ut in حَيِيٌّ verecundus.

7. Syllabae *ŭjŭ* sive *ŭiŭ* plerumque, semivocali Jâa in vocalem conversa, in *î* contrahuntur, ut hac vocali aperte indicetur secunda radicalis Jâa. Igitur pro سُيُلٌ spinae, شُيُبٌ cani, عُيُنٌ perspicaces, plerumque سِيلٌ شِيبٌ عِينٌ ponuntur. Nonnunquam vero etiam formae integrae cum Jâa consonante retenta ponuntur, ut شُيُبٌ cani, عُيُنٌ perspicaces, عُيُنٌ vomeres; vide par. 212. art. 6.

8. Syllabae *ĭjŭ* atque *ăjŭ* in vocabulis a radice concava derivatis non comparuisse videntur.

292. Si Jâam vocalis producta sequitur, antecedente brevi, tum Jâa consonans, quemadmodum par. 275. art. 5. expositum est, plerumque retinetur. Quod quidem in syllabis *ăjû ŭjû ĭjû ăjâ ŭjâ ĭjâ* fit; ponuntur igitur عُيُونٌ perspicax, شُيُوخٌ senes, شِيُوخٌ senes, غَيَابَةٌ tegumentum, غَيَارَى zelotypi, *plur.* عِيَالٌ domestici. Pro syllabis *ăjĭ* ponuntur *ăjjĭ*, atque igitur pro طَيِبٌ bonus, بَيِنٌ manifestus, iam طَيِّبٌ ac بَيِّنٌ scribuntur; quod quamobrem fiat, supra demonstravimus par. 275. art. 5. c.

Si Jâam diphthongus sequitur, antecedente vocali brevi, ut in syllabis *ĭjai ŭjai*, tum item Jâa consonans retinetur. Ponuntur igitur شِيَيْخٌ vetulus, عُيَيْنَةٌ ocellus, شُيَيْخٌ vetulus. Sed in syllabis *ŭjai* Jâa,

propter antecedentem Dammam nonnunquam in Wâwam abit; par. 210. Itaque pro شُيَيْخٌ vetulus, طُيَيْرٌ avicula, شُيَيْئَةٌ rescula, etiam طُوَيْرٌ شُوَيْخٌ شُوَيْئَةٌ ponuntur.

b. In radicibus defectivis.

293. Radices defectivas inter tertiam radicalem Jâam ac tertiam radicalem Wâwam saepius fluctuare, supra demonstravimus par. 262. Iam singula videamus.

1. Syllabae *ăjŭ ăjĭ ăjă*, expulsa Jâa, abeunt in *â*, quae Elifa brevi significatur, id est positis Fatcha ac Jâa otiante; par. 94. 215. 262. art. 1. Igitur pro رَمَيَ iecit, يُرْمَيُ iacietur, ٱلْمُرْمَيُ proiectus, ٱلنَّدَيُ ros, ٱلنَّدَيِ roris, ٱلنَّدَيَ rorem, semper ٱلنَّدَى ٱلْمُرْمَى يُرْمَى رَمَى ponuntur. Primo enim pro رَمَى Arabes cum diphthongo pronuntiasse videntur *ramai*, quod deinde in *ramâ* decurtatum sive detritum est; sed in scriptura litteram Jâam retinuerunt, ut ea primitivam vocabuli formam indicarent; par. 94. 215. Eadem mutatio fit, si ad radicem sanam terminationes *ăjŭ ăjĭ ăjă* adiiciuntur; quamobrem pro قَتْلَيُ occisi, قَتْلَيِ occisorum, سَكَارَيُ ebrii, سَكَارَيِ ebriorum, iam سَكَارَى قَتْلَى ponuntur. Si Jâa, quae nomina claudit, nunatione munienda esset, haec nunatio in antecedentem Fatcham transfertur; igitur pro نَدَيٍ نَدَيٌ مَرْمَيًا مَرْمَيٍ مَرْمَيٌ نَدَيًا iam مَرْمًى ac نَدًى ponuntur. Si ad syllabas *ăjŭ ăjĭ ăjă* aliqua consonans adiicitur, tum syllabae illae itidem in *â* abeunt; quae vocalis tum significatur positis Fatcha atque Elifa prolongationis; itaque pro نَدَيُهُ ros eius, نَدَيِكَ roris tui, نَدَيَنَا rorem nostrum, نَدَيُهُمْ ros eorum, مَرْمَيَةٌ proiecta, رُمَيَةٌ iacientes, رَمَيَهُ iecit eum, iam نَدَانَا نَدَاكَ نَدَاهُ نَدَاهُمْ مَرْمَاةٌ رُمَاةٌ رَمَاهُ ponuntur. Excipiuntur praepositiones إِلَى *ilâ* ad, عَلَى *alâ* contra, لَدَى *ladâ* apud, quarum terminatio, si cum suffixis coniunguntur, in diphthongum *ai* abit, vel potius redit; ergo scribuntur إِلَيْكَ *ilaika* ad te, عَلَيْهِمْ *alaihum* contra eos, لَدَيْكَ *ladaika* apud te. Antiquiores nonnulli, originem vocabuli respicientes, etiam pro رَمَاهُ iecit eum, ipsum رَمَيهُ cum Jâa otiante ponebant; par. 92.

Si ad finem vocabulorum duae Jâae concurrunt, tum pro extrema ponitur Elifa prolongationis; itaque pro ٱلدُّنْيَيُ mundus, رُؤْيَيُ somnium,

هَدَايَى dona, non هَدَائِى رُوْيَى ٱلدُّنْيَى, sed هَدَايَا رُؤْيَا ٱلدُّنْيَا ponuntur; par. 95. Excipitur nomen proprium يَحْيَى *Jachja*. Nomen *Rajja*, quod femineum est, رَيَّى ac رَيَّا scribi videtur; Sacy gramm. tom. 1. par. 223; Hamâs. pag. 538.

2. Syllabae *ŭjŭ* sive *ŭiŭ* in *î* confluunt; itaque vocalis *i* tanquam tertia radicalis in his syllabis praevalere videtur. Sic pro ٱلْأَيْدُيُ manus, ٱلتَّمَنُّيُ optatio, ٱلتَّرَمُّيُ iaculatio, iam ٱلْأَيْدِى ٱلتَّمَنِّى ٱلتَّرَمِّى ponuntur. Si Jâa, quae nomina claudit, nunatione munienda esset, haec nunatio in antecedentem Kesram transfertur, quae e regula par. 197. corripitur; igitur vocabula ٱلْأَيْدِى ٱلتَّمَنِّى ٱلتَّرَمِّى cum nunatione adiecta أَيْدٍ تَمَنٍّ تَرَمٍّ scribuntur; vide par. 268. art. 2.

3. Syllabae *ŭjĭ* item in *î* confluunt; igitur pro ٱلْأَيْدُيِ manuum, ٱلتَّمَنُّيِ optationis, ٱلتَّرَمُّيِ iaculationis, ex hac regula ٱلْأَيْدِى ٱلتَّمَنِّى ٱلتَّرَمِّى ponuntur; atque cum nunnatione adiecta أَيْدٍ تَمَنٍّ تَرَمٍّ.

4. Syllabae *ŭjă* in verbis quidem propter antecedentem Dammam in *ŭwă* convertuntur; quamobrem pro رَمُيَ bene iaculatur, نَهُيَ prudens fuit ille, نَهُيَتْ prudens fuit illa, iam رَمُوَ نَهُوَ نَهُوَتْ ponuntur; par. 210; Ewald gramm. vol. 1. par. 394; Alfiyya pag. 238. In nominibus vero tertia radicalis Jâa praevalere videtur; nam in iis syllabae *ŭjă* in *ĭjă* convertuntur. Itaque pro ٱلْأَيْدُيَ manus *accus.* ٱلتَّمَنُّيَ optationem, ٱلتَّرَمُّيَ iaculationem, iam ٱلْأَيْدِيَ ٱلتَّمَنِّيَ ٱلتَّرَمِّيَ ponuntur; atque أَيْدِيًا تَمَنِّيًا تَرَمِّيًا cum nunatione adiecta.

5. Syllabae *ĭjŭ* in *î* confluunt; itaque pro يَرْمِيُ iaciet, يَجْزِيُ rependet, ٱلرَّامِيُ iaculans, ٱلْمُرْمِيُ iaciens, ٱلنَّهِيُ prudens, ٱلْخَشِيُ timidus, ٱلْحَفِيُ nudipes, ٱلْهَوِيُ amans, ex hac regula يَرْمِى يَجْزِى ٱلرَّامِى ٱلْمُرْمِى ٱلنَّهِى ٱلْخَشِى ٱلْحَفِى ٱلْهَوِى ponuntur. Si Jâa nunatione munienda esset, haec in antecedentem Kesram transfertur; ipsa Kesra vero e regula par. 197. corripitur; vide supra art. 2. Igitur pro رَامِيٌ مُرْمِيٌ نَهِيٌ خَشِيٌ حَفِيٌ هَوِيٌ semper رَامٍ مُرْمٍ نَهٍ خَشٍ حَفٍ هَوٍ ponuntur.

6. Syllabae *ĭjĭ*, quae nonnisi in nominibus comparuisse videntur, item in *î* confluunt; igitur pro ٱلرَّامِيِ iaculantis, iam ٱلرَّامِى ponitur; atque cum nunatione adiecta رَامٍ scribitur.

7. Syllabae *ĭjă* non mutantur, quia in iis vocales dispares *i* + *a* semivocalem cingunt; par. 212. Igitur ponuntur لِيَرْمِىَ ut iaceret, لِيَجْزِىَ ut rependeret, ٱلرَّامِىَ iaculantem, ٱلْهَوِىَ amantem; atque sic cum nunatione adiecta رَامِيًا هَوِيًّا scribuntur.

294. Si vocalis, quae Jâam sequitur, producta est, haec vocalis, tanquam sonus gravior, eiici nequit. Igitur haec vocalis producta aut intacta manet, Jâa consonante retenta; aut in productam vocalem, Jâa consonante pulsa, antecedens vocalis influit; par. 275. art. 5. Singulae mutationes hae sunt:

1. syllabae *ŭjû* utrum in vocabulis a radice defectiva derivatis comparuerint, necne, nescio; nam in harum radicum futuris fortasse non يَرْمُيُونَ, sed يَرْمِيُونَ iacient, forma primitiva existimanda est, quam in يَرْمُونَ contraxerunt.

2. syllabae *ĭjû* in *û* confluunt; igitur pro نَهِيُونَ prudentes, iam نَهُونَ ponitur.

3. syllabae *ăjû* in *au* confluunt; igitur pro رَمَيُوا iecerunt, iam رَمَوْا ponitur.

4. syllabae *ŭjâ* in *ŭwâ* mutantur propter antecedentem Dammam; igitur pro نَهُيَا prudentes fuerunt *dual.* ex hac regula نَهُوَا ponitur; Alfiyya pag. 238.

5. syllabae *ĭjâ* non mutantur; igitur ponuntur يَرْمِيَانِ iacient *dual.* نَهِيَانِ prudentes *dual.*

6. syllabae *ăjâ* non mutantur; ponuntur igitur رَمَيَا iecerunt *dual.* فَتَيَاتٌ puellae. In plurali fracto formae فُعَلَآءُ syllabae *ăjâ* nonnunquam in *ăwâ* convertuntur; quod propter vocalem Dammam, quae in prima syllaba inest, fieri nonnulli censent. Sic enim pro تُقَيَآءُ pii, ponitur تُقَوَآءُ.

7. syllabae *ŭji* utrum in vocabulis a radice defectiva derivatis comparuerint, necne, nescio; nam in harum radicum futuris fortasse non تَرْمِيِينَ sed تَرْمِيِينَ *iacies fem.* forma primitiva existimanda est, quam in تَرْمِينَ contraxerunt.

8. syllabae *ĭji* in *ī* confluunt; igitur pro أَلْمُتَرَمِّيِينَ iaculantium, iam أَلْمُتَرَمِّينَ ponitur.

9. syllabae *ăji* in *ai* confluunt; igitur pro تُرْمَيِينَ ferieris *fem.* iam تُرْمَيْنَ ponitur.

295. Syllabae *ăjai* atque *ĭjai* consonantem Jâam retinent; ponuntur igitur أَعْمَيَانِ duo caeci, قَاضِيَيْنِ duorum iudicum; par. 275. art. 6.

c. In radicibus adsimilatis.

296. In verbis adsimilatis, quae Jâam primam radicalem habent, comparent syllabae *ăjă ŭjă ŭjŭ* cum sequente consonante geminata; quae quidem syllabae non mutantur. Ponuntur igitur تَيَسَّرَ prospere processit, يَيِمَ durus est, مُيَسِّرٌ promovens, تُيُسِّرَ expeditum est. Porro in his verbis comparent syllabae *ăjâ ŭjâ ŭjû,* quae et ipsae non mutantur; ponuntur igitur مَيَامِينَ felices, مُيَامِنٌ dextrorsum contendens, تُيُوسِرُوا conciliati sunt.

8. *Jâa mota quam praecedit vocalis producta.*

297. Vocalis producta, quae Jâam praecedit, tanquam sonus gravior, cum vocali, quae Jâam sequitur, non confluit. Unde fit, ut etiam Jâa, tanquam paries inter utramque vocalem interiectus, plerumque retineatur. In fine vocabulorum vero si post *â* productam Jâa ponenda esset, tum haec in spiritum lenem mollitur; par. 213. 275. art. 4. Singulae mutationes hac sunt.

a. In radicibus concavis.

298. Jâa consonans post vocalem productam posita retinetur, ut in بَايَنَ discessit, مُبَايِنٌ discedens, تَبَايُنٌ discessus, بُويِعَ sponsum est.

Excipiendum est participium activum formae primae, id est فَاعِلٌ فَاعِلَةٌ, quod Jâam kesrandam in spiritum lenem mollit; unde fit, ut pro بَايِنٌ discedens, سَايِرَةٌ procedens *fem.* iam بَائِنٌ سَائِرَةٌ ponantur; vide

par. 267. Eadem mutatio in pluralibus fractis formae فَوَاعِلُ fit; quemadmodum a radicibus حيض ريد vocabula حَوَائِضُ menstruales, زَوَائِدُ incrementa, derivantur.

Sed in pluralibus fractis formae مَفَاعِلُ ipsa Jâa radicalis, consonantis munere fungens, retinetur; sic igitur a radicibus عيش عيب vocabula مَعَايِبُ vitia, مَعَايِشُ edulia, derivantur; Sacy gramm. tom. 1. par. 235; Ewald gramm. vol. 1. par. 391.

b. In radicibus defectivis.

299. Syllabae *âjŭ âjĭ âjă* in fine vocabuli positae Jâam in spiritum lenem molliunt; quod productae vocalis, quae Jâam antecedit, gravitate effici videtur; par. 213. Itaque pro ٱلْخِبَايُ tentorium, ٱلْخِبَايِ tentorii, ٱلْخِبَايَ tentorium *accus.* ex hac regula ٱلْخِبَآءُ ٱلْخِبَآءِ ٱلْخِبَآءَ ponuntur; atque cum nunatione adiecta pro خِبَايٌ خِبَايٍ خِبَايًا itidem sic خِبَآءٌ خِبَآءٍ خِبَآءً scribuntur. Quodsi his nominibus pronomina affiguntur, tum spiritus pro Jâa positus, sive Hamsa, quidem retinetur; sed Hamsae tamen Wâwa ac Jâa subscribuntur, ut sic vocales *u* atque *i*, quibuscum spiritus proferendus est, significentur; par. 219. art. 2. 3. Igitur pro خِبَآءُهُ tentorium eius, خِبَآءِكَ tentorii tui, plerumque خِبَآؤُهُ خِبَآئِكَ ponuntur. Sed retinetur خِبَآءَهُ tentorium eius *acc.* quia Hamsa vocalem Fatcham prae ceteris indicat; par. 219. art. 3; Sacy gramm. tom. 1. par. 241.

Eadem fere mutatio ab Hebraeis nonnunquam usurpatur; nam pro צְבָיִים צְבִיּוֹת dorcades, etiam צְבָאִים צְבָאוֹת ab iis ponuntur.

Si vero syllabae *âjă* in medio vocabulo positae sunt, tum ipsae Jâam retinent, ut in بِنَايَةٌ aedificatio. Sed a substantivo ثُنَآءٌ binum, adiectivum ثُنَآءِيٌّ sive ثُنَائِيٌّ binarius, derivatur, in quo Hamsam retinere solent. Atque sic a nominibus litterarum تَآءٌ Tâa, رَآءٌ Râa, derivantur adiectiva تَآئِيٌّ tâicus, رَآئِيٌّ râicus.

300. Syllabbae *ūjŭ ūjĭ ūjă* mutantur in *ījjŭ ījjĭ ījjă*; quod maxime quidem in participio passivo formae primae fit. Vocalis producta *ū* novam semivocalem parit cum sequente semivocali Jâa coniungendam, ipsaque

corripitur; semivocalis Jâa vero, quia fortiori natura est, secum congruam reddit novam illam semivocalem, brevemque, quae eam praecedit, vocalem; vide par. 269. 270. Igitur pro سَقُويٌ pincernae, مَرْمُويٌ iactus, مَرْمُويِ iacti, مَرْمُويًا iactum, مَرْمُويَةٌ iacta, iam سَقِيٌّ مَرْمِيٌّ مَرْمِيِّ مَرْمِيًّا مَرْمِيَّةٌ ponuntur. Sic apud Hebraeos pro צְפוּיָה specula, vocabulum צְפִיָּה positum invenitur; Ewald gramm. hebr. min. par. 123.

Excipiuntur vocabula nonnulla. Plurale لُوِيٌ curvi, quod in لِيٌّ contrahendum esset, in لُيٌّ contrahitur, primitiva vocali servata; Kâm. pag. 1945. Adiectivum نَهُويٌ prohibens, in نَهُوٌّ contrahitur; itaque in eo vocalis û semivocalem Jâam subegit. Syllaba ûjă retinentur in nominibus propriis حَمُّويَةُ *Hammûja*, شَنُّويَةُ Schannûja; Kâm. pag. 1605.

Pro مَضُويٌ profectio, vocabula مَضِيٌّ ac مَضُوٌّ ponuntur; atque sic pro مَمْضُويٌ processum, non modo مَمْضِيٌّ sed etiam مَمْضُوٌّ scribuntur. Sed haec radix et Jâam, et Wâwam, extremam radicalem adsumere videtur.

301. Syllabae *îjŭ îjĭ îjă* in *ĭjjŭ ĭjjĭ ĭjjă* mutantur. Vocalis *î* producta novam semivocalem secum congruam, id est Jâam, parit, cum sequente Jâa coniungendam, ipsaque corripitur. Igitur pro سَبِييٌ captus, سَبِييِ capti, سَبِييًا captum, iam سَبِيٌّ سَبِيِّ سَبِيًّا ponuntur. Vide par. 270.

9. *Jâa mota quam praecedit diphthongus.*

302. Syllabae *aijŭ aijĭ aijă aijâ aijai* plerumque in *ăjjŭ ăjjĭ ăjjă ajjâ ajjai* contrahuntur; e diphthongo *ai* enim nascitur semivocalis Jâa; quae cum sequenti Jâa coniungitur. Sic igitur pro فُتَيْيٌ puellus, فُتَيْيِ puelli, غُلَيْيِمٌ adolescentulus, فُتَيْيًا puellum, مُعَيْيَةٌ catula, رُحَيْيَةٌ mola parva, فُتَيْيَانِ puelli duo, فُتَيْيَيْنِ puellorum duorum, iam فُتَيٌّ فُتَيِّ غُلَيِّمٌ فُتَيًّا مُعَيَّةٌ رُحَيَّةٌ فُتَيَّانِ فُتَيَّيْنِ ponuntur. Vide par. 271.

Rarius syllabae *aijă* retinentur; quemadmodum etiam مُعَيْيَةٌ catula, ponitur; Kâm. pag. 1922. Atque syllaba *aijĭ* retinentur, si Jâa geminata sequitur, ut in حُبَيِّيٌ tribulis.

Syllabae *aujŭ aujĭ aujă aujâ aujai* in *ăjjŭ ăjjĭ ăjjă ajjâ ajjai* contrahuntur. Diphthongus semivocalem parit, quam sequens Jâa secum congruam

reddit. Igitur pro كَوْىٌ ustio, كَوْيِ ustionis, كَوْيًا ustionem, مَرْضَوِىَّ contenti mei *nom. plur.* iam كَىٌّ كَيِّ كَيًّا مَرْضَيَّ ponuntur; par. 273.

10. *Duae Jâae continuae.*

303. Duae Jâae continuae, quarum anterior consonans est, altera vero vocalem *î* productam significat, post Sukûnum positae retinentur, ut in تَبْيِينٌ explicatio, حَلْيِى mundus meus.

Si vero in vocabulis a radice concava derivatis duae Jâae continuae post Fatcham ponendae essent, tum syllabas *ăji* in *ăjjî* converti, atque igitur vocabulum طَيِيبٌ bonus, in طَيِّبٌ contrahi ferunt; de qua re supra expositum est par. 275. art. 5. c.

Si anterior Jâa hamsata est, alteram nonnunquam omittunt, antiquiorem scribendi modum servantes; sic pro رَئِيسٌ princeps, أَحِبَّائِى amici mei, etiam رَئِسٌ أَحِبَّاىِ ponuntur; par. 218. Pro رَئِيسٌ sive رَئِسٌ rarius cum Jâa geminata رَيِّسٌ scribitur, quasi media radicalis vera Jâa esset; Sacy gramm. tom. 1. pag. 96.

11. *Jâa media radicalis verborum defectivorum.*

304. Jâa, quae media radicalis verborum defectivorum est, ut in حَيِىَ vixit, عَيِىَ relanguit, ubicunque mota esse debet, non mutatur, sed tanquam littera consonans retinetur. Ponuntur igitur حَيِيَتْ vixit *fem.* حَيِيتَ vixisti, حَيُوا vixerunt, عَيِيتُ relangui.

Sed haec verba, quum non modo secunda, sed tertia quoque eorum radicalis significetur littera Jâa, etiam ad modum verborum surdorum declinare, hoc est ita contrahere licet, ut secunda tertiaque radicalis coalescant; par. 202. Igitur etiam حَيَّ vixit, عَيَّ relanguit, غَيَّ erexit, حَيَّتْ vixit *fem.* حَيُّوا vixerunt, ponuntur.

Quae contractio etiam in nominibus frequenter admittitur; quemadmodum pro تَحْيِيَةٌ salutatio, أَحْيِى vividior, أَحْيِيَةٌ pluviae, cum contractione تَحِيَّةٌ أَحَىّ أَحِيَّةٌ ponuntur.

Pro غَيْيَةٌ fortasse scribitur غَايَةٌ summum; par. 273. 277.

305. Quae in his capitibus de formis radicum concavarum defectivarumque explicandis proposuimus, e grammaticorum Arabum sententia dicta sunt, qui radices concavas in ipsarum medio, defectivasque in ipsarum fine, re vera Wâwas ac Jâas radicales primitivas, easque consonantes, habere sumunt, ad quas radicales in declinando verbo eaedem vocales breves adiungendae sint, quae ad radicum sanarum radicales, hoc est consonantes firmas, adiungantur. Quam sententiam etiam lexica arabica, quum quae ab ipsis Arabibus, tum quae a philologis nostratibus composita sunt, in disponendis illis radicibus sequi solent.

Sed recentiores philologi nonnulli radices concavas in ipsarum medio, defectivasque in ipsarum fine, vocales productas tanquam radicales habere existimant, quae vocales productae in declinando verbo non cum vocalibus brevibus coniungantur, sed ipsae modo e temporum modorumque regulis varientur; Fürst gramm. aram. par. 117. 153. 163. Qua quidem sententia recepta, multae radicum concavarum defectivarumque formae simpliciori sane modo explicari posse videntur; de qua re infra, ubi de illarum radicum declinationibus tractandum erit, plura exponemus.

Caput sextum.

De syllabis pausantibus.

306. Syllabis pausantibus, id est quibus extrema incisorum vocabula clauduntur, Arabes sonum firmiorem gravioremque tribuere solent, ut eo sententiae prolatae vis quaedam quasi addatur. Quam ob rem vocabula pausantia, ut graviori sonu claudantur, a solita forma grammatica saepe paulum deflectuntur; quae mutatio modo sola pronuntiatione indicatur, modo etiam ipsa scriptura significatur. Syllabam pausantem, quae vocali brevi mota est, haud facile ferunt; itaque pro ea aliam substituunt, quae aut consonanti, tanquam sono fortiori, aut vocali producta clauditur. Neque nunationem, quum haec vocabuli terminatio sonum nonnisi obscurum ac fugacem habeat, in syllaba pausanti ferunt, sed eam inde expellunt. Formas syllabarum pausantium proprias ab Arabibus quum in prosa simplici, tum magis etiam in prosa rhythmica atque carminibus usurpantur; Sacy gramm. tom. 1. par. 152. 153. Sed ipsae tamen in singulis illis orationis generibus non omnes aeque usitatae sunt; quam ob causam de unoquoque genere singulatim dicendum erit.

Arabes pausam, sive incisi clausulam, vocant أَلْوَقْفُ i. e. stationem; unde fit ut verbum وَقَفَ *subsistere* etiam significet: pausare, sive vocabulum in clausula incisi ponere. Summa cura eas, quae in praelegendo Korâno significandae sunt, pausas tractarunt, variosque de hac re libellos conscripserunt. De quibus plura exposuerunt Sacy, Notices et extraits tom. 8. pag. 360; tom. 9. pag. 111. ac Lumsden, gramm. ar. pag. 651. seqq. Vide par. 190.

1. *Syllabae pausantes prosae simplicis.*

307. Syllaba pausans, quae vocali brevi claudenda fuisset, hanc vocalem pellit, quum simplicem, tum nunatam, eoque facto extrema consonante clauditur. Igitur haec vocabula, si in pausa posita sunt, sic proferuntur: ضَرَبَ *darab*, حَزِنٍ *hasin*, ضَرَبْتَ *darabt*, ضَرَبْتِ *darabt*, ضَرَبْتُ *darabt*, يَكْتُبُ *jaktub*, أَلْكِتَابُ *alkitâb*, أَلْكِتَابَ *alkitâb*, أَلْكِتَابِ *alkitâb*, أَبْنُكَ *ibnuk*, غُلَامُهُ *gulâmuh*, كِتَابٌ *kitâb*, كِتَابٍ *kitâb*, قَاضٍ *kâd*, مُتَعَالٍ *muta-âl*..

Quae vocalis claudentis expulsio nonnunquam in ipsa scriptura significatur posita Dschesma: ضَرَبْ يَكْتُبْ غُلَامُهْ كِتَابْ. Vide par. 198. Quodsi consonans extrema Teschdîdo munita fuit, vocali eius pulsa, etiam Teschdîdum omitti solet; igitur pro مَدٌّ in pausa مَدْ vel مَدّ ponitur. Nonnulli scribunt مَدّْ.

308. Si vero syllaba pausans Fatcham nunatam, eamque cum Elifa productionis coniunctam, e grammatica lege acceptura esset, tum sola nunatio pellitur, Fatcha vero, sive vocalis *â* producta, retinetur; atque iam in antiquiori scriptura accusativus hoc modo significabatur, id est Elifa productionis adiecta, ut casus hic gravissimus facilius dignosceretur. Igitur pro كِتَابًا librum, رَجُلًا virum, إِنْسَانًا hominem, in pausa كِتَابَا رَجُلَا إِنْسَانَا et proferuntur, et scribuntur.

Atque simili modo futurum paragogicum atque imperativus paragogicus levioris formae, si in pausa ponuntur, Nunam extremam pellunt, vocalem antecedentem vero producunt. Igitur

pro يَكْتُبَنْ scribat, profertur يَكْتُبَا

pro تَكْتُبِنْ scribas, profertur تَكْتُبِي

pro يَكْتُبْنَ scribant, profertur يَكْتُبُوا

pro أُكْتُبَنْ scribito, profertur أُكْتُبَا

Sic etiam pro إِذَنْ *utique*, in pausa posito, Kâmûs إِذًا proferre iubet pag. 1717.

309. Si syllaba pausans terminatione feminina ة sive *t* clauditur, tum vocalis extrema, quum simplex, tum nunata, e regula par. 307. solito more pellitur, ipsa ة vero in ه sive *h* quiescentem transformatur; nam haec *h* quiescens in *t* nonnisi propter adiectas vocales abierat; par. 31. 66. Igitur pro أَلسَّنَةُ أَلسَّنَةِ أَلسَّنَةَ in pausa أَلسَّنَهْ *essanah* profertur, atque itidem pro سَنَةٌ سَنَةٍ سَنَةً profertur سَنَهْ *ssanah.*

310. Quin etiam Kesram productam ي.... syllaba pausans nonnunquam pellit, atque ea praesertim, quam vocalis producta antecedit. Quod maxime in iis vocabulis fit, quae a radicibus defectivis derivata sunt, atque in iis quoque, quibus pronomen personae primae singularis ي.... suffixum est. Igitur pro أَلْمُتَعَالِي excelsus, أَلتَّلَاقِي congressus, أَلْقَاضِي iudex, أَلثَّانِي secundus, بَالِي cor meum, in pausa أَلْمُتَعَالْ أَلتَّلَاقْ أَلْقَاضْ أَلثَّانْ بَالْ proferre ac scribere licet; Sacy gramm. tom. 1. par. 160. Radices defectivae enim tertiam radicalem, tanquam infirmam, saepe amittunt.

311. Syllaba pausans nonnunquam vocalem claudentem brevem pellere non audet, ne iusta vocabuli forma nimis corrumpatur, sed vocalem claudentem producit adiecta littera He, quae vocatur هَآءُ أَلْوَقْفِ He pausae, sive هَآءُ أَلسَّكْتِ He silentii; par. 127. 128. Quod maxime in iis verborum defectivorum formis, quae extremam radicalem amiserunt, fieri solet, atque porro in nonnullis pronominibus particulisque. Sic pro يَسْرِ proficiscitur, يَغْزُ bellat, يَرْضَ probat, أَقْتَدِ sequere! هِيَ ea, هُوَ is, لِمَ cur? in pausa يَسْرِهْ يَغْزُهْ يَرْضَهْ أَقْتَدِهْ هِيَهْ هُوَهْ لِمَهْ ponuntur; quod in Korâno usitatum reperitur; Sacy gramm. tom. 1. par. 554. Vocales breves, quibus vocabula illa clauduntur, non e mera terminatione, quam declinatio grammatica postulat, ortae sunt, sed cum ipso vocabuli corpore arctius coniunctae sunt; quam ob rem non pelluntur, sed firmantur.

312. Translatio vocalis brevis a consonante extrema ad consonantem penultimam, quae quiescens fuerat, etiam in prosa oratione usurpari videtur;

Sacy gramm. tom. 2. par. 901. Quae quidem translatio in vocabulis formarum قَبَلٌ قَبْلٌ قُبْلٌ ita fit, ut pro ٱلنَّصْرُ auxilium, ٱلْخَبْأُ occultum, ٱلنَّصْرِ auxilii, ٱلْخَبْإِ occulti, in pausa ٱلنَّصُرْ ٱلْخَبُؤْ ٱلنَّصِرْ ٱلْخَبِئْ ponantur; Ewald gramm. vol. 1. pag. 373.

Sed Fatcham extremam sic in penultimam consonantem transferre, haud licitum esse tradit Kâmûs pag. 673. Neque haec translatio licita est, si, ea adhibita, vocabuli forma exsisteret prorsus insolita; e. g. pro ٱلذِّكْرُ *memoria*, ٱلذِّكُرْ non ponitur, quia forma فِعُلٌ haud usitata est. Pro ٱلذِّكْرِ *memoriae* vero formam ٱلذِّكِرْ ponere licet. Neque illa translatio admittitur, si extrema consonans, vel penultima, Teschdîdo munita est.

2. *Syllabae pausantes prosae rhythmicae.*

313. Prosa rhythmica quadam rudiori, quae homoeoteleutis potissimum, ad finem incisorum positis, distincta erat, etiam antiquiores Arabes in dictis acutis, praeceptisque exponendis, utebantur; vide vitam Amrui ben kulthum ed. Kosegarten, pag. 8; Hamâs. pag. 98; Kitâb el aghâni art. Errabî ben sijâd. Unde factum est, ut Mohammed quoque, quotiescunque praecepta sua fundebat, hoc orationis genere uteretur, itemque qui tunc alii inter Arabes doctrinis novis promulgandis operam dabant, Toleicha propheta, Sadschâch prophetissa, ac Mosseilema propheta; Taberist. annal. vol. 1. pag. 112. 130. 152. Postea vero prosam illam rhythmicam, quam سَجْعٌ sive مُسَاجَعَةٌ ac تَسْجِيعٌ i. e. *modulationem* vocant, scriptores Arabes introduxerunt magis magisque expolitam, eamque non modo homoeoteleutis, verum etiam aequabiliori vocabulorum, quae in singulis incisis inter se coniunctis insunt, dispositione artificiosius exornatam. Quo sermonis genere e. g. Mekâmae El hamadânii atque El harîrii compositae sunt, librique Ebn arabschâhi, quorum altero, qui *Fâkchet el cholafâ* i. e. fructus chalifarum, inscribitur, fabulas morales, altero vero, qui *Adschâïb el makdûr* i. e. miracula fortunae, inscribitur, vitam Timuri complexus est. Vide par. 12.

314. Syllaba pausans, quae vocali brevi claudenda fuisset, in prosa rhythmica gemino modo mutatur. Quod sic fit:

1. vocalem claudentem, quum simplicem, tum nunatam, pellere

licet, quemadmodum par. 307. expositum est; unde fit, ut pro أَلرَّجُلُ حَسَنٌ رَجُلٌ in clausulis أَلرَّجُلْ حَسَنْ رَجُلْ poni possint.

2. vocalem claudentem simplicem, et maxime quidem Dammam Kesramque, retinere licet; nunata vero, si eam retinere volunt, in simplicem transformanda est; Sacy gramm. tom. 1. par. 162. Igitur أَلرَّجُلُ أَلرَّجُلِ retineri possunt; sed رَجُلٌ رَجُلٍ in رَجُلُ رَجُلِ transformanda sunt. Quodsi hoc modo vocales claudentes breves retinentur, tum cum sono producto pronuntiandae esse videntur, quemadmodum hoc in clausulis versiculorum usitatum est; par. 321. art. 2.

Perraro nunatio retinetur, neque hoc nisi homoeoteleuti causa fieri solet. Sic in libro Fâkehet el cholafâ pag. 42. lin. 13. in clausula مُجَازٍ *mudschâsin* eum in finem positum est, ut hoc vocabulum in eundem sonum exeat, quo antecedentis incisi clausula خَازِنْ *châsin* terminatur. Eademque ratione pag. 54. lin. 3. رَاسٍ in clausula positum cernitur.

315. Quotiescunque syllaba pausans Fatcham nunatam, eamque cum Elifa productionis coniunctam, e grammatica lege acceptura esset, toties sola nunatio pellitur, quemadmodum par. 308. expositum est; igitur pro كَرِيمًا in pausa كَرِيمَا ponitur.

Raro nunatio retinetur, neque ea nisi homoeoteleuti causa poni solet. Sic in libro Fâkehet el cholafâ pag. 34. lin. 28. quia antecedit clausula حَسَنْ *hassan*, sequitur clausula أَسًّا *assan*. Atque itidem raro fit, ut non modo nunatio, verum ipsa Fatcha quoque pellatur; quod ubi fit, homoeoteleuti causa ponitur. Sic pro كَئِيبًا in pausa كَئِيبْ positum est; Izzedîn Mekâmât pag. 40. lin. 4.

Quae de mutandis futuri paragogici atque imperativi paragogici terminationibus par. 308. dicta sunt, ea etiam in rhythmicae prosae clausulis nonnunquam observari videntur.

316. Vocabulum pausans nonnunquam Fatcham brevem penultimam, quae Jâae superscribenda esset, pellit, ut Kesra producta, tanquam sonus plenior, exsistat. Sic igitur pro بَارِيهَا eius sculptorem, بَانِيهَا eius aedificatorem, in clausulis بَارِيهَا بَانِيهَا ponere licet; Sacy gramm. tom. 2. par. 899.

317. Terminatio feminina ة itidem ut in prosa simplici mutatur; vide par. 309.

318. Kesram productam ى.... syllaba pausans nonnunquam pellit, quemadmodum par. 310. expositum est. Tum Kesra brevis pro producta plerumque quidem scribitur, sed propter pausam non profertur. Igitur pro بَالِي ٱلْمُتَعَالِي ٱلْقَاضِي in clausulis بَالْ ٱلْمُتَعَالْ ٱلْقَاضْ scribuntur, quae proferuntur *el kâdh, el muta-âl, bâl;* Sacy gramm. tom. 2. par. 902. 903.

319. Translatio vocalis brevis a consonante extrema ad consonantem penultimam, de qua par. 312. expositum est, etiam in prosa rhythmica usurpari posse videtur; Sacy gramm. tom. 2. par. 901.

3. *Syllabae pausantes carminum.*

320. Carmina formas syllabarum pausantium proprias nonnisi in clausulis versiculorum, id est eorum incisorum quae بَيْتٌ *domus*, vocantur, admittere solent. Vocales claudentes breves carmina non ita frequenter sicut prosa oratio pellunt, sed saepius pronuntiatione eas producunt.

321. Syllaba pausans, quae vocali brevi claudenda fuisset, in versiculorum clausulis, prout metrum ac homoeteleutum postulant, gemino modo mutari potest, quemadmodum par. 314. expositum est. Nam:

1. vocalis claudens, quum simplex, tum nunata, pelli potest; quod quidem maxime in iis homoeoteleutis fit, quae مُقَيَّدٌ *ligata* vocantur. Igitur pro عَلِيٌّ يَسْتَبِدُّ غُلَامُهُ رَجُلٌ ٱلرَّجُلُ يَكْتُبُ كُتُبٌ in versiculorum clausulis عَلِي يَسْتَبِدّْ غُلَامُهْ رَجُلْ ٱلرَّجُلْ يَكْتُبْ كُتُبْ poni possunt; Sacy prosod. par. 73. 74. 75. 91; chrest. tom. 1. text. ar. pag. 124; gramm. tom. 2. par. 896; Ewald gramm. vol. 2. par. 816. Sed homoeoteleuta ligata, tanquam duriora, rarius usurpantur.

Syllaba pausans, quae Fatcham nunatam, eamque cum Elifa productionis coniunctam, acceptura esset, solam nunationem pellit; quemadmodum par. 308. 315. expositum est. Igitur pro كِتَابًا in pausa semper كِتَابَا ponendum est.

2. vocalis claudens simplex retinetur, sed pronuntiatione producitur, atque productio Fatchae semper adiecta Elifa productionis significatur; vocalis nunata vero, si eam retinere volunt, in simplicem transformanda est. Quod

quidem in iis homoeoteleutis, quae مُطْلَقٌ *soluta* vocantur, fit. Igitur vocabula أَلْرَّجُلِ أَلرَّجُلِ retineri possunt, eaque syllabas -◡◡- efficere existimantur; pro أَلْقُوتِ كَتَبْ vero cum adiecta Elifa productionis أَلْقُوتَا كَتَبَا scribuntur; Freytág prosod. arab. pag. 308. Vocabula رَجُلٌ رَجُلًا رَجُلٍ vocalem nunatam in simplicem convertunt; igitur pro iis رَجُلٌ رَجُلًا رَجُلِ ponuntur, quae syllabas ◡◡- efficere existimantur; Sacy prosod. par. 5. 69. 83. Homoeoteleuta soluta, quae in vocalem desinunt, tanquam gratiorem sonum praebentia, frequentius usurpantur.

In codicibus minus adcurate scriptis etiam productio Kesrae adiecta Jâa productionis significatur; ibi igitur pro أَلْكِتَابِ in versiculi clausula أَلْكِتَابِي ponitur.

322. Expulsionem Fatchae brevis penultimae, de qua par. 316. exposuimus, etiam in carminum clausulis usurpari posse suspicor; Sacy gramm. tom. 2. par. 899.

323. Terminatio feminina ة eodem, quo in prosa simplici, modo mutatur; vide par. 309.

324. Si syllaba pausans Kesra producta ...ي terminatur, hanc vocalem pellere licet, quemadmodum par. 318. expositum est; Sacy gramm. tom. 2. par. 902. 903. Sed rarius hoc fit.

325. Vocalis claudentis brevis productio nonnunquam significatur adiecta littera He, quae *He pausae* vocatur, quemadmodum hoc in prosa oratione fit; par. 311. Sacy prosod. par. 74.

326. Vocalem penultimam brevem vocabuli pausantis poetae nonnunquam metri ac homoeoteleuti causa producunt; quod scriptura significat littera productionis adiecta. Sic pro صَيَارِفُ أَنْظُرُ مُنْتَزِحٌ in clausulis مُنْتَزَاحٌ صَيَارِيفُ أَنْظُورُ poni possunt. Quam litterae productionis adiectionem Arabes vocant إِشْبَاعٌ *expletionem* sive *saturationem* vocalis; Sacy gramm. tom. 2. par. 904.

327. Translatio vocalis brevis a consonante extrema ad consonantem penultimam, de qua par. 312. expositum est, in carminum pausis frequenter usurpatur; Sacy gramm. tom. 2. par. 901. Quod tum maxime fit, si

vocabulum pausans Elifa hamsata clauditur; igitur pro خَبْءٌ خَبْءٍ in clausulis خَبُو خَبِي ponuntur; Ewald gramm. vol. 1. pag. 373.

328. Consonanti quiescenti, qua vocabulum pausans clauditur, vocalem Kesram, tanquam levissimam, poetae adiiciunt, si metrum ac homoeoteleuti aequabilitas flagitant, ut vocabulum pausans una syllaba augeatur. Sic pro تَلَدْ ‿– atque أُجْمِعْتْ ‿–– in clausulis تَلَدِ atque أُجْمِعَتِ poni possunt, ut sic syllabae ‿–– ac ‿––– ibi exsistant; Sacy gramm. tom. 2. par. 906; Ewald gramm. vol. 2. par. 816.

329. Consonanti motae, qua nomen pausans clauditur, Teschdîdum poetae adiiciunt, si metrum syllabam penultimam productam flagitat. Sic pro ٱلطَّوَلِ –‿‿– ac ٱلْأَضْخَمِ ––‿– nonnunquam ٱلطَّوَلِّ ac ٱلْأَضْخَمِّ ponuntur, ut syllabae –‿–– ac –––– ibi exsistant; Sacy gramm. tom. 2. par. 896; Freytag prosod. ar. pag. 54; Ewald gramm. vol. 2. par. 816. Quam Teschdîdi adiectionem poetae non modo in clausulis, verum in aliis quoque versiculorum locis licitam habent.

330. Vocalis, qua syllaba pausans clauditur, homoeoteleuti causa nonnunquam immutari dicitur. Quemadmodum pro بَلْبَالِ ac قَطَامِ homoeoteleuti causa بَلْبَالِي ac قَطَامَا in iis versiculis posita esse dici possunt, qui Izzeddîn pag. 42. ac Freytag prosod. ar. pag. 471. leguntur; Ewald gramm. vol. 2. par. 816.

Caput septimum.

De accentu syllabarum.

331. Primo hoc tenendum est, syllabas longas cum vera vocis productione, breves vero rapidius pronuntiandas esse. Syllabae longae autem eae sunt, quae aut vocali producta, aut consonante, clauduntur; breves sunt, quae vocali brevi clauduntur. Igitur vocabula أَنْشَدَنِيهَا شُعَرَاؤُهُمْ proferenda sunt: *an-scha-da-nî-hâ schu-a-râ-u-hum.* Vide par. 124.

332. Accentum acutum syllaba vocabuli *extrema* perraro accipit, quia sermo arabicus singula vocabula, ut ipsa magis sonora fiant, plerumque non consonante claudit, sed vocali brevi ad extremam consonantem adiecta,

aut simplici, aut nunata; quam vocalem brevem cum sono acuto proferre non licet.

Sed imperativi, atque ii maxime, quibus Elifa weslata praefixa est, ut أُكْتُبْ *uktúb* scribe! اِقْتَرِحْ *iktarích* postula! اِرْمِ *irmí* proiice! nonnunquam accentum in finem vocabuli reiicere, sive extremam syllabam cum accentu acutiore proferre videntur. Quod idem faciunt vocabula composita bisyllaba, quorum syllaba extrema producta est; ut لَقَدْ *la-kád* certe iam, لَئِنْ *la-ín* certe si, فَإِنْ *fa-ín* itaque si, فَقَدْ *fa-kád* itaque iam, وَقَدْ *wa-kád* atque iam, لَهُ *la-hú* ei, لَهَا *la-há* ei *fem.* Atque in universum syllabae extremae, quae productae sunt, si paenultima brevis est, accentum accipiunt; ut كَتَبَا *katabá*, كَتَبُوا *katabú*, تَكْتُبَا *taktubá*, تَكْتُبِي *taktubí*, أُكْتُبِي *uktubí*.

Porro extrema syllaba acutius proferenda esse videtur, si vocabulum e syllabis brevibus constat, atque vocabulum sequens ab Elifa weslata incipit; ut سَبَبُ ٱلسَّيْرِ *ssababús-sairi* causa profectionis, كَتَبَ ٱلْكِتَابَ *katabál-kitába* scripsit epistolam.

333. Accentum acutum syllaba vocabuli *paenultima* accipit ubicunque ipsa producta est. Igitur haec vocabula sic proferenda sunt: قَتْلٌ *kátlun* occisio, كَتَبْتُ *katábtu* scripsi, كَتَبْتُمْ *katábtum* scripsistis, يَرْمِي *jármí* proiiciet, يَقُولُونَ *jakúlúna* dicent, ٱلصَّالِحَاتُ *essálichátu* piae.

334. Accentum acutum syllaba vocabuli *antepaenultima*, sive brevis, sive producta est, ipsa accipit ubicunque paenultima brevis est. Igitur haec vocabula sic proferenda sunt: كَتَبَ *kátaba* scripsit, ٱلرَّجُلُ *errádschulu* vir, ٱلْكَاتِبُ *elkátibu* scriba, قُبْلَةٌ *kúblatun* osculum.

Si vero vocabuli, quod antepaenultimam brevem habet, extrema syllaba pronomen suffixum continet, tum accentus in hoc pronomen reiici videtur. Nam vocabula قَتَلَهُ سَبَقَنِي أَكَلَهُمْ non *katálahu ssabákani akálahum*, sed *katalahú ssabakaní akalahúm* proferuntur. Atque syllaba extrema, quae productam vocalem habet, potius quam antepaenultima brevis accentum accipit; ut كَتَبُوا *katabú*; par. 332.

Liber quartus.
De vocabulorum ortu.

Caput primum.
De radicibus.

335. Ex elementis quibusdam brevioribus, quae *radices* vocari possunt, vocabula omnia, ac verba praesertim nominaque, quaecunque ad iustas grammaticae leges perfecta atque exculta sunt, quemadmodum in caeteris linguis, sic etiam in arabica prodiisse videntur. Sic et verbum قَرَّبَ *admovit*, et nomen قَرِيبٌ *propinquus*, ex elemento sive radice قرب *krb* profluxisse censeri possunt. Ipsae vero illae radices inter vocabula perfecta, quibus solis sermo utitur, non exstant, sed cogitatione tantum e vocabulis adtentius consideratis eruuntur. Quamobrem certa ac distincta radicum pronuntiatio proponi non potest; nam nonnisi eorum vocabulorum, quibus sermo re vera utitur, quorumque sonum sermonis consuetudo nos docet, pronuntiatio certa est.

Sed grammatici Arabes pro vera radice verbum formae primae, quod a radice derivatum est, sed conformationem simpliciorem, ad ipsam radicem propius accedentem, ostendit, tanquam elementum sive principium vocabulorum introducere, idque radicem أَصْلٌ adpellare solent. Hi igitur verbum قَرَّبَ ac nomen قَرِيبٌ a radice قَرُبَ *karuba* propinquus fuit, derivata esse dicunt; quanquam قَرُبَ re vera non nuda radix est, sed vocabulum perfectum, certis iam vocalibus ita distinctum, ut eo praeteritum verbi formae primae significetur; Ewald gr. hebr. ed. sec. par. 205.

Radices verborum ac nominum.

336. Verae verborum ac nominum radices in classes varias dispertiri possunt; atque aliae quidem radices simpliciores atque antiquiores, aliae vero quodammodo auctae atque exornatae esse videntur. Distingui autem possunt, si nominibus inter Arabes receptis utimur, hae radicum classes:

1. *radices surdae*, quae e duabus consonantibus ac vocali brevi intermedia constant, ut مد *mad* extendere, مر *mar* transire; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, secundam consonantem geminant, vocalem vero pro ratione legum grammaticarum variant. Rectius fortasse hae radices e solis consonantibus duabus *md mr* constare dicuntur.

2. *radices concavae*, quae e duabus consonantibus ac vocali producta intermedia constant, ut قوم *kûm* stare, بين *bîn* separare; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem illam productam pro ratione legum grammaticarum variant.

3. *radices adsimilatae*, quae ex una vocali atque adiectis consonantibus duabus constant, ut ولد *uld* gignere, يسر *isr* lenem esse; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem suam modo variant, modo in semivocales Wâw ac Jâ convertunt.

4. *radices defectivae*, quae e duabus consonantibus atque una vocali adiecta constant, ut قسو *ksû* durum esse, سقى *skî* rigare; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem suam modo variant, modo in semivocales Wâw ac Jâ convertunt.

5. *radices sanae*, quae e consonantibus tribus constant, ut قرب *krb* propinquum esse, سلم *slm* incolumem esse, طرب *trb* moveri; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocales interponendas pro ratione legum grammaticarum variant. In quarum numerum etiam *radices hamsatae* referri solent, quae ex Elifa hamsata ac duabus consonantibus aliis constant, ut أمر *amr* iubere, سأل *sal* quaerere, برأ *bra* procreare; quae quidem radices primitus pro Elifa hamsata vocalem *a* radicalem habuisse videntur, quam deinde adiecto spiritu sive Hamsa quasi firmare voluerunt. Quae radices hamsatae, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem suam, sive Elifam hamsatam, pro ratione legum grammaticarum variant; par. 209.

6. *radices infirmiores*, quae ex una consonante atque una vocali constare videntur, ut با *bâ* venire, جا *gâ* ire, سا *sâ* malum esse; quae si in vocabula perfecta abeunt, vocalem illam pro ratione legum grammaticarum variant, atque secundam vocalem, spiritu firmatam, adsumunt, ut in vocabulis بآء venit, جآء accessit, factum esse videtur. Porro sunt aliae radices infirmiores, quae e duabus vocalibus atque una consonante constitisse videntur, ut ولى *uli* adhaerere, كوى *kui* urere; quae vero facile alteram vocalem in semivocalem ita convertunt, ut ipsae in *wli* ac-

kwt abeant. Nam neque a mera vocali vocabulum incipere, neque duas vocales continuas proferre, Arabibus gratum est.

Radices concavae, adsimilatae, defectivae atque infirmiores ab Arabibus radices *infirmae* أَلْمُعْتَلَّةُ vocantur, quia ipsae, si in vocabula perfecta abeunt, partem radicis, id est vocalem suam, multimodis variant. Radices *sanae* أَلسَّالِمَةُ ideo sic vocatae sunt, quia, si in vocabula perfecta abeunt, omnes radicis partes, id est tres consonantes, integras retinere solent.

Radices auctae.

337. Radices *trilitterae* permultae e radicibus simplicioribus, hoc est surdis, factae esse videntur, littera aliqua debiliori ad radicem surdam adiecta. Modo radici surdae *praefixa est* vocalis, vel consonans liquida, vel muta, vel sibila; modo in mediam radicem surdam *inserta est* vocalis producta, vel consonans liquida; modo radici surdae vocalis producta, vel aliqua consonans *suffixa est*.

Sic e فز *salire*, vocali praefixa, factum est أفز *subsilire*. E حز *secare*, liquida praefixa, factum est نحز *percutere*, atque, muta praefixa, محز *percutere*. E مض *dolere*, inserta liquida, factum est مرض *aegrotare*; e مد *extendere*, inserta liquida, factum est ملد *extendere*; e مس *tangere*, inserta liquida, factum est ملس *demulcere*, atque, spirante suffixa, مسح *palpare*. E بل *fluere*, vocali inserta, factum est بول *effundere*; ac, vocali suffixa, بلو *dissolvi*; atque porro, vocali praefixa, وبل *pluere*; atque, sibila praefixa, سبل *profundere*. E دل *laxare*, vocali inserta, factum est دول *laxare*; ac, vocali suffixa, دلو *demittere*; atque porro, vocali praefixa, ودل *agitare*; atque, sibila praefixa, سدل *laxare*. Ergo radicum بل ac دل formas auctas, iisdem prorsus modis confectas, reperimus has:

بل	بول	بلو	وبل	سبل
دل	دول	دلو	ودل	سدل

Quibus *radicibus auctis* Arabes et radicum trilitterarum numerum adaugere, et radicum simpliciorum significationes quodammodo variare voluisse videntur. Litterae radicales fortissimae, quae primitiva radicum elementa esse solent, sunt *k t p*, variaeque earum mutationes; litterae debiliores vero, quae ad amplificandas radices adiiciuntur, sunt sibilae, liquidae, nasales, spirantes, vocalesque; Fürst. gramm. aram. par. 30—60; 90—101.

338. Radices *quadrilitterae* ac *quinquelitterae* e trilitteris formantur, litteris debilioribus ad radicem trilitteram adiectis.

Nonnullis radicibus trilitteris nova littera praefigitur; sic e radicibus رقص salire, لقم glutire, fiunt verba عَرْقَصَ saltavit, سَلْقَمَ manducavit.

Aliis radicibus trilitteris nova littera suffigitur; sic e radicibus بلع glutire, بلق auferre, عبد servire, fiunt vocabula بَلْعَمَ deglutivit, بَلْقَعَ vacuus fuit, عَبْدَلٌ servus. E radice دلع prominere, fiunt nomina دِلْعَبٌ دِلْعَثٌ دَلْعَسٌ دَلْعَكٌ corpulentus.

In multas radices trilitteras post primam radicalem nova littera inseritur, quae plerumque Nûn, vel Râ, vel Lâm est. Quae quidem radices illo modo auctae, *formae roborantes sive intensiores* esse videntur, quae significationem radicis trilitterae maiore vi exsertam indicant; Fürst. gramm. aram. par. 135. 159. Sic e radicibus جدع truncare, جدل durum esse, جدف amputare, fiunt nomina جُنْدَعٌ locusta, جَنْدَلٌ silex, جُنَادِفٌ brevis. E radicibus عقد ligare, كدس cumulare, كسف scindere, fiunt verba عَرْقَدَ contorsit, كَرْدَسَ congregavit, كَرْسَفَ abscidit. E radicibus جمد congelare, سفع saevire, fiunt nomina جَلْمَدٌ saxum, سَلْفَعٌ impudens. Nonnullae radices trilitterae post primam radicalem inserunt vocalem productam sive diphthongum, vel litteram Ain; sic e radicibus بطر findere, حقل vilem esse, قفز subsilire, fiunt verba بَيْطَرَ diffidit, حَوْقَلَ decrepitus fuit, قَعْفَزَ trepidavit. E quo genere sunt vocabula aramaea שֵׁיזִיב liberavit, סוֹבֵר sustentavit; Fürst. gramm. aram. pag. 129.

Aliae radices trilitterae novam litteram post secundam radicalem inseruisse videntur. Sic e radicibus جلط secare, دهر circumagi, جهر palam esse, عثر caespitare, جلد durum esse, عثل copiosum esse, هلس extenuari, جلح decorticare, facta esse videntur vocabula جَلْمَطَ rasit, دَهْوَرَ trusit, جَهْوَرِيٌّ clarus, عَثْيَمٌ lutum, جَلْعَدٌ fortis, عَثْيَلٌ hyaena, عَثْوَلٌ pilosus, هَلْطُوسٌ exilis, جَلْمَحَ rasit.

Haud raro duabus litteris radix trilittera augetur. E radice بلد firmum esse, formantur بَلْدَحٌ obesus, بَلَنْدَحٌ corpulentus, اِبْلَنْدَجَ amplus fuit, اِبْلَنْدَى crassus fuit. E جدل durum esse, formantur جَنْدَلٌ silex, ac جَنْعَدَلٌ robustus. E جلد durum esse, fingitur جَلَنْدَحٌ grossus. E شذر alacrem esse, formantur شِمْذَارَةٌ ac شَمَيْذَرٌ agilis. Quarum radicum duabus

litteris auctarum nonnullae, quia frequentius usurpatae reperiuntur, a grammaticis in solitarum verbi formarum numerum referuntur; quemadmodum اِبْلَنْدَى forma quinta decima verbi بَلَدَ esse dicitur; par. 368; Sacy gramm. tom. 1. par. 263; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 163. 191. 283; Fürst gramm. aram. par. 106. 135.

339. Praeterea *radices quadrilitterae* ac *quinquelitterae* e radicibus simplicioribus formantur, geminatione quadam radicis simplicioris effecta. Quae quidem radices geminatione auctae quasi *formae amplificantes* esse videntur, quae radicis simplicioris significationem latius diffusam indicant; Fürst gramm. aram. par. 142. 159. Ipsius geminationis varia genera sunt, quae sic fere exponi possunt:

1. radices surdae integrae geminantur. Sic e زم plenum esse, زل labi, دف volitare, كف prohibere, fiunt vocabula زَمْزَمٌ copiosus, زَلْزَلَ tremefecit, دَفْدَفَ volitavit, كَفْكَفَ reppulit. E quo genere sunt vocabula graeca *ὀλολύζειν* clamitare, *βορβορύζειν* crepitare, *κορκορύζειν* murmurare; ac vocabula coptica permulta, ut *mekmek* cogitare, *selsel* ornare, *borber* proiicere, *chemchom* conterere; Scholtz gramm. aegypt. pag. 76; Fürst gramm. aram. par. 159.

Quae radicum surdarum geminatio nonnunquam ita decurtatur, ut e radicibus زل labi, قل mobilem esse, fiant زَلِزَ se commovit, قَلِقَ fluctuavit; par. 341.

2. radices sanae ita geminantur, ut radix iterum posita primam radicalem, tanquam debilius radicis exordium, abiiciat. Sic e radicibus عرم solidum esse, عرك validum esse, عثم firmare, geminatione illa adhibita, fiunt عَرَمْرَمٌ densus, عَرَكْرَكٌ crassus, عَثَمْثَمٌ robustus. E quo genere sunt hebraea חֲמַרְמַר aestuavit, אֲדַמְדָּם rubens; Hupfeld exercit. aethiop. pag. 27. 28; Fürst gramm. aram. par. 142.

3. radices sanae nonnunquam ita geminantur, ut radix primo loco posita pro tertia radicali vocalem productam sive diphthongum introducat, radix iterum posita vero, quemadmodum modo diximus, primam radicalem abiiciat. Sic e radice عرك validum esse, formatur مُعْرَوْرِكٌ crassus, quod pro مُعْرَكْرِكٌ positum est. E radicibus خشب rudem esse, خشن durum esse, geminatione illa adhibita, finguntur اِخْشَوْشَبَ asper fuit, اِخْشَوْشَنَ scaber fuit; quae pro اِخْشَبْشَبَ ac اِخْشَنْشَنَ posita esse videntur. Quod

geminationis genus grammatici duodecimam verbi formam vocare solent; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 169. E quo genere sunt hebraeum עֲזָאזֵל averruncus, quod pro עֲזַלְזֵל ponitur, atque aramaeum חֲטוֹטֵר gibber fuit, quod pro חֲטַרְטַר ponitur; Fürst gramm. aram. par. 142.

4. radices sanae nonnunquam modo brevissimo ita geminantur, ut sola radicalis tertia iterum ponatur. Sic e radicibus جلب trahere, شمل levem esse, formantur vocabula جِلْبَابٌ vestis ampla, شَمْلَلَ agilis fuit. E quo genere sunt vocabula hebraea רַעֲנַן viruit, נַעֲצוּץ vepretum; Fürst gramm. aram. par. 143.

Radicales insociabiles.

340. Litterae quidem omnes, quotquot sermo arabicus usurpat, radicales esse possunt, hoc est, ad fingendas radices adhibentur; par. 83. Sed nonnullae tamen sunt, quae *in radicibus* continuae non ponuntur, ne ex earum concursu sonus asper vel absurdus nascatur; quae litterae *insociabiles* vocari possunt. Atque eae praesertim in radicibus continuae non ponuntur, quae eiusdem classis sunt; par. 73. Itaque non copulantur:

1. ب cum ف م
2. ت cum ث ظ ط ض ص س
3. ج cum ك ق غ
4. خ cum ك ق ظ
5. د cum ذ
6. ذ cum ظ ط ض ص
7. ر cum ل
8. ز cum ظ ض ص
9. س cum ض ص
10. ش cum ض
11. ص cum ظ ط ض
12. ض cum ظ ط
13. ط cum ك ظ
14. ظ cum ق غ
15. غ cum ك ق
16. ق cum ك
17. ل cum ن

Atque sic etiam gutturales duae fortiores raro continuae ponuntur. Litterae ل ac ن nonnisi in radice عَلَنَ manifestavit, coniunctae reperiuntur.

Si vero propter flectenda vel componenda vocabula litterae insociabiles copulandae sunt, tum continuas eas ponere licet; Sacy gramm. tom. 1. par. 61; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 150.

341. Perraro fit, ut in aliqua radice duae priores radicales eaedem sint; quod in solis fere vocabulis دَدٌ ac دَدَنٌ *lusus* factum esse videtur.

Atque item perraro fit, ut prima ac tertia radicalis eaedem sint. Quod, ubicunque cernitur, geminatione radicis decurtata factum esse videtur;

par. 339. art. 1. Etenim e radicibus زل labi, قل mobilem esse, زر pellere, قم quiescere, geminatione plena adhibita, fiunt زَلْزَلَ tremefecit, قَلْقَلَ commovit, زَرْزَرَ propulit, قَرْقَمٌ locus planus; atque porro cum geminatione decurtata: زَلِزَ se commovit, قَلِقَ fluctuavit, زَرِيزٌ agilis, قَرِقٌ locus planus; Fürst gramm. aram. par. 160.

Radicum variatio.

342. Radices arabicae permultae radicalium similium permutatione multimodis variatae esse videntur. Etenim pro una radicali saepe aliam, quae eiusdem classis est, vel similem sonum significat, Arabes substituerunt; qua re facta, radix quasi nova exorta est, quae aut idem, quod altera, significat, aut aliquid, quod ad alterius radicis significationem satis prope accedit.

Sic verba زَلَقَ ac زَلَجَ significant *labitur;* nam littera *k*, si sonus paullum lenitur, in litteram *g* abit. Radices فتر ac وتر significant *intervalla interponere.* Verba فَتَرَ ac فَدَرَ significant *languit.* Adiectiva صَحِلٌ ac صَهِلٌ significant *raucam vocem;* carmin. Hudseilitar. ed. Kosegarten, pag. 31. Verba نَضَحَ ac نَضَخَ significant *sparsit.* Verba فَرَقَ ac فَلَقَ significant *discidit.* Verba مَدَّ ac نَطَّ significant *extendit.* Verba دَرَجَ طَرَقَ دَرَكَ significant *gressus est.* Verba صَاحَ ac صَرَخَ significant *clamavit*, quemadmodum apud Aramaeos צְוַח ac צְרַח *clamavit* reperiuntur. Verba جَلَدَ ac جَمَدَ significant *durum fieri.* Verba مَحَزَ بَحَزَ نَحَزَ لَحَزَ مَهَزَ بَهَزَ وَهَزَ لَهَزَ وَكَزَ لَعَزَ لَقَزَ لَكَزَ significant *percussit;* quae propter cognationem, quae inter ea intercedit, Fîrûsâbâdensis أَخَوَاتٌ *sorores* adpellat; Kâmûs pag. 729; Fürst gramm. aram. par. 43. 44. 49.

Quae quidem radicum immutationes apud Arabes ideo crebriores reperiuntur, quia sermo arabicus, pronuntiatione politiore introducta, litteras simplices nonnullas, ut *d t ch s*, in plures quasi diffidit, id est ت ذ د ث ح خ ص ض ط ظ aliasque, quae nonnisi levioribus pronuntiationis discriminibus distinctae sunt; Fürst gramm. aram. pag. 123.

Nonnunquam radicales eaedem in radice manent, sed nonnullae earum locum commutant. Sic verba جَلَدَ ac جَدَلَ significant *firmus factus est;*

verba جزر ac جرز vero *amputavit;* verba خسف ac سحف *rasit;* verba بثق ac ثبق *effudit;* Fürst loc. cit. par. 54.

Cognatio quae radicibus arabicis cum ceteris semiticis est.

343. Radices arabicae maximam partem eaedem sunt, quae in ceteris linguis semiticis, id est hebraea, aramaea atque aethiopica, exstant.

Permultae quidem radices arabicae sunt, quae cum radice hebraea, vel aramaea, vel aethiopica, ita prorsus congruunt, ut omnino omnes radicales in utraque radice eaedem sint; quemadmodum comparata sunt vocabula:

אָכַל أَكَلَ comedit. ܓܒܠ جَبَلَ finxit. صَبَحَ ጸብሐ mane fuit.
חָכַם حَكَمَ sapuit. ܢܗܡ نَغَمَ rugiit. صَفَعَ ጸፍዐ percussit.

Aliae vero radices arabicae sunt, quae a radice hebraea, vel aramaea, vel aethiopica, pronuntiatione paulum variata, differunt; unde fit, ut non omnes radicales in utraque radice prorsus eaedem sint. Quae res in aliis linguis cognatis creberrima cernitur. E quo genere sunt:

יָלַד وَلَدَ genuit. ܓܚܟ ضَحِكَ risit. حَدَثٌ ሐዲስ novus.
זָהָב ذَهَبٌ aurum. ܙܒܢ زَمَانٌ tempus. ظَمِىَ ጸምአ sitivit.
חַלָּמִישׁ خَلَنْبُوسٌ silex.

Atque multae sunt radices arabicae, quae, quod ad radicales adtinet, cum radice hebraea, vel aramaea, vel aethiopica, prorsus congruunt, sed significationem paulo diversam habent; quod item in aliis linguis cognatis creberrimum cernitur. E quo genere sunt:

أَمَرَ iussit. هَلَكَ periit. سَبَقَ praevertit. حَجَرَ impedivit.
אָמַר dixit. הָלַךְ abiit. ܫܒܩ reliquit. ܚܓܪ claudicavit.

Sermo ille arabicus, qui antiquo tempore Himiarensibus sive Iemenensibus usitatus fuit, ad sermonem aethiopicum prope accessisse videtur.

Cognatio quae radicibus arabicis cum indicis est.

344. Radices arabicae magnam partem eaedem sunt, quae in linguis indicis, id est sanskrita, persica, graeca, latina, germanica, slavicaque, exstant.

Reperiuntur primo radices arabicae, quae cum radice indica ita prorsus congruunt, ut omnino omnes radicales in utraque radice eaedem sint. E quo genere sunt:

رَدَّ reddit.	زَوْعٌ σεύω.	مَزَجَ μίσγω.
كَرَّ currit.	نَوْعٌ νεύω.	عَجِبَ ἀγαπάω.
مَقَّ macet.	زَوْجٌ ζεῦγος.	فَرَقَ fractus.

Porro sunt radices arabicae, quae a radice indica certis pronuntiationis discriminibus, qualia in aliis quoque linguis cognatis deprehenduntur, differunt. Quaedam enim radicales in radicales cognatas abierunt. Unde modo fit, ut non omnes radicales in utraque radice eaedem sint; modo, ut eadem radix in sermone arabico pariter quidem atque in indico usurpetur, sed habitu satis diverso induta. E quo genere sunt:

غَلَفَ καλύπτω.	خَرَبَ κάρφω.	دَرَجَ τρέχω.
سَحَفَ scabeo	شَسَعَ σχίζω	كَوَى καύω
رَأَى ὁράω	مَلَأَ pleo	عَقَلَ σκόλιος
قَدَّ σχεδάζω	جَلَّ wallen	عَقْرَبٌ σκάραβος.

Vocabulum عَقْرَبٌ induit etiam formas κάραβος, σκορπίος, scarabaeus, Krabbe, Krebs; Fürst gramm. aram. par. 119. Quemadmodum Arabes in vocabulis عَقَلَ et عَقْرَبٌ pro littera sibila vocalem sive spiritum Ain substituerunt, sic fere vocabulum *smaragdus* Galli in *émeraude* converterunt, littera sibila pulsa.

De qua cognatione, quae radicibus semiticis cum indicis est, Gesenius in lexico hebraeo, Lips. 1833. Bohlen in commentar. in Genesin pag. 150. atque Fürstius in grammatica aramaea copiosius dixerunt.

Radices particularum.

345. De radicibus pronominum semiticorum, coniunctionum, ac praepositionum primitivarum, varie sentitur. Multi enim viri docti, qui harum rerum adprime periti sunt, in sermone semitico perinde atque in indico ex radicibus quibusdam simplicissimis, quae rem non plene declarant, sed modo monstrant, id est sonis: *a*, *t*, *l*, *n*, *k*, *m*, eorumque immutationibus, pronomina, coniunctionesque, atque adverbia primitiva, prodiisse

censent. Itaque ex radice *a* cum spiritu pronuntiata prodiisse أ הֲ *num*, هُوَ הוּא *is*; ex *t* vero ذَا זֶה *hic*; ex *l* prodiisse أُولَاءِ אֵלֶּה *hi*, *illi*; ex *k* vero כִּי *quod*; atque ex *m* مَا מָה *quid*; Gesenius lexic. hebr.; Ewald gramm. hebr. ed. sec. par. 441; Fürst gramm. aram. par. 190.

Alii vero viri docti e verbis quibusdam semiticis, vel verborum radicibus, pronomina semitica orta esse existimant; e verbo הָיָה *esse* prodiisse pronomen הוּא *is*; e verbo זָהָה *nituit* pronomen זֶה *hic*; e verbo הָלַל *splenduit* pronomen אֵלֶּה *hi*; e verbo אָנָה *obvius fuit* pronomen אֲנִי sive أَنَا *ego*; e verbo כּוּן *stare* vocabulum כִּי *quod*; e verbo מָנָה *partitus est* pronomen מַן *quis*; Redslob de particulae hebraicae כִּי origine et indole; pag. 7. 11. 17. 18.

346. Praeterea verba nonnulla, ac nomina permulta, pro adverbiis ac praepositionibus usurpantur; e quo genere sunt: هَاتِ cedo! عَدَا praeter, عَلَى super, تَحْتَ subter. Quorum vocabulorum radices, ut quisque lectorum statim videbit, inter verborum nominumque radices quaerendae sunt. Hoc vero particularum genus in particularum primitivarum numerum referri non potest.

347. Interiectiones ex radicibus brevissimis, in quas sensus doloris vel laetitiae effunditur, partim ipsae constant, partim formantur; quarum radicum nonnullae, ut *a*, *h*, *w*, cum pronominum demonstrativorum radicibus congruunt. Sic igitur in sermone arabico usurpantur interiectiones simpliciores أ o! هَا en! وَا vae! atque aliae, quae paulo magis auctae sunt: أَهْ ah! هَيَا heus! وَيْحًا vae! وَاهًا eia! Fürst gramm. aram. par. 205.

348. Radices omnes, si varios dignitatis gradus, quos singulae adsequutae sunt, recte perpendimus, in tres classes dispertiri possunt. Quae quidem sunt:

1. radices clamantes, ut أ ه و aliaeque, e quibus interiectiones nascuntur.

2. radices monstrantes, ut أ ت ل aliaeque, e quibus pronomina coniunctionesque prodeunt.

3. radices declarantes, ut مد · مر aliaeque, e quibus verba nominaque prodeunt.

Quam rem Ewaldus exposuit gramm. hebr. edit sec. par. 201.

Caput secundum.

De fictione vocabulorum.

349. E radicibus vocabula perfecta, quibus solis sermo vere utitur, finguntur. Quorum tria potissimum genera sunt: verba, nomina, particulae; quae genera ab Arabibus فِعْلٌ actio, اِسْمٌ nomen, حَرْفٌ particula, vocantur. Pronomina Arabes in nominum numerum referre solent.

Vocabula e radicibus finguntur quum certis vocalibus radici inditis, tum consonantibus vocalibusque ad radicem adiectis. Praeterea vocabula exitum sive *terminationem* accipiunt, quae flectionem vocabuli significat, hoc est connexum, quo singula vocabula cum ceteris continentur. Ex eadem radice plerumque et verba, et nomina, ficta sunt; Fürst gramm. aram. par. 144. 177; Ewald gramm. hebr. edit. sec. par. 203. Nonnullae vero radices reperiuntur, e quibus primo nomina potissimum prodiisse videntur; par. 352.

In vocabulis fingendis syllabarum conformandarum leges, quae libro tertio exposuimus, observantur. Atque qui vocabulorum fingendorum modus in ceteris linguis semiticis receptus est, eodem in universum etiam arabicus sermo utitur.

1. *Fictio verborum.*

350. E radice prodeunt verba variarum formarum, quae significationem radicis in verbum, id est actionem, formatam, diversisque modis variatam, indicant; Ewald gramm. hebr. ed. sec. par. 244. Nam significatio radicis in verbum formata a Semitis cogitatur aut simplex, ut *fregit*; aut intensior, ut *diffregit*; aut extensior sive causativa, ut *frangere fecit*; Fürst gramm. aram. par. 104. Quae verbi definitiones variae porro cogitari possunt aut *activae*, aut *passivae*, aut *reflexivae*.

Inde fit, ut apud Arabes eadem radix verba varia procreet. Quemadmodum radix فرق *frk* haec verba praeter alia parit:

1. verbum simplex activum فَرَقَ *separavit.*
2. verbum simplex passivum فُرِقَ *separatus est.*
3. verbum intensius activum فَرَّقَ *dispersit.*
4. verbum intensius passivum فُرِّقَ *dispersus est.*

5. verbum extensius activum أَفْرَقَ *effecit ut dimitteret.*

6. verbum extensius passivum أُفْرِقَ *coactus est ut dimissionem efficeret.*

7. verbum intensius reflexivum activum تَفَرَّقَ *se dispersit.*

8. verbum intensius reflexivum passivum تُفُرِّقَ *coactus est ut se dispergeret.*

Quae verba varia, ex eadem radice فرق formata, a grammaticis *solitae formae* verbi فَرَقَ esse dicuntur; de quibus infra copiosius exponetur par. 368.

2. *Fictio nominum.*

351. E radice porro prodeunt nomina variarum formarum, quae significationem radicis in nomen, id est rem personamve, formatam, diversisque modis variatam, indicant. Significatio radicis enim in nomen formata cogitatur aut simplex, ut *frangens*; aut intensior, ut *diffringens*; aut extensior sive causativa, ut: *impellens alium ad frangendum.* Quae nominis definitiones variae porro aut *activae*, aut *passivae*, aut *reflexivae* cogitari, atque etiam ad locos instrumentaque actionum, rerum, personarumque deflecti possunt. Unde fit, ut nominum formae exsistant simplicium, intensiorum, extensiorum, agentium, patientium, aliorumque permultorum; Fürst gramm. aram. par. 144. 145. 146. 179. 180. Sic igitur e radice فرق *frk* prodeunt:

1. nomen actionis simplex فَرْقٌ *separatio.*
2. nomen actionis intensius تَفْرِيقٌ *dispersio.*
3. nomen agentis simplex فَارِقٌ *separans.*
4. nomen agentis intensius مُفَرِّقٌ *dispergens.*
5. nomen actionis reflexivum تَفَرُّقٌ *discessus.*
6. nomen agentis reflexivum مُتَفَرِّقٌ *discedens.*
7. nomen effectus فِرْقٌ *pars.*
8. nomen unitatis فِرْقَةٌ *pars una.*
9. nomen deminutivum فُرَيْقٌ *particula.*
10. nomen adtributi simplex فَرِقٌ *pavidus.*
11. nomen adtributi intensius فَرُوقٌ *perpavidus.*
12. nomen comparativum أَفْرَقُ *pavidior.*

13. nomen actoris intensius فَرَّاقٌ *dissipator.*

14. nomen loci مَفْرِقٌ *locus separationis.*

Nomina actionis sive infinitivi, atque nomina agentis sive participia, prae ceteris *nomina verbalia* vocantur, quia et significatione, et forma, ad verba propius accedunt. Quo quidem etiam hoc fit, ut haec nomina, quantum ad conformationem adtinet, solitas verbi formas sequantur; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 272; Fürst gramm. aram. par. 144.

352. Ex nonnullis radicibus primo fortasse nomina prodierunt, quae deinde etiam in verba formae primae sive simplicissimae conversa sunt, ad eandem radicem pertinentia. Sic e radicibus أسد كلب ذأب رأس عضد رجل primo fortasse prodierunt nomina أَسَدٌ leo, كَلْبٌ canis, ذِئْبٌ lupus, رَأْسٌ caput, عَضُدٌ brachium, رِجْلٌ pes; quae nomina deinde conversa sunt in verba: أَسِدَ leoninus fuit, كَلِبَ caninus fuit, ذَئِبَ lupinus fuit, رَأَسَ caput fuit rei, عَضَدَ brachium alicuius laesit, رَجَلَ pedem alicuius laesit; Sacy gramm. tom. 1. par. 600.

3. *Fictio particularum.*

353. Ex certis radicibus etiam particulae primitivae, quum pronomina atque adverbia, tum praepositiones, coniunctiones, atque interiectiones, ita formatae esse videntur, ut plures ad nominum formam quodammodo accedant. Cuius particularum conformationis leges vero non item aequabiliter, ut verborum nominumque fingendorum leges, observatae esse videntur, ideoque minus in aperto sunt; par. 345; Ewald gramm. hebr. edit. sec. par. 203.

Eae particulae vero, quae primitivae non sunt, sed e verbis nominibusque sumuntur, ut تَحْتَ subter, عَلَى super, ad modum verborum nominumque fictae sunt; par. 346. Quarum pleraeque sunt nomina in accusativo posita.

4. *Consonantium quae ad radicem adiiciuntur significatio.*

354. Radicibus, quum in vocabula perfecta abeunt, saepe consonantes quaedam adiiciuntur, quae certas significationum definitiones ac variationes indicant; par. 349. Quae consonantes singulae unde sumtae sint ut explorarent, viri docti operam dederunt, in re sane ardua ac lubrica versati.

Si radix augetur consonante liquida post primam radicalem inserta, vel radice geminata, haec consonantium adiectio ideo fieri videtur, ut ea indicetur *significatio aucta*, id est aut intensius exserta, aut latius diffusa; par. 338. 339; Fürst gramm. aram. par. 135.

Littera *Hamsa*, sive spiritus lenis, cum vocali *a* coniuncta, quae verbis formae quartae praefigitur, significationis definitionem causativam indicat, ut in أَفْرَحَ *effecit ut gauderet alius.* Quod additamentum nonnulli ipsam illam *a* activam esse censent, quae, si in prima verborum forma secundae radicali inditur, activam significationem indicat; par. 372; Ewald gramm. hebr. edit. sec. par. 238. Paulo aliter huius additamenti originem explicat Fürstius gramm. aram. par. 146.

Littera *Nún*, quae verbis formae septimae praefigitur, significationis definitionem reflexivam sive passivam indicat, ut in أَنْهَزَمَ fugatus est. Quod additamentum e pronomine personae primae أَنَا *ego* sumtum esse, suspicatur Ewaldus loc. cit. par. 240.

Littera *Tâ*, quae verbis formae quintae ac sextae praefigitur, significationis definitionem reflexivam indicat; ut in تَقَلَّدَ *se accinxit*, تَجَادَلُوا *se petierunt invicem.* Quam litteram fortasse pronomen indicum *su* vel *se*, quod *ipsum* significat, esse dixit Ewaldus loc. cit. par. 242. Atque Fürstius illam Tâam vocabulis אִית יֵשׁ *αὐτός*, quae praesentiam ac personam significant, cognatam esse existimat; gramm. aram. par. 105. 107.

Littera *Mím*, quae participiis, ac nominibus loci atque instrumenti, ut مُقَلَّدٌ *accinctus*, مَنْزِلٌ *mansio*, مِفْتَاحٌ *clavis*, praefigitur, e pronomine مَا *quod* sumta esse coniicitur; Ewald loc. cit. par. 338; Fürst gramm. aram. par. 110.

Terminationem *ân*, quae nonnullis adiectivis, ut غَضْبَانُ *iracundus*, praefigitur, antiquae pronominum radici indicae *an* cognatam esse suspicatur Ewaldus, loc. cit. par. 341.

Terminationem nominum femininam *â* sive *âh*, quia ipsa molliorem vocabuli exitum introducit, idcirco genus mollius sive femininum indicare coniicit Ewaldus loc. cit. par. 209.

355. Consonans, quae radici praefigitur, plerumque cum prima radicali in unam syllabam coalescit, nisi primam radicalem vocalis producta, vel consonans geminata, sequitur; igitur ponuntur: يَقْدَمُ accedet, مُقْلَدٌ

submergens, أَجْمَلُ elegantior, مَنْزِلٌ mansio, تَقْبِيلٌ osculatio. Si vero primam radicalem vocalis producta, vel consonans geminata, sequitur, tum consonans, quae radici praefigitur, cum vocali sua syllabam separatam efficit; ponuntur igitur يُقَاتِلُ pugnabit, مَقَادِيرُ fata, يُقَبِّلُ osculabitur, تَقَبَّلَ recepit.

Atque sic etiam forma verborum septima radici praefigit litteram Nûn, quae cum prima radicali non coniungitur, sed cum levi vocali praemissa separatam syllabam efficit; ut قَبَضَ prehendit, أنْقَبَضَ prehensus est; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 160. 161.

5. *Vocalium quae ad radicem adiiciuntur distributio.*

356. Radicibus, quum in vocabula perfecta abeunt, vocales variae induntur, quae et ipsae sic ponuntur, ut iis variae significationis definitiones indicentur. Qua quidem vocabula fingendi ac distinguendi potestate sermo arabicus, quum vocalium crebritate insignis sit, prae ceteris linguis semiticis feliciter utitur; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 152. In qua re gravissima vocales singulae ex generalibus quibusdam regulis adiici videntur.

357. Vocalis *a* in sermone arabico omnium usitatissima, atque igitur quasi dominans est; unde fit, ut syllabae multae, quae apud ceteros Semitas vocalem *ô* receperunt, apud Arabes vocali *â* instructae compareant. Sic enim vocabula hebraea בָּנוֹת filiae, אֱנוֹשׁ homo, כּוֹתֵב scribens, מָקוֹם locus, קוֹמָה statura, apud Arabes scribuntur بَنَاتٌ أُنَاسٌ كَاتِبٌ مَقَامٌ قَامَةٌ. Atque etiam pro עֲלֵי *supra*, Arabes proferunt عَلَى *ala*; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 73.

Proinde vocalis *a* apud Arabes in formis proximis simplicioribusque ponitur; ut e. g. in praeterito activo: رَفَعَ exaltavit, كَتَبَ scripsit; Ewald loc. cit. par. 153.

358. Vocalis *i* subtilior est, ac levior, rariorque; vocalis *u*, quae sono obscuriore distincta est, omnium rarissima ponitur. Unde fit, ut in eadem libri arabici particula, quae quatuor millia Fatcharum continet, duo circiter millia Kesrarum, atque mille Dammarum compareant.

Proinde vocales *i* atque *u* ad significationum simpliciorum inflectiones sive variationes indicandas adhibentur. Igitur praeterita intransitiva ac passiva has vocales accipiunt; ut e. g. in vocabulis: عَلِمَ scivit, رُفِعَ

eminuit, رَفِعَ exaltatus est. Atque sic in verborum flexione praeteritum quidem, tanquam tempus simplicius, vocalem *a* secundae radicali tribuit, ut in كَتَبَ *scripsit.* Sed futurum ac participium secundae radicali vocales *u* atque *i* tribuunt, ut in يَكْتُبُ *scribet*, كَاتِبٌ *scribens*; Fürst gr. aram. par. 107.

Praeterea, si pronuntiationis expeditioris causa levis aliqua vocalis vocabulo aut praefigenda, aut suffigenda est, tum plerumque vocalis *i* adiicitur; ut in vocabulis اِبْنٌ *ibnun* filius, اِسْمٌ *ismun* nomen, اِنْكَسَرَ *inkassara* ruptus est, اِجْتَمَعَ *idschtama-a* congregavit se, قَالَتِ ٱلْجَارِيَةُ dixit puella; quae pro قَالَتْ ٱلْجَارِيَةُ posita sunt. Certis de causis vero etiam aliae vocales praefiguntur vel suffiguntur; par. 173.

359. Si *vocalis producta* in radicem inseritur, ceterae vocabuli vocales ad vocalem illam productam quodammodo accommodantur, atque plerumque quidem ipsae breviores esse debent, lege quadam aequilibrii observata.

Vocalis *â* producta, quae inseritur, plerumque comitem adsumit vocalem *i*, tanquam levissimam. Sic a verbo قَتَلَ derivantur: قَاتِلٌ occidens, يُقَاتِلُ impugnabit, قِتَالٌ pugna. A singularibus أَكْبَرُ princeps, أُصْبُعٌ digitus, مَفْرِقٌ discrimen, عَجُوزٌ vetula, derivantur pluralia أَكَابِرُ principes, أَصَابِعُ digiti, مَفَارِقُ discrimina, عَجَائِزُ vetulae. Atque vocalis *â* producta etiam extra radicem introducit Kesram; sic enim ab اِسْتَقْبَلَ *excepit* derivatur اِسْتِقْبَالٌ *receptio.* Quodsi iam prius vocalis producta in vocabulo inerat, haec post novam *â* insertam item in *i* transit, quae vero producta manet. Sic a singularibus مِفْتَاحٌ clavis, أُحْبُوشٌ turba, pluralia مَفَاتِيحُ أَحَابِيشُ derivantur; atque e قَاتَلَ impugnavit, prodit rarior infinitivi forma قِيتَالٌ impugnatio; Ewald gramm. arab. vol. prim. par. 156—159.

Rarius vocalis *â* producta comites adsumit vocales *a* et *u*, ut in vocabulis جَمَالٌ elegantia, غُلَامٌ puer. Quod nonnunquam eum in finem fieri videtur, ut forma grammatica quaedam peculiaris integra conservetur. Sic enim praeteritum activum formae tertiae est قَاتَلَ *impugnavit*, quoniam

praeterita activa radicali secundae Fatcham tribuere solent. Futurum passivum formae tertiae est يُقَاتَلُ *impugnabitur*, quia futura passiva radicali secundae Fatcham tribuere solent; par. 412.

Vocalis *î* producta, quae in radicem inseritur, vocalem *a* comitem adsumit, rariusque Kesram; sed nunquam fere Dammam. Ponuntur igitur فَخِيرٌ et فِخِيرٌ *gloriabundus*, شَهِيدٌ et شِهِيدٌ testis; Lumsden gramm. ar. pag. 348. Sed فُخِيرٌ et شُهِيدٌ non inveniuntur.

Vocalis *û* producta, quae in radicem inseritur, vocalem *u* comitem adsumit, rariusque Fatcham; sed nunquam fere Kesram. Ponuntur igitur دُهُورٌ tempora, قُبُولٌ acceptio, صَبُورٌ patiens. Sed صِبُورٌ non invenitur.

Quae ex euphoniae lege sic comparata esse videntur. Vide par. 312.

360. Haud raro fit, ut aliqua vocalis, tanquam potiori vi praedita, sibi similem reddat vocalem vicinam, aut antecedentem, aut sequentem. Sic vocabula مِنْ ذُو *ex quo, ab*, in مِنْذُ contrahuntur; quod vocabulum propter extremam Dammam etiam primam vocalem in Dammam convertit, igiturque مُنْذُ scribitur. Atque eadem ratione pro نَهُ *prudens*, quod a radice نَهُوَ derivatum est, etiam نِهُ ponitur; quamobrem primam vocalem Firûsâbâdensis عَلَى ٱلْإِتْبَاعِ i. e. *propter accommodationem* in Kesram conversam esse dicit, Kâmûs pag. 1958. Sic pro عُتِيٌّ superbia, عُصِيٌّ baculi, خُنْصَرٌ digitus minimus, etiam عِتِيٌّ عِصِيٌّ خِنْصِرٌ ponuntur. Pro فَخِذٌ femur, عَضُدٌ brachium, etiam فِخِذٌ عُضُدٌ scribuntur; par. 206. art. c. Pro forma فَعِيلٌ, si secunda radicalis gutturalis sit, formam فِعِيلٌ substitui, igiturque pro شَهِيدٌ testis, رَغِيفٌ libum, سَخِيٌّ liberalis, etiam شِهِيدٌ رِغِيفٌ سِخِيٌّ poni posse, tradit Lumsden gr. ar. pag. 348. Sic cum vocalis accommodatione ponuntur فِخِّيرٌ gloriabundus, قُدُّوسٌ sanctus, صُنْدُوقٌ cista. Pronomina هُ *eius*, هُمْ *eorum*, si Kesra antecedit, ipsa plerumque Kesram accipiunt; itaque ponuntur بَلَدُهُ regio eius, بَلَدُهُمْ regio eorum, بَلَدِهِ regionis eius, بَلَدِهِمْ regiones eorum. Quae vocalium accommodandarum lex in sermone turcico atque hungarico summa cura observatur.

361. Vocales, quas *ad vocabulorum finem* Arabes adiiciunt, ut in أَلْبَيْتُ domus, أَلْعَيْنُ oculus, أَلْعَيْنِ oculi, يَكْتُبُ scribet, يَكْتُبَ scribat, terminationes vocabulorum distinguunt; quibus terminationibus flexiones sive connexus vocabulorum, quibus singula vocabula cum ceteris continentur, hoc est nominum casus, verborumque tempora ac personae, significantur.

Quae vocales ad finem vocabulorum adiectae, quae plerumque breves sunt, in sermone arabico, admodum feraci vocalium, longe crebriores quam in ceteris linguis semiticis comparent. Sermo hebraeus enim vocabula illa, quae modo adposuimus, extrema consonante claudit, nulla vocali adiecta: הַבַּיִת domus, הָעַיִן oculus, הָעַיִן oculi, יִכְתֹּב scribet, יִכְתֹּב scribat. Atque maxime quidem quae ad nominum finem vocales adiiciuntur, sermonis arabici quasi propriae sunt. In sermone aethiopico vestigia earum nonnulla deprehendi videntur; quemadmodum enim ab Arabibus أَحَدٌ *unus* atque أَحَدًا *unum* acc. ponuntur, sic ab Aethiopibus quoque usurpantur vocabula አሐዱ *achadu* unus, atque አሐደ *achada* unum; ac porro numeralia alia, ut ሠለስቱ *salastu* tres, ተስዑ *tas-u* novem; atque nomina, quae in *o* vel *ê* desinunt, ut ጸልቦ *salbo* crux, ወድሴ *wedâsê* laudatio. Aramaei ad finem eorum vocabulorum, quae in statu emphatico posita sunt, vocalem adiiciunt.

Particulae arabicae primitivae, ut قَدْ iam, لَمْ haud, بَلْ quin, vocalem ad finem non adiiciunt, quia ipsae in casus varios non declinantur.

362. Vocales ad finem nominum adiectae, si nomina indefinita sunt, Nunationem adsciscunt, quae vocalem ad finem positam quasi confirmat, ut in بَيْتٌ aliqua domus, عَيْنٍ alicuius oculi; par. 115. 116. Cuius rei vestigia fortasse comparent in vocabulis aramaeis פּוּן hoc loco, בְּדוּן tantummodo, קְרוּן vocate! quae pro קְרוּ בְּדוּ פֹה posita esse videntur; Fürst gramm. aram. par. 76. 77.

6. *Vocabula secundaria.*

363. Vocabula secundaria ea nuncupari possunt, quae non ab ipsis radicibus, sed a vocabulis iam perfectis derivata sunt, litteris nonnullis aut adiectis, aut mutatis. E quibus vocabulis secundariis haec esse fortasse censenda sunt:

1. adiectiva relativa sive gentilitia, quae ad nomen adiiciunt exitum ....ِيٌّ *ijjun*; quemadmodum a vocabulis شَمْسٌ sol, كُتُبٌ libri, مُلُوكٌ

reges, سَاعَاتٌ horae, derivantur شَمْسِيٌّ solaris, كُتُبِيٌّ librarius, مُلُوكِيٌّ regius, سَاعَاتِيٌّ horologus. Sic etiam a verbo كُنْتُ *fui*, atque a particula كَيْفَ *quomodo*, derivantur كُنْتِيٌّ decrepitus, كَيْفِيَّةٌ qualitas; Saçy gramm. ar. tom. 1. par. 791. 796.

2. pluralia fracta nonnulla, quae in singularem inserunt vocalem *â* productam; quemadmodum a singularibus مَفْعَلٌ مِفْعَلٌ أَفْعَلُ derivantur pluralia مَفَاعِلُ أَفَاعِلُ. Sic enim ex singularibus أَسْوَدُ vipera, أَكْبَرُ princeps, مَنْزِلٌ mansio, مَفْرِقٌ discrimen, formantur pluralia أَكَابِرُ أَسَاوِدُ مَفَارِقُ مَنَازِلُ.

3. verba nonnulla formae secundae, quartae ac quintae, quae a quibusdam nominibus derivantur. Sic enim a nomine أُسْقُفٌ episcopus, derivatum est verbum formae secundae سَقَّفَ episcopum creavit aliquem. Atque a nominibus اَلشَّامُ Syria, اَلْعِرَاقُ Irâka, derivata sunt verba formae quartae أَشْأَمَ in Syriam profectus est, أَعْرَقَ in Irâkam profectus est; par. 375. E nominibus مُسْلِمٌ moslemus, مَوْلًى dominus, نَصَارَى christiani, formantur verba formae quintae تَمَسْلَمَ moslemum se gessit, تَمَوْلَى dominum se gessit, تَنَصَّرَ christianum se gessit.

4. verba quadrilittera ac trilittera formae primae nonnulla, quae nomina esse videntur in verbum transformata. Sic nomina مَرْحَبٌ salus, أَسَدٌ leo, كَلْبٌ canis, abierunt in verba مَرْحَبَ salutavit, أَسِدَ leoninus fuit, كَلِبَ caninus fuit; par. 352. A nomine يَهُودُ Iudaei, derivatum est verbum هَادَ Iudaeus fuit; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 259.

Saepenumero vero secundariumne, an ab ipsa radice derivatum sit vocabulum, intelligere, res difficilis est.

7. *Vocabula composita.*

364. Vocabulis compositis, id est quae ex duobus vocabulis conflata sunt, sermo arabicus utitur perpaucis. E quo genere sunt:

بَلْحَارِثُ pro بَنُوا ٱلْحَارِثِ *Hârethitae*; Kâmûs pag. 202.

بَلْعَنْبَرُ sive بَلْعَنْبَرِ pro بَنُوا ٱلْعَنْبَرِ *Anbaritae*; Hamâs. pag. 3.

عَبْقَسِيٌّ *ortus tribu* عَبْدُ ٱلْقَيْسِ Sacy anthol. pag. 101.

عَبْشَمْسِيٌّ *ortus tribu* عَبْدُ شَمْسٍ Abulf. tom. 2. pag. 16.

مَاجَرَيَاتٌ *eventus* plural; a vocabulis مَا جَرَى quod accidit.

حَمْدَلَ *dixit* اَلْحَمْدُ لِلّٰهِ *laus Deo!*

بَسْمَلَ *dixit* بِسْمِ ٱللّٰهِ *nomine Dei!*

حَبَقٌّ et عَبَقٌّ *grando* conflata esse dicuntur e حَبُّ قُرٍّ *granum frigoris;* Kâmûs pag. 492.

Sed nomina verbaque cum praepositionibus coniuncta, quibus linguae indicae abundant, linguae semiticae non usurpant ulla; Fürst gramm. aram. par. 116.

8. *Vocabula peregrina in linguam arabicam recepta.*

365. Vocabula nonnulla peregrina, quum graeca, tum persica ac turcica, Arabes in sermonem suum receperunt; quae vocantur مُعَرَّبَةٌ *arabica facta;* par. 13. Quorum pleraque ab Arabibus paulum mutata sunt, ut ad naturam vocabulorum arabicorum, syllabarumque arabicarum leges, magis accommodarentur; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 33; anthol. gramm. pag. 379. 406.

Quae graeca a duabus consonantibus incipiunt, ut *στόλος* classis, *σταβλίον* stabulum, iis Arabes vocalem praefigunt. Igitur vocabula illa arabice أُسْطُولٌ ac إِصْطَبْلٌ scribuntur; par. 194. Vocabula graeca *δραχμή δηνάριον ἐπίσκοπος* ab Arabibus in دِرْهَمٌ دِينَارٌ أُسْقُفٌّ mutata sunt.

Quae persica in consonantem ه desinunt, eorum extremam consonantem Arabes in ج vel ق mutare solent. Sic vocabula persica بَرَهْ agnus, بَرْدَهْ captivi, بَرْنَامَهْ codex, ab Arabibus بَرَقٌ بَرَدَجٌ بَرْنَامَجٌ scribuntur; Kâmûs pag. 220. 1248. Consonans ه ad finem posita enim a Persis fortius prolata esse videtur. Littera گ mollior, quam Persae ut *gh* proferunt, ab Arabibus saepe in ج mutatur; quemadmodum pro گِرْدَهْ libum rotundum, arabice جَرْدَقٌ scribitur. Pro بَرَنْدْ fulgor gladii, arabice فِرِنْدٌ ponitur. Persicum آبْ رِيزْ *aquam fundens*, sive *situla*, ab Arabibus in إِبْرِيقٌ mutatum esse, tradit Kâmûs pag. 1247.

9. *Flexio vocabulorum.*

366. Flexionem vocabulorum eas vocabulorum perfectorum immutationes vocamus, quae ad varios vocabulorum connexus significandos fiunt, hoc est indicandos nominum casus et numeros, verborumque numeros, personas ac modos; par. 349. 361. Immutationes autem illae efficiuntur novis consonantibus vocalibusque aut praefixis, aut suffixis, aut insertis; aut vocalibus, quae adfuerant, commutatis. Sic e. g. praeteritum secundae radicali indit vocalem *a;* futurum vero vocalem *u;* participium vocalem *i;* unde vocabula قَتَلَ يَقْتُلُ قَاتِلٌ existunt; Fürst gramm. aram. par. 87. 107.

Nonnunquam vocabula, quae cum aliis intime iuncta sunt, iustam terminationem sive flexionem mutant, ut iunctio facilior fiat. Quemadmodum pro بَوَّابُونَ ٱلْمَلِكِ ianitores regis, ac رَأَيْتُمْهُمْ vidistis eos, iam بَوَّابُوا ٱلْمَلِكِ ac رَأَيْتُمُوهُمْ ponuntur.

367. Vocabula, quae unam solummodo consonantem continent, separata raro scribunt Arabes. Eam ob causam praepositiones بِ cum, لِ *ad*, كَ sicut, تَ per *iurand.* atque coniunctiones أَ num? وَ et, فَ itaque, لَ certe, cum sequenti vocabulo coniuncta ponuntur, ut in بِصَاحِبِهِ cum socio suo, فَكَتَبْتُ itaque scripsi.

A verbis أَتَى رَأَى وَقَى derivandi sunt imperativi تِ veni! رَ vide! قِ cave! quae vocabula cum sequenti vocabulo coniuncta non scribuntur. Sed pro his plerumque تِهْ رَهْ قِهْ ponuntur, cum adiecta littera *Hê pausae;* par. 128; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 577.

In formula iurandi مُ ٱللّٰهِ *iuramenta Dei!* mutilum hoc vocabulum مُ separatum poni videtur; par. 168. art. 5; Kâmûs pag. 1817. Sic etiam عَلَى مَ *sub qua conditione?* scribitur; quod pro عَلَى مَا positum est.

Atque haec de conformatione vocabulorum in universum dicta sunt. Iam itaque singula vocabulorum genera adcuratius persequamur.

Liber quintus.

De conformatione ac flexione verborum.

Caput primum.

Formae verbales radicum solitae.

368. Quaevis radix, quae in verbum abit, *verba varia*, eaque quidem cognata, sed certis tamen formis distincta, parere solet, quum simplicia, tum intensiva atque extensiva, reflexivaque, quemadmodum supra demonstratum est par. 350. Atque solitae hae cuiusvis radicis trilitterae formae verbales, quarum pleraeque, vocalibus certo modo mutatis, in formas passivas deflectuntur, in praeterito, et quidem tertia singularis masculini persona, positae sic enumerantur, radice فعل *facere* pro exemplo posita:

	activ.	passiv.		activ.	passiv.
1.	فَعَلَ	فُعِلَ	9.	اِفْعَلَّ	
2.	فَعَّلَ	فُعِّلَ	10.	اِسْتَفْعَلَ	أُسْتُفْعِلَ
3.	فَاعَلَ	فُوعِلَ	11.	اِفْعَالَّ	
4.	أَفْعَلَ	أُفْعِلَ	12.	اِفْعَوْعَلَ	أُفْعُوعِلَ
5.	تَفَعَّلَ	تُفُعِّلَ	13.	اِفْعَوَّلَ	أُفْعُوِّلَ
6.	تَفَاعَلَ	تُفُوعِلَ	14.	اِفْعَنْلَلَ	أُفْعُنْلِلَ
7.	اِنْفَعَلَ	أُنْفُعِلَ	15.	اِفْعَنْلَى	أُفْعُنْلِيَ
8.	اِفْتَعَلَ	أُفْتُعِلَ			

Quae eiusdem radicis formae verbales variae ab Arabibus vocantur نَوْعٌ plur. أَنْوَاعٌ *species*, sive مِثَالٌ plur. أَمْثِلَةٌ *formae*. Pro exemplis

omnium formarum grammaticarum, quum verborum, tum nominum, grammatici Arabes ponunt formas radicis فعل *facere.* Quamobrem radicum trilitterarum primam radicalem generali nomine adpellant *Fâam* radicis, secundam *Ainam*, tertiam *Lâmam.* Radix trilittera ab Arabibus ثُلَاثِيّ *ternaria* vocatur.

Forma nona atque undecima in passivum non deflectuntur. Quae formis posterioribus, id est a septima ad quintam decimam positis, praefigitur Elifa, ea tenuis sive weslata est; par. 168. art. 3. Scribenda igitur sunt اِنْفَعَلَ اِفْتَعَلَ ac sic porro. Nos vero hoc loco his Elifis Hamsam ac vocalem adscripsimus, ut tirones vocales sciant, quibus Elifae illae proferuntur.

369. Radices quadrilitterae ab Arabibus partim رُبَاعِيّ *quaternariae*, aliae اَلْمُلْحَقَاتُ بِالرُّبَاعِيّ *adiunctae ad quaternarias*, vocantur. Quas maximam partem nil nisi formas auctas sive intensivas radicum trilitterarum esse, supra exposuimus par. 338; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 263. Itaque varia radicum quadrilitterarum genera, quum ipsa, litteris س ع ر ل ن ب م aliisque ad trilitteram radicem فعل aut adiectis, aut in eam insertis, fingantur, significari possunt huiusmodi formis:

a. عَفْعَلَ e. g. عَرْقَصَ saltavit, e رَقَصَ *saliit* fictum

b. سَفْعَلَ e. g. سَلْقَمَ manducavit, e لَقَمَ *glutivit* fictum

c. فَرْعَلَ e. g. كَرْسَفَ abscidit, e كَسَفَ *scidit* fictum

d. فَوْعَلَ e. g. حَوْقَلَ decrepitus fuit, e حَقَلَ *vilis fuit* fictum

multisque huius generis formis aliis; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 263.

Sed grammatici Arabes radicem quadrilitteram quamlibet, utcunque ficta sit, etiam generali forma فَعْلَلَ significant, quasi omnes radicis quadrilitterae consonantes essent radicales verae. Igitur primam verbi quadrilitteri consonantem vocant *Fâam*, secundam *Ainam*, tertiam *Lâmam primam*, quartam *Lâmam secundam;* Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 260. Atque porro radices illae quadrilitterae, pariter atque trilitterae, formas verbi varias parere dicuntur. Quae quidem quadrilitterarum radicum formae verbales sic enumerantur:

	activ.	passiv.		activ.	passiv.
1.	فَعْلَلَ	فُعْلِلَ	3.	اِفْعَنْلَلَ	أُفْعُنْلِلَ
2.	تَفَعْلَلَ	تُفُعْلِلَ	4.	اِفْعَلَلَّ	أُفْعُلِلَّ

Quae formae, si rem adcurate consideramus, etiam ex simpliciori radice, hoc est e trilittera, certis litteris additis, fictae esse dici possunt; nam ex radice trilittera prodiit ipsa radix quadrilittera. Unde hoc fit, ut, quae tertia quadrilitterarum radicum vocatur forma, nonnunquam etiam quarta decima vel quinta decima radicis alicuius trilitterae esse dici possit; par. 385. 386. 389; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 266.

Quae formis quadrilitterorum tertiae ac quartae praefigitur Elifa, ea tenuis sive weslata est; par. 168. art. 3.

370. Sed non omnes radices trilitterae, neque quadrilitterae, omnes illas formas verbales, quas modo enumeravimus, peperisse videntur. Permultae radices enim nonnullas tantum formas verbales re vera usitatas nobis exhibent. Quod e. g. radicem رَبَضَ *cubuit* adtinet, ex formis eius verbalibus nonnisi primam, secundam, quartamque, sermone usurpatas invenimus. Radix زَلَّ *lapsus est* usitatas ostendit primam, quartam, decimamque. Quamobrem lexica ad quamlibet radicem singulas eius formas verbales, quae usurpatae reperiuntur, adponunt.

371. Si variam formarum verbalium naturam diligentius adtendimus, formae illae in has classes dispertiri posse videntur:

1. *verbum simplex* ea forma significat, quae solas radicales exhibet, hoc est forma prima فَعَلَ.

2. *verbum intensius* eae formae significant, quae aut consonantem post primam radicalem inserunt, aut radicem geminant; par. 338. 339; Fürst gramm. aram. par. 135. 142. E quibus sunt trilitterorum secunda, tertia, nona, undecima, duodecima, tertia decima, quarta decima, quinta decima; porro formae quadrilitterae فَعْعَلَ فَيْعَلَ فَوْعَلَ فَرْعَلَ فَلْعَلَ فَنْعَلَ aliaeque, quae novam consonantem post primam radicalem inseruerunt, ac forma geminans فَلْفَلَ par. 339. art. 1; atque formae quadrilitterorum tertia ac quarta اِفْعَنْلَلَ ac اِفْعَلَلَّ.

Forma trilitterorum secunda فَعَّلَ eadem fortasse quae forma quadrilittera فَنْعَلَ vel فَرْعَلَ est, quarum secunda consonans, hoc est Nûn vel Râ, adsimilatione facta, in sequentem radicalem abiit; par. 201; Fürst gramm. aram. par. 135.

3. *verbum extensius* eae formae significant, quae radici consonantes

ت س ع أ praefigunt, hoc est forma trilitterorum quarta, atque formae quadrilitterae تَفَعْلَلَ سَفْعَلَ عَفْعَلَ par. 338.

4. *verbum reflexivum* eae formae significant, quae radici consonantem ت vel ن praefigunt, aut consonantem ت in radicem inserunt. Igitur forma trilitterorum quinta تَفَعَّلَ est reflexiva formae secundae; sexta تَفَاعَلَ est reflexiva tertiae; septima اِنْفَعَلَ est reflexiva primae; decima اِسْتَفْعَلَ est reflexiva formae quadrilitterae سَفْعَلَ. Porro forma quadrilitterorum secunda تَفَعْلَلَ est reflexiva. Nunc deinceps de uniuscuiusque formae natura ac significationibus singulatim dicemus.

Formae trilitterorum activae.

372. *Forma prima* trilitterorum in praeterito posita est فَعَلَ vel فَعِلَ vel فَعُلَ. Consonantes ea nonnisi radicales exhibet, tribus vocalibus motas. Verbum *transitivum*, quod Arabes مُتَعَدٍّ transgrediens, vel مُجَاوِزٌ transiens, vel وَاقِعٌ cadens, vocant, secundae radicali plerumque Fatcham indit, ut in كَتَبَ scripsit, ضَرَبَ percussit; par. 357. Verbum *intransitivum*, quod Arabes لَازِمٌ i. e. inhaerens, vocant, secundae radicali plerumque Kesram vel Dammam indit; par. 358. Quod maxime ita fit, ut verbum formae فَعُلَ certam quandam corporis vel animi constitutionem, verbum formae فَعِلَ vero statum versabilem significet. Sic igitur proferuntur حَسُنَ pulcher fuit, عَظُمَ magnus fuit, حَزِنَ moerebat, فَرِحَ gaudebat. Unde fit, ut verba nonnulla, quae modo transitiva, modo intransitiva ponuntur, pro diversa hac significatione etiam diversas vocales secundae radicali indant. E quo genere sunt: كَبُرَ grandis fuit, كَبِرَ grandaevus fuit, كَبَرَ grandaevitate superavit aliquem; قَدُمَ anterior fuit, قَدِمَ accessit, قَدَمَ antecessit aliquem; طَرُفَ novus fuit, طَرِفَ novissimus ivit, طَرَفَ avertit aliquem.

Sed verba haec, quae in forma prima Kesram vel Dammam secundae radicali indunt, in ceteris formis omnibus, pariter atque verba transitiva, Fatcham secundae radicali tribuunt. Ponuntur igitur in forma secunda عَظَّمَ honoravit, فَرَّحَ exhilaravit, atque in forma quarta أَعْظَمَ magnum censuit, أَفْرَحَ exhilaravit, ac sic porro.

Ceteroqui verba multa, quae nobis transitiva esse videntur, ab Arabibus intransitiva esse censentur, eamque ob causam in sermone arabico forma intransitiva induuntur; ut عَلِمَ *sciens fuit*, *scivit*. Unde fit, ut etiam id genus verba ad complementa in accusativo posita referri possint; ut عَلِمَ بِهَذَا ٱلشَّىْءِ sciens fuit quod adtinet hanc rem, i. e. scivit hanc rem.

De abnormibus quibusdam formis intransitivis expositum est par. 387. art. 1.

373. *Forma secunda* est فَعَّلَ cum secunda radicali geminata. Significat *primo* actionem intensiorem, ut فَرَّقَ dispersit, كَسَّرَ diffregit, قَطَّعَ dissecuit. Qui sensus *deinde* in definitionem causativam quum intransitivorum, tum transitivorum, deflectitur; ut فَرَّحَ exhilaravit, عَظَّمَ honoravit, كَذَّبَ mendacem habuit aliquem, كَتَّبَ scribere fecit aliquem. Qui sensus *porro* in definitionem procurandi deflectitur, ut a خُبْزٌ *panis* derivatur خَبَّزَ panem coxit; a جَيْشٌ *exercitus* جَيَّشَ exercitum comparavit; a مَرِيضٌ *aegrotus* مَرَّضَ aegrotum curavit; a قُرَادٌ *ricinus* قَرَّدَ ricinos curavit, hoc est, ex cuti eos extraxit. Quemadmodum germanice dicitur köpfen, häuten, pro: caput abscindere, pellem detrahere. Quamobrem grammatici Arabes secundam formam nonnunquam *privationem rei* significare dicunt.

Rarius verba formae secundae in sensum intransitivum deflexa esse videntur, ut نَبَّهَ expergefactus est, وَجَّهَ processit; Hamâs. pag. 32. Sed re vera fortasse haec verba sensu transitivo posita sunt, suppresso aliquo accusativo, qui ad ipsa adiungendus esset; ponuntur igitur illa fortasse pro نَبَّهَ نَفْسَهُ expergefecit se, وَجَّهَ وَجْهَهُ advertit faciem.

Secundae radicalis geminatio, qua forma secunda utitur, fortasse orta est ex litteris Nûn, Lâm, Râ, post primam radicalem insertis, quae, adsimilatione facta, in secundam radicalem transierunt; par. 201. 338. 371. art. 2; Fürst gramm. aram. par. 135.

374. *Forma tertia* فَاعَلَ post primam radicalem inserit vocalem *â* productam, atque item intensiva esse videtur; par. 338; Fürst gramm. aram. par. 135. Significatur vero hac forma actio consulto diligenterque directa in aliquam rem vel personam, quam accusativo adiecto indicant. Quam ob causam hac forma maxime verba occurrendi, impugnandi, aemulandi, significantur; ut رَسَلَ misit, رَاسَلَهُ misit ad eum, نَزَلَ consedit,

نَازَلَهُ obsedit eum, خَشُنَ asper fuit, خَاشَنَهُ asper fuit in eum, فَخَرَ gloriatus est, فَاخَرَهُ de gloria contendit cum eo, سَبَقَ praecessit, سَابَقَهُ studuit praevertere eum, قَسَا duruit, قَاسَاهُ obduruit ad illud, pertulit illud.

Quod verbum in forma prima positum intercedente praepositione cum complemento coniungitur, ut كَتَبَ إِلَيْهِ scripsit ad eum, جَلَسَ إِلَى جَنْبِهِ consedit ad latus eius, بَرَزَ إِلَيْهِ adgressus est ad eum, hoc in forma tertia positum sine praepositione intercedente cum accusativo complementi coniungitur; ut كَاتَبَهُ scripsit ei, جَالَسَهُ adsedit ei, بَارَزَهُ adgressus est eum.

Vocalis *â* producta, quam praeteritum activum post primam radicalem inserit, in praeterito passivo in *û* productam convertitur, quoniam praeterita passiva primae radicali vocalem *u* indere solent; par. 357. 358.

375. *Forma quarta* أَفْعَلَ radici syllabam أَ praefigit, atque actionem extensiorem sive causativam significat. Igitur verba, quum intransitiva, tum transitiva, ubi in forma quarta ponuntur, significationem suam in definitionem causativam flectunt; ut جَلَسَ consedit, أَجْلَسَ fecit considere, فَرِحَ gaudebat, أَفْرَحَ fecit gaudere, عَلِمَ scivit, أَعْلَمَ scire fecit, طَرَدَ pepulit, أَطْرَدَ pellere fecit; Sacy anthol. pag. 107. Quo fit, ut verba, quae ad complementum pertinent, si in forma quarta ponuntur, cum gemino accusativo coniungi possint; ut أَعْلَمَ ٱلْمَلِكَ ٱلْأَمْرَ fecit scire regem rem, regem certiorem fecit de re.

Definitionem causativam vero Arabes traducunt etiam in verba *proferendi*, ut وَرَقٌ frondes, أَوْرَقَ frondes protulit, سِنٌّ dens, أَسَنَّ dentes protulit; deinde in verba *possedendi*, ut لَبَنٌ lac, أَلْبَنَ lac habuit, تَمْرٌ dactyli, أَتْمَرَ dactylos habuit; porro in verba *proficiscendi*, ut أَلشَّامُ Syria, أَشْأَمَ in Syriam profectus est, أَلْعِرَاقُ Irâka, أَعْرَقَ in Irâkam profectus est, جَبَلٌ mons, أَجْبَلَ in montem profectus est, قُبْلٌ pars antica, أَقْبَلَ prorsus ivit, دُبْرٌ pars postica, أَدْبَرَ retro cessit; ac denique in verba *degendi*, ut عُدْمٌ inopia, أَعْدَمَ in inopia vitam degit, ثَرْوَةٌ opulentia, أَثْرَى in opulentia vitam degit, صُبْحٌ mane, أَصْبَحَ matutinus fuit, مَسَاءٌ vesper, أَمْسَى vespertinus fuit; Fürst gramm. aram. pag. 142.

Raro fit, ut, quemadmodum forma secunda, ita etiam quarta in sensum procurandi deflectatur; ut شَكَا questus est, أَشْكَى querulum curavit, placavit.

A radicibus أَمِنَ securus fuit, رَاقَ fluxit, أَتَى venit, derivatae sunt formae quartae insolitae هَيْمَنَ protexit, هَرَاقَ effudit, هَاتَى attulit, quae more hebraeo radici syllabam *ha*, hoc est vocalem *a* cum spiritu fortiori coniunctam, praefixerunt. Qui spiritus in illis verbis flectendis pro consonante radicali habetur, atque ideo ubique servatur; vide cap. quart.

376. *Forma quinta* تَفَعَّلَ radici syllabam تَ sive consonantem ت praefigit, qua consonante definitio reflexiva indicatur par. 354., atque porro secundam radicalem geminat. Qua quidem ratione forma secunda, in sensum reflexivum deflexa, significari videtur. Primo igitur forma quinta actionem intensiorem, reflexivo sensu acceptam, significat; ut تَكَبَّرَ valde se iactavit, تَخَوَّفَ valde sibi timuit, تَأَلَّمَ valde doluit, تَفَرَّقَ prorsus se dispersit. Ab أَلْعَرَبُ *Arabes* derivatur تَعَرَّبَ se Arabem dixit; ab أَلْيَمَنُ *Jemena* تَيَمَّنَ se Jemensenem dixit; ab أَلنَّصَارَى *christiani* تَنَصَّرَ se christianum gessit; par. 363. art. 3.

Sed in verbis huius generis permultis sensus reflexivus a nobis minus advertitur. Quo fit, ut forma quinta saepissime nonnisi definitionem intensiorem, quum intransitivorum, tum transitivorum, significare videatur; ut تَعَلَّمَ doctus factus est, تَعَظَّمَ illustris factus est, تَبَيَّنَ manifestus factus est, أَلْبَحْرُ mare, تَبَحَّرَ ad mare perrexit, تَطَلَّبَ inquisivit, تَتَبَّعَ insequutus est, تَفَتَّشَ exploravit. Quae verba transitiva in forma quinta posita etiam ad accusativos referri possunt, ut تَطَلَّبَهُ inquisivit eum.

Syllabam تَ radici praefigendam poetae nonnunquam supprimunt, si eam antecedit praefixum futuri تَ. Tum igitur pro تَتَقَرَّبُ *adis* ponitur تَقَرَّبُ. Par. 203. a.

Ipsa forma تَفَعَّلَ ex أَتْفَعَّلَ orta esse videtur; par. 388. art. 2.

377. *Forma sexta* تَفَاعَلَ radici syllabam reflexivam تَ praefigit, atque post primam radicalem inserit Elifam productam. Qua quidem ratione significari videtur forma tertia, sensu reflexivo accepta. Significat igitur forma sexta actionem, quam quis consulto diligenterque in se ipsum

dirigit vel exhibet; ut تَجَاسَرَ audaciam sibi iniecit, تَرَاجَعَ ad se rediit, تَنَاوَلَ sibi adsumsit, تَبَارَكَ se felicem habuit, تَفَاتَرَ languore se infecit, تَمَارَضَ aegrum se simulavit, تَمَاوَتَ mortuum se simulavit. Quae significatio nonnunquam, sensu reflexivo paene evanescente, in ipsam intransitivam paulo intensiorem abit; ut تَبَارَكَ felix fuit, تَعَالَى excelsus fuit, تَظَاهَرَ conspicuus fuit.

Porro formae sextae significatio ad actionem reciprocatam traducitur; ut تَوَارَدُوا alius post alium incedentes accesserunt, تَسَاوَقُوا per ordinem alius post alium processerunt, تَنَاثَرُوا alius post alium abeuntes diffluxerunt, تَزَايَدَ sensim increvit.

Denique significatio formae sextae saepe in actionem mutuam deflectitur; ut تَجَادَلُوا mutuo se petierunt, تَعَانَقُوا mutuo se amplexi sunt, تَخَادَلُوا mutuo se deceperunt, تَكَاتَبُوا mutuum epistolarum usum habuerunt, تَرَاسَلُوا mutuas legationes miserunt, تَبَايَعُوا mutuo sibi spoponderunt.

Syllabam تَ radici praefigendam poetae nonnunquam supprimunt, si eam antecedit praefixum futuri تَ. Tum igitur pro تَتَرَاكَبُونَ *compositi estis* ponitur تَرَاكَبُونَ. Par. 203. a.

Ipsa forma تَفَاعَلَ ex اِتْفَاعَلَ orta esse videtur; par. 388. art. 3.

378. *Forma septima* اِنْفَعَلَ radici consonantem Nûn cum levi vocali praemissa praefigit; quae consonans, quemadmodum in forma hebraea Nifal fit, hic sensum passivum sive reflexivum demonstrare videtur. Plerumque igitur forma septima significantur verba passiva; ut اِنْهَزَمَ fugatus est, fugari se passus est, اِنْقَادَ ductus est, duci se sivit, اِنْقَطَعَ abscissus est, abscindi se sivit, اِنْمَرَغَ se volutavit, اِنْقَعَفَ se subtraxit.

Consonans Nûn, quae radici praefigitur, si prima radicalis Mîm est, in hanc litteram nonnunquam transit; igitur pro اِنْمَحَى deletus est, ponitur اِمَّحَى. Par. 201. b.

379. *Forma octava* اِفْتَعَلَ post primam radicalem inserit syllabam تَ reflexivam, quae eadem est, quae in forma quinta radici praefigitur. Itaque forma octava est forma prima in sensum reflexivum deflexa; par. 371.

art. 4. Forma إفْتَعَلَ autem pro إتْفَعَلَ posita esse videtur. Nam sermo aramaeus syllabam ܬ sive potius consonantem ܬ reflexivam formae primae praefigit; ut in ܐܬܩܛܠ אִתְקְטֵל ceterisque reflexivis, neque illam consonantem inserit nisi post primam radicalem sibilam, ut in ܐܣܛܒܪ. Arabes vero hanc insertionem tanquam generalem formae octavae constitutionem receperunt.

Significat forma octava actionem ad auctorem actionis reflexam; ut إعْتَرَضَ opposuit se, إسْتَتَرَ occuluit se, إعْتَكَرَ se obscuravit, إعْتَقَدَ sibi persuasit, إتَّخَذَ sibi sumsit, إجْتَمَعُوا se congregaverunt, إقْتَتَلُوا in pugnam se dederunt, إخْتَصَمُوا in altercationem se dederunt. Quae verba in plurali posita etiam ad actionem mutuam traducuntur.

Saepenumero vero verba formae octavae, sensu reflexivo paene evanescente, pro verbis simplicibus, quum transitivis, tum intransitivis, haberi possunt; ut إفْتَرَسَ laceravit, إنْتَزَعَ evulsit, إحْتَضَرَ praesens fuit, إسْتَمَعَ auscultavit, إغْتَرَبَ peregrinus fuit.

Consonans Tâ, quae post primas radicales ظ ط ض ص ز ذ د ث ش س inserenda est, ita immutatur, ut ipsa his radicalibus propinquior fiat; quemadmodum par. 201. c; 205. expositum est. De alia quadam forma octava abnormi exponetur par. 388. art. 4.

380. *Forma nona* إفْعَلَّ tertiam radicalem geminat, atque igitur intensiva est. Significat haec forma qualitatem rei vel personae inhaerentem, et maxime quidem colores, ac corporis vitia; ut إخْضَرَّ viruit, إحْمَرَّ rubuit, إصْفَرَّ flavuit, إحْدَبَّ gibber fuit, إعْوَرَّ luscus fuit, إضْجَمَّ distorto ore fuit.

Porro hac forma etiam alia verba intransitiva significantur, ut إرْفَضَّ dispersit se, إزْوَلَّ abiit, إزْوَرَّ recessit, إرْبَسَّ discessit.

381. *Forma decima* إسْتَفْعَلَ syllabam إسْتَ radici praefigit, atque est forma extensiva sensu reflexivo accepta, quae quasi significat: *sibi facere fecit*. Re vera enim haec forma decima ex forma extensiva quadrilittera سَفْعَلَ *facere fecit* orta esse videtur, in quam ت reflexiva inserta est, quemadmodum in forma octava post primam radicalem inseritur; par. 338. 371. Igitur forma decima arabica perinde ut forma syriaca ܐܫܬܩܛܠ comparata est.

Quo quidem fit, ut forma decima maxime verba parandi, enitendi, appetendi, quaerendi, significet; ut اِسْتَخْلَصَهُ sibi vindicavit illud, اِسْتَمْسَكَهُ sibi sumsit illum, اِسْتَخْلَفَهُ successorem sibi paravit illum, اِسْتَيْقَظَ se excitavit, اِسْتَقَامَ se erectum tenuit, اِسْتَأْنَسَ se familiarem reddidit, اِسْتَغْفَرَ veniam sibi petiit, اِسْتَطْعَمَ cibum sibi petiit, اِسْتَسْقَى potum sibi petiit.

Sensus *parandi* in nonnullis verbis ad sensum *censendi* traducitur; ut in verbis اِسْتَنْكَرَهُ turpe censuit, اِسْتَرْخَصَ vilem censuit, اِسْتَوْجَبَ necessarium censuit, اِسْتَعْظَمَ magnum censuit.

Verbi طَاعَ *paruit* formae decimae sunt variae, eaeque maiore ex parte insolito modo mutatae. Nam pro اِسْتَطَاعَ *potuit* nonnunquam اِصْطَاعَ اِسْطَاعَ اِسْتَاعَ اِسْطَاعَ ponuntur; par. 203. b; Sacy gramm. arab. tom. 1. par. 467.

382. *Forma undecima* اِفْعَالَّ post secundam radicalem inserit vocalem *â* productam, atque tertiam radicalem geminat. Est forma intensiva, quae, sicut nona, sed paulo intensius, qualitatem rei vel personae inhaerentem, et maxime quidem colores ac corporis vitia, significat; ut اِحْمَارَّ valde rubuit, اِضْجَامَّ ore valde distorto fuit.

Porro hac forma, pariter ac nona, etiam alia verba intransitiva significantur; ut اِزْوَارَّ recessit.

383. *Forma duodecima* اِفْعَوْعَلَ post secundam radicalem inserit diphthongum *au*, atque secundam radicalem iterum positam. Sed re vera اِفْعَوْعَلَ pro اِفْعَلْعَلَ positum est; diphthongum enim pro tertia radicali substituerunt, ut pronuntiationem mollirent; par. 339. art. 3.

Forma duodecima, qua maxime poetae utuntur, est intensiva, ac plerumque quidem verba intransitiva significat; ut اِخْشَوْشَنَ asperrimus fuit, اِحْدَوْدَبَ gibberrimus fuit, اِخْضَوْضَرَ viridissimus fuit.

384. *Forma tertia decima* اِفْعَوَّلَ post secundam radicalem inserit syllabam *awwa*, atque est intensiva. Soli fere poetae ea utuntur, ipsique raro. Exempla sunt اِعْلَوَّطَ adhaesit, اِخْرَوَّطَ implicitus fuit, اِجْلَوَّذَ properavit, اِعْلَوَّدَ gravis fuit.

385. *Forma quarta decima* أَفْعَنْلَلَ post secundam radicalem inserit consonantem Nûn, atque tertiam radicalem iterum ponit. Est forma intensiva, eaque poetica, nonnisi raro usurpata. Exempla sunt a radicibus trilitteris عَلَكَ عَفَجَ قَعَدَ derivata: أَعْلَنْكَكَ copiosus fuit, أَعْفَنْجَجَ festinavit, أَقْعَنْدَدَ commoratus est.

Quae vocabula etiam formae tertiae verborum quadrilitterorum عَلْكَكَ عَفْجَجَ قَعْدَدَ esse dici possunt; par. 389.

386. *Forma quinta decima* أَفْعَنْلَى post secundam radicalem inserit consonantem Nûn, atque post tertiam radicalem adiicit Jâam otiantem sive Elifam brevem; par. 293. Est forma intensiva, eaque poetica, nonnisi raro usurpata. Exempla sunt a radicibus trilitteris عَلَدَ ac سَلَقَ derivata: أَعْلَنْدَى crassus fuit, أَسْلَنْقَى supinus cubuit.

Quae vocabula etiam formae tertiae verborum quadrilitterorum عَلْدَى سَلْقَى esse dici possunt; par. 389.

387. Singularum cuiusvis verbi formarum significationes adcuratius exponunt lexica; nam quae in aliquâ forma inest significatio primitiva, saepe in sensum plus minusve variatum deflectitur. Atque nonnullorum verborum certae formae ad genera significationum ita specialia traducuntur, ut hae significationes nonnisi ex sermonis consuetudine cognosci possint. Sic a سَبْعٌ septem derivatur verbum formae secundae سَبَّعَ quasi *septimariavit* et ſiebnete, quod praeter alia significat: *septem vicibus lavit aliquem*, atque: *septem diebus Korânum perlegendi officium imposuit alicui.* A سَبُعٌ *fera* derivatur verbum formae quartae أَسْبَعَ quasi *feravit* et wildete, quod significat: *gregem habuit a feris lacessitam.* A ثَغْرٌ *primores dentes* derivatur verbum formae quartae أَثْغَرَ quasi *primoravit* et vorderzahnte, quod modo significat: *primores dentes accepit*, modo *primores dentes eiecit.* Cuius generis verba, quae ad significationes inter se repugnantes traducuntur, ab Arabibus ضِدٌّ plural. أَضْدَادٌ *contraria* vocantur.

Formae trilitterorum abnormes.

388. Passim, et maxime quidem apud poetas atque in Korâno, formae verborum *modo abnormi fictae* inveniuntur. E quibus hae sunt:

1. forma *prima* intransitiva فَعَلَ nonnunquam in فَعْلَ vel فِعْلَ vel فِعِلَ mutatur; sic ponuntur ذَهَبَ et ذِهِبَ *abiit amens*, atque شَهِدَ ac شَهْدَ ac شِهِدَ *testatus est*. Eademque ratione pro intransitivo فَعُلَ etiam فَعْلَ scribitur, ac pro passivo فُعِلَ etiam فُعْلَ ponitur, vocali mediae radicalis pulsa; par. 206. 360; Ewald gramm. ar. vol. 1. pag. 384.

2. pro forma *quinta* تَفَعَّلَ nonnunquam اِفَّعَّلَ ponitur, si prima radicalis ex litteris ت ث ج د ذ ز س ش ص ض ط ظ est. Igitur pro تَجَمَّعَ يَتَجَمَّعُ مُتَجَمِّعٌ poni possunt اِجَّمَّعَ يَجَّمَّعُ مُجَّمِّعٌ. Tum enim littera Tâ, quae primae radicali praefigenda est, in primam radicalem conversa est; quo facto, in praeterito Elifam weslatam sive vocalem levem primae radicali, iamiam geminatae, praefigi oportet, ut radicalis geminata proferri possit; par. 201. art. c; Sacy gr. ar. par. 455. Atque re vera اِفَّعَّلَ pro اِتْفَعَّلَ positum est, quod apud Aramaeos אֶתְקְטַל scribitur; quam formam pleniorem Arabes in تَفَعَّلَ et اِفَّعَّلَ decurtarunt.

3. pro forma *sexta* تَفَاعَلَ nonnunquam اِفَّاعَلَ ponitur, si prima radicalis ex litteris ت ث ج د ذ ز س ش ص ض ط ظ est; atque in participio ac futuro مُفَّاعِلٌ يَفَّاعَلُ scribuntur. Quae mutatio prorsus eodem modo, quo formae quintae mutatio, quam modo exposuimus, fit; atque اِفَّاعَلَ pro اِتْفَاعَلَ positum est, quod apud Aramaeos אֶתְקְרַב scribitur; quam formam pleniorem Arabes in تَفَاعَلَ et اِفَّاعَلَ decurtarunt.

4. forma *octava* اِفْتَعَلَ nonnunquam in فَعَّلَ mutatur, si prima radicalis ex litteris ت ث ج د ذ ز س ش ص ض ط ظ est. Tum enim littera Tâ, quae ante secundam radicalem inserenda est, in secundam radicalem convertitur, atque prima radicalis vocalem accipit; quo facto, Elifa weslata, quum ipsa iam nulli usui sit, perit. Igitur pro اِخْتَصَمَ etiam خَصَّمَ ponitur. Quae forma decurtata ut a forma secunda, quae item خَصَّمَ est, facilius distinguatur, pro forma octava خَصَّمَ etiam خِصَّمَ خُصَّمَ خِصِّمَ ponuntur. Futura sunt يَخَصِّمُ يَخِصِّمُ يِخِصِّمُ يَخْتَصِمُ *altercabitur*, participia vero مُخَصِّمٌ مُخِصِّمٌ مُخُصِّمٌ *altercans*; par. 222. art. 1. d. Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 466.

Formae quadrilitterorum activae.

389. De *quadrilitterorum* formis haec dicenda sunt:

1. *forma prima* فَعْلَلَ quattuor consonantes, quae pro radicalibus habentur, exhibet, atque verba quum transitiva, tum intransitiva, significat; ut كَبْكَبَ prostravit, طَمْأَنَ quietum reddidit, عَرْبَدَ protervus fuit.

2. *forma secunda* تَفَعْلَلَ litteram ت reflexivam radici praefigit, atque ita verba reflexiva sive passiva significat; ut تَكَبْكَبَ prostravit se, تَشَمْعَلَ dispersit se, تَدَحْرَجَ volutavit se.

3. *forma tertia* اِفْعَنْلَلَ post secundam radicalem inserit litteram Nûn, atque ita statum diutius durantem indicat. Significat haec forma plerumque verba intransitiva intensiora; ut اِبْلَنْدَجَ spatiosus fuit, اِسْحَنْفَرَ copiosus fuit, اِسْلَنْطَأَ erexit se.

4. *forma quarta* اِفْعَلَلَّ quartam radicalem geminat, atque verba intransitiva intensiora significat; ut اِطْمَأَنَّ quietus fuit, اِشْمَعَطَّ iratus fuit, اِشْمَعَلَّ discurrit.

Si verbi quadrilitteri radicalis tertia ac quarta eaedem sunt, ut in شَمْلَلَ festinavit, tum quadrilitteri forma tertia اِشْمَنْلَلَ prorsus eadem quae forma quarta decima verbi trilitteri شَمَلَ est; par. 385.

Si verbi quadrilitteri radicalis quarta est Jâa, ut in سَلْقَى supinavit, tum quadrilitteri forma tertia اِسْلَنْقَى prorsus eadem quae forma quinta decima verbi trilitteri سَلَقَ est; par. 386.

Formae *tertiae abnormis* exempla Lumsden gramm. ar. p. 136. proponit اِدْرَمَّسَ taciturnus fuit, اِجْرَمَّزَ congregavit se, اِهْبَيَّخَ cum fastu incessit; quae fortasse pro اِدْرَنْمَسَ اِجْرَنْمَزَ اِهْبَنْيَخَ ponuntur.

Formae passivae.

390. Formae trilitterorum *passivae*, quae a prima ad decimam ponuntur, ac quadrilitterorum prima secundaque, radicali primae, iisque syllabis quae primae radicali praefiguntur, Dammam indunt, secundae radicali vero Kesram; par. 358. Damma enim, quam syllaba radicalis primae accipit, ex accommodationis lege par. 360. etiam syllabae praecedenti tribuitur. Sic igitur formantur passiva فُعِلَ فُعِّلَ أُفْعِلَ تُفُعِّلَ اُنْفُعِلَ

par. 368. Quae formae activae Fatcham productam secundae radicali tribuunt, ut فَاعَلَ تَفَاعَلَ, eae, si in passivas convertuntur, Dammam productam secundae radicali tribuunt, ut فُوعِلَ تُفُوعِلَ par. 224.

In formis passivis postremis, quae a duodecima ad quintam decimam ponuntur, ac quadrilitterorum tertia quartaque, duae syllabae primae Dammam accipiunt, tertia Kesram adsumit. Sic igitur formantur أُفْعُوعِلَ أُفْعُلِّلَ par. 368. 369.

Quod significationes formarum passivarum adtinet, re vera in his formae activae significatio, quum transitiva, tum intransitiva, in sensum passivum deflectitur. Atque porro passivum ponitur impersonaliter, ut passiva latina: *dicitur*, *dissentitur*. Exempla passivorum sunt: 1. أَخَذَ sumsit, أُخِذَ sumtus est, شَهِدَ testatus est, شُهِدَ testimonium dictum est, أَتَى accessit, أُتِيَ invasus est, زَحَرَ diarrhoea laboravit, زُحِرَ diarrhoea correptus est. 2. كَسَّرَ diffregit, كُسِّرَ diffractus est. 3. بَايَعَ spopondit, بُويِعَ sponsum est. 4. أَجْلَسَ considere fecit, أُجْلِسَ considere factus est, collocatus est. 5. تَفَرَّقَ se dispersit, تُفُرِّقَ dispersus est. 6. اِنْقَطَعَ ipse abruptus est, اُنْقُطِعَ بِهِ abruptum est ei, i. e. iter abrumpere coactus est. 7. اِخْتَلَفَ dissensit, اُخْتُلِفَ dissensum est. 10. اِسْتَخْلَفَ successorem creavit, اُسْتُخْلِفَ successor creatus est. 1. *quadrilitt.* سَلْسَلَ contexuit, سُلْسِلَ contextus est.

Formae verbales radicum solitae, quae ab Arabibus نَوْعٌ *species*, sive مِثَالٌ *formae* adpellantur, a grammaticis nostris antiquioribus *coniugationes* nuncupabantur, ab Ewaldo vero *stirpes* vocantur; par. 368.

Caput secundum.

Verborum modi ac tempora.

391. Unaquaeque forma verbalis per modos varios ac tempora declinatur, quorum singulorum speciem ac significationes breviter iam exponemus. De significationibus vero infra, id est parte huius libri secunda, copiosius dicetur. Singula tempora in singulis verbi formis solitis prorsus eodem modo finguntur.

Praeteritum.

392. Praeteritum, quod Arabes اَلْمَاضِى *praeteritum* vocant, eas consonantes exhibet, quas forma verbi solita, aut prima, aut secunda, aut alia, proprias habet, hisque consonantibus eas litteras, quibus personae distinguuntur, suffigit; ut فَعَلَ fecit, فَعَلْتَ fecisti, فَعَلْتُ feci, فَعَلْنَا fecimus.

Significat hoc tempus actionem perfectam, et quidem:

a. prius perfectam; ثُمَّ كَتَبَ كِتَابًا tum scripsit litteras; فَأَقْبَلَ عَلَيْهِ itaque accessit ad eum.

b. modo perfectam; ut قُلْتُ modo dixi, i. e. dico iam; وَهَبْتُهُ لَكَ modo dedi eum tibi, i. e. iam eum tibi do.

Porro hoc tempus ad actionem futuram traducitur, quia rem futuram mente complecti possumus quasi iam perfectam; ut إِنِّى مُقِيمٌ مَا أَقَامَ هَذَا ٱلْجَبَلُ ego permanens sum quamdiu permansit hic mons; pro: quamdiu permanserit hic mons, vel: quamdiu permanebit hic mons. Sic etiam res, quae in votis est, ab Arabibus oratorio more quasi iam perfecta significatur praeterito; ut حَفِظَهُ ٱللّٰهُ protexit eum Deus, pro: protegat eum Deus!

Futurum.

393. Futurum, quod Arabes اَلْمُضَارِعُ *simile* vocant, eas consonantes exhibet, quas forma verbi solita proprias habet, iisque consonantes اتين sive Elif, Tâ, Jâ, Nûn, quibus personae distinguuntur, praefigit; ut يَفْعَلُ faciet, تَفْعَلُ facies, أَفْعَلُ faciam, نَفْعَلُ faciemus. Quae quattuor consonantes, quae ab Arabibus اَلْأَرْبَعُ ٱلزَّوَائِدُ *quattuor additamenta* vocantur, quum omnibus personis rite distinguendis non sufficiant, nonnullae futuri personae praeter illas litteras praefixas etiam ad finem radicis quaedam additamenta adiiciunt, ut يَفْعَلُونَ facient, تَفْعَلُونَ facietis.

Significat hoc tempus actionem nondum perfectam. Sed plures huius temporis formae sunt; quae terminatione variata distinguuntur, variasque huius temporis species indicant. Quam ob causam tempus hoc اَلْمُضَارِعُ *simile* vocatur; nam variatione illa nominibus, quae terminatione variata casus varios distinguunt, quasi similis est. Futuri formae variae sive species autem sunt hae:

1. *futurum indicativum* sive اَلْمُضَارِعُ ٱلْمَرْفُوعُ *simile rafatum*, i. e. يَفْعَلُ quod extremae radicali, vocabulum claudenti, vocalem Rafam sive Dammam tribuit; par. 126. Quae vocalis Damma hoc tempus quasi in statu recto positum indicat, quemadmodum eadem vocalis etiam nomina in casu recto sive nominativo posita esse declarat. Significat futurum indicativum:

a. futurum verum, quod Arabes اَسْتِقْبَالٌ *accessum* vocant; ut فَٱللّٰهُ يَحْكُمُ بَيْنَهُمْ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ nam Deus disceptabit inter eos die resurrectionis.

b. praesens indefinitum, quod Arabes حَالٌ *statum* vocant; ut فَيُقَالُ أَنَّ ٱسْمَهُ مُحَمَّدٌ nam fertur nomen eius fuisse Mohammed.

Porro hoc tempus, si in enuntiatione secundaria sive adnexa positum est, ad actionem praeteritam traducitur; ut فَأَحْضَرَ نُدَمَآءَهُ ٱلَّذِينَ يَأْنَسُ بِهِمْ itaque advocavit sodales suos, quibuscum versabatur.

2. *futurum subiunctivum* sive اَلْمُضَارِعُ ٱلْمَنْصُوبُ *simile nasbatum*, i. e. يَفْعَلَ quod extremae radicali, vocabulum claudenti, vocalem Nasbam sive Fatcham tribuit; par. 126. Quae vocalis Fatcha hoc tempus quasi in statu obliquo positum indicat, quemadmodum eadem vocalis etiam nomina in casu obliquo sive accusativo posita esse declarat. Praeterea futurum subiunctivum additamenta, quae ad nonnullarum futuri personarum finem adiiciuntur, decurtat, quia forma curtiori apte utitur vocabulum subiunctivum, quod enunciationi alii subiungitur; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 221. Significat futurum subiunctivum:

a. praesens subiunctivum; ut مَا يَكُونُ لِي أَنْ أُبَدِّلَهُ non est officium meum, ut commutem illud.

b. imperfectum subiunctivum; ut كَانَ عَادَةُ ٱلْخُلَفَآءِ أَنْ يَحْبِسُوا أَوْلَادَهُمْ fuit mos chalifarum, ut includerent liberos suos.

3. *futurum decurtatum* sive اَلْمُضَارِعُ ٱلْمَجْزُومُ *simile decurtatum*, i. e. يَفْعَلْ quod extremae radicalis vocabulum claudentis vocalem pellit, atque eodem modo, quo futurum subiunctivum, additamenta, quae ad nonnullarum futuri personarum finem adiiciuntur, decurtat. Significat futurum decurtatum:

a. modum iussivum; ut لِيَفْعَلْ ذَلِكَ utinam faciat hoc! لَا تَقْرَبْ هَذِهِ ٱلشَّجَرَةَ noli accedere ad hanc arborem!

b. modum conditionalem; ut إِنْ تَفْعَلْ ذَلِكَ يُعَذِّبْكَ ٱللّٰهُ si hoc feceris, puniet te Deus.

c. praeteritum negativum, praemissa particula لَمَّا nondum, vel لَمْ non; ut لَمَّا يَذُوقُوا عَذَابِ nondum senserunt poenam meam; لَمْ يَفْعَلْ ذَلِكَ non fecit hoc.

4. *futurum nervosum grave*, i. e. يَفْعَلَنَّ faciet, يَفْعَلُنَّ facient, تَفْعَلْنَانِّ facietis *fem.* quod personis futuri suffigit Nûnam geminatam, quam Arabes vocant نُونُ ٱلتَّوْكِيدِ ٱلثَّقِيلَةُ *Nûnam roborantem gravem.* Significat futurum nervosum grave:

modum loquendi nervosum, sive dictionem maiore vi prolatam, quae ad asseverandum, iubendum, vetandum, interpellandum, quaerendum, adhibetur; ut لَأَفْعَلَنَّ ذَلِكَ certe faciam hoc! لَا تَضْرِبَنَّهُ noli ferire illum!

5. *futurum nervosum leve*, i. e. يَفْعَلَنْ faciet, يَفْعَلُنْ facient, quod personis futuri suffigit Nûnam simplicem, quam Arabes vocant نُونُ ٱلتَّوْكِيدِ ٱلْخَفِيفَةُ Nûnam roborantem levem; Sacy Alfiyya pag. 159. Futurum nervosum leve idem quod grave significat, sed solis fere poetis usitatum est.

Futura nervosa etiam paragogica vocantur; par. 308.

Imperativus.

394. Imperativus, quem Arabes ٱلْأَمْرُ *iussum* vocant, in secunda tantum persona fingitur, easdemque consonantes ac vocales, quas futurum decurtatum, exhibet, quattuor additamenta اتين vero, quae futuro praefiguntur, pellit. In forma verborum prima imperativus primae radicali quiescenti Elifam weslatam, sive levem vocalem, praefigit, quoniam a consonante quiescente vocabula non incipiunt; par. 168. art. 2. Igitur imperativi formae primae sunt افْعَلْ sive ٱفْعَلْ *if-al* fac! أُكْتُبْ sive ٱكْتُبْ *uktub* scribe! ٱفْعَلُوا facite! ٱكْتُبُوا scribite!

Atque finguntur etiam:

a. *imperativus nervosus gravis* ٱفْعَلَنَّ facito! ٱفْعَلُنَّ facitote!

b. *imperativus nervosus levis* أَفْعَلَنْ facito! أَفْعَلُنْ facitote! qui pariter atque futura nervosa Nûnam geminatam, vel Nûnam simplicem, sibi suffigunt, imperativumque significant maiore vi prolatum.

Formae verborum passivae imperativum non fingunt.

Infinitivus.

395. Infinitivum Arabes talibus significant nominibus verbalibus abstractis sive universalibus, qualia sunt latina *volatus*, *auditus*, *ductus*. Quae nomina verbalia ab Arabibus أَسْمُ ٱلْفِعْلِ *nomen actionis*, sive مَصْدَرٌ *exitus* vocantur, quoniam ex eorum significatione universali omnes verbi significationes singulares, per tempora modosque variatae, quasi prodire censentur; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 619. 673.

Pleraeque formae verbi solitae infinitivum, sive nomen actionis, ita fingunt, ut hoc nomen eas litteras exhibeat, quas forma verbi solita proprias habet. Sic forma prima infinitivum فِعْلٌ fingit; tertia مُفَاعَلَةٌ, quinta تَفَعُّلٌ, sexta تَفَاعُلٌ. Sed forma verbi prima infinitivos complures fingit; de quibus par. 424. 425. dicetur. Infinitivi pariter atque cetera nomina per casus varios declinantur.

Nomen actionis, quoniam universale est, actionem prorsus indefinitam significat, neque per se ad agentem, neque ad patientem respicit. Unde fit, ut hoc nomen non modo cum sensu activo, sed etiam cum sensu passivo ponatur, atque ad tempora varia traducatur. Igitur ٱلْقَتْلُ *occisio* modo significat *occidere*, modo *occidi*, atque etiam *occidisse*, *occisum esse*, *occisurum esse*, *occisum iri*. Propterea formae verborum passivae infinitivos suos proprios non habent.

Coniungitur nomen actionis, pariter atque cetera nomina, cum complemento in genitivo posito; ut إِطْعَامُ يَتِيمٍ *cibatio orphani*. Porro vero nomen actionis, pariter atque verba, cum complemento in accusativo posito coniungitur, si nomen actionis verbis nonnullis interpositis a complemento discretum est; ut إِطْعَامٌ فِي يَوْمٍ ذِي ٱلْمَسْغَبَةِ يَتِيمًا *cibare die famis orphanum*; Sacy gramm. tom. 2. par. 278. Quod breviter hic adiecimus, ut natura nominis actionis arabici perspiciatur.

Participium.

396. Participium Arabes habent nomen verbale geminum, activum et passivum; activum vocatur أَسْمُ ٱلْفَاعِلِ *nomen agentis*, passivum أَسْمُ

ٱلْمَفْعُولُ *nomen acti*. Singulae formae verbi solitae geminum hoc participium ita fingunt, ut ipsum easdem consonantes exhibeat, quas forma verbi solita proprias habet; praeterea littera Mîm participiis praefigitur, excepto participio activo formae primae. Igitur فَاعِلٌ est participium activum formae primae, مَفْعُولٌ participium pass. formae primae, مُفَعِّلٌ participium activ. formae secundae, مُفَعَّلٌ participium pass. formae secundae. Forma verborum nona, undecimaque, quae passivae omnino non ponuntur, participia passiva non fingunt. Participia omnia, pariter atque cetera nomina, per genera et numeros, casusque varios declinantur.

Ad tempora varia quodvis participium traducitur; igitur فَاعِلٌ non modo *facientem*, sed etiam *eum qui fecit*, atque *facturum* significat. Admodum frequenter participium ponunt ad significandum *verum praesens*, idque durans; ut أَنَا فَارِحٌ *ego laetans*, i. e. laetor. Coniungitur participium, pariter atque cetera nomina, cum complemento in genitivo posito; ut جَامِعُ ٱلنَّاسِ *congregator hominum*. Porro vero participium, pariter atque verba, etiam cum complemento in accusativo posito coniungitur; ut ٱلْكَاظِمُ ٱلْغَيْظَ *supprimens iram*.

Poetae nonnunquam *participium nervosum* fingunt, quod, sicut futurum nervosum grave, Nûnam geminatam sibi suffigit; sic pro قَائِلٌ *dicens* ponitur قَائِلَنَّ. Vide Sacy gramm. ar. tom. 2. par. 924.

Tempora composita.

397. Tempora composita tria Arabes sic fingunt, ut aut praeteritum, aut futurum, verbi كَانَ *fuit* praemittant verbo principali. Quae tempora composita haec sunt:

1. *Plusquamperfectum* ut significent, praeteritum verbi كَانَ praemittunt praeterito verbi principalis; ut كَانَ فَعَلَ *fuit fecit* i. e. fecerat, كُنْتَ فَعَلْتَ *fuisti fecisti* i. e. feceras, كُنْتُ فَعَلْتُ *fui feci* i. e. feceram.

2. *Imperfectum* ut significent, praeteritum verbi كَانَ praemittunt futuro verbi principalis; ut كَانَ يَفْعَلُ *fuit faciet* i. e. faciebat, كُنْتَ تَفْعَلُ *fuisti facies* i. e. faciebas, كُنْتُ أَفْعَلُ *fui faciam* i. e. faciebam.

3. *Futurum exactum* ut significent, futurum verbi كَانَ praemit-

tunt praeterito verbi principalis; ut يَكُونُ فَعَلَ *erit fecit* i. e. fecerit, تَكُونُ فَعَلْتَ *eris fecisti* i. e. feceris, أَكُونُ فَعَلْتُ *ero feci* i. e. fecero. Sic ponitur وَلَا يَكُونُ بَقِيَ وَرَآئِي شَيْءٌ neque manserit post me res ulla; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 328. 429. 430. Atque ipsò hoc tempore composito etiam perfectum coniunctivi significatur, praemissa plerumque particula أَنْ ut; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 213.

In quibus temporibus compositis omnibus verbum كَانَ ac verbum principale semper in eadem persona ponuntur.

Caput tertium.

Verborum numeri ac personae.

398. Singula tempora verborum arabicorum numeros tres distinguunt, id est أَلْفَرْدُ *singularem*, أَلتَّثْنِيَةُ *dualem*, أَلْجَمْعُ *pluralem.*

Singularis et pluralis tres personas distinguunt. Persona prima, quae vocatur أَلْمُتَكَلِّمُ *loquens*, genera non distinguit, atque ideo مُسْتَوِي *communis* esse dicitur. Persona secunda, quae أَلْمُخَاطَبُ *interpellatus* vocatur, ac persona tertia, quae أَلْغَائِبُ *absens* vocatur, distinguunt genus geminum, i. e. أَلْمُذَكَّرُ *masculinum*, ac أَلْمُؤَنَّثُ *femininum*. Primam pluralis personam vocant أَلْمُتَكَلِّمُ مَعَ ٱلْغَيْرِ *loquentem simul cum alio.*

Dualis primam personam prorsus non significat, neque in persona secunda genera distinguit.

399. Variae temporum numerorumque personae distinguuntur syllabis ad radicem adiectis, quae ex pronominibus sumtae esse videntur. Quae quidem syllabae in omnibus verborum, quum trilitterorum, tum quadrilitterorum, formis solitis eaedem sunt.

Praeterea certas vocales singulae personae et consonantibus radicalibus, et syllabis adiectis, induunt.

Personae praeteriti.

400. Tertia singularis masculina solas consonantes radicales, easque, quas forma addit verbi solita, ponit, nullo personae signo adiecto; ut قَبِلَ قَبَّلَ قَابَلَ ـ

Tertia singularis feminina syllabam *at* addit, ex leniori *ah* ortam; ut قَبَلَتْ قَبَّلَتْ قَابَلَتْ. Exitus in vocalem *a* enim, tanquam mollior, saepenumero genus femininum significat; par. 354. Nonnulli terminationem *ah* a pronomine feminino هِيَ *ea* sumtam esse censent.

Secunda singularis masculina syllabam تَ addit, e pronomine masculino أَنْتَ *tu* sumtam; ut قَبَلْتَ قَبَّلْتَ قَابَلْتَ.

Secunda singularis feminina syllabam تِ addit, e pronomine feminino أَنْتِ *tu* sumtam; ut قَبَلْتِ قَبَّلْتِ قَابَلْتِ.

Prima singularis syllabam تُ addit, ut قَبَلْتُ قَبَّلْتُ قَابَلْتُ. Quae syllaba تُ e pronomine أَنَا sive أَنِي *ego* orta esse putatur; pro littera Nûn enim e personis secundis etiam huc traducta est Tâ, atque vocalis pronominis extrema in *u* conversa est, ut eo persona tertia a secunda distingueretur. Sic in lingua aethiopica persona secunda masculina addit *ka*, secunda feminina *ki*, prima *ku*.

Tertia dualis masculina addit vocalem *â* productam, ut قَبَلَا قَبَّلَا قَابَلَا. Quae *â* producta etiam in pronomine هُمَا *illi duo* dualem significat.

Tertia dualis feminina ad tertiam singularis femininam eandem *â* productam, tanquam dualis signum, addit; ut قَبَلَتَا قَبَّلَتَا قَابَلَتَا.

Secunda dualis syllabam تُمَا addit, e pronomine duali أَنْتُمَا *vos ambo* sumtam; ut قَبَلْتُمَا قَبَّلْتُمَا قَابَلْتُمَا.

Tertia pluralis masculina vocalem *û* addit, e pronomine pluralis masculino هُمْ *ii* sumtam; ut قَبَلُوا قَبَّلُوا قَابَلُوا.

Tertia pluralis feminina syllabam نَ addit, e pronomine plurali feminino هُنَّ sumtam; ut قَبَلْنَ قَبَّلْنَ قَابَلْنَ.

Secunda pluralis masculina syllabam تُمْ addit, e pronomine plurali masculino أَنْتُمْ *vos* sumtam; ut قَبَلْتُمْ قَبَّلْتُمْ قَابَلْتُمْ.

Secunda pluralis feminina syllabam تُنَّ addit, e pronomine plurali feminino أَنْتُنَّ *vos* sumtam; ut قَبَلْتُنَّ قَبَّلْتُنَّ قَابَلْتُنَّ.

Prima pluralis syllabam نَا addit, e pronomine plurali نَحْنُ *nos* sumtam; ut قَبَلْنَا قَبَّلْنَا قَابَلْنَا.

401. Littera Tâ syllabarum personalium تَ تِ تُ تَا تُمْ تُنَّ cum radicali extrema Tâ, Teschdîdo posito, coniungitur. Igitur pro ثَبَتْتَ constitisti, ثَبَتْتُ constiti, ثَبَتْتُمْ constitistis, iam ثَبَتَّ ثَبَتُّ ثَبَتُّمْ ponuntur.

Littera Tâ earundem syllabarum personalium cum extremis radicalibus ث د ذ ض ط ظ in pronuntiando coniungitur, eamque ob rem Teschdîdum accipit; extrema radicalis vero, Sukûno eius pulso, in scriptura retinetur. Igitur pro أَخَذْتُ cepi, أَخَذْتُمْ cepistis, adcuratius أَخَذتُّ أَخَذتُّمْ ponuntur; par. 137. 145. art. c.

Littera Nûn syllabarum personalium نَ نَا cum radicali extrema Nûn, Teschdîdo posito, coniungitur. Igitur pro آمَنْنَ crediderunt eae, آمَنْنَا credidimus, كُنْنَ fuerunt eae, iam آمَنَّ آمَنَّا كُنَّ ponuntur.

402. Vocalem in forma prima activa accipit *prima radicalis* Fatcham, tanquam proximam, par. 357; *secunda radicalis* vero, prout singulorum verborum natura est, aut Fatcham, aut Kesram, aut Dammam; par. 372. *Tertia radicalis* in persona tertia sing. masc. Fatcham accipit, quoniam Arabes vocabula vocalibus claudere gratum habent; par. 361. In ceteris personis tertia radicalis cum ea vocali, quae in syllabis personalibus *at atâ â û* inest, coniungitur. Quiescit vero tertia radicalis, quasi in pristinum statum reversa, si eae syllabae personales accedunt, quae a consonante incipiunt, ut تَ تِ تُ نَ ceteraeque. Igitur ponuntur: كَسَرَ fregit, كَسَرْتُ fregi, كَسَرُوا fregerunt, عَلِمَ scivit, عَلِمْتُ scivi, عَلِمُوا sciverunt, عَظُمَ magnus fuit, عَظُمْتُ magnus fui, عَظُمُوا magni fuerunt.

In ceteris formis activis *prima radicalis* item Fatcham accipit, nisi quod in forma quarta, iisque quae ab octava ad quintam decimam ponuntur, ipsa quiescit, cum praecedente vocali coniuncta; ut in nona أَفْعَلَّ. Secunda radicalis verborum omnium Fatcham adsciscit; unde fit, ut ab عَلِمَ scivit, عَظُمَ magnus fuit, in formis ceteris عَلَّمَ عَلَّمْتُ أَعْظَمَ أَعْظَمْتُ deriventur; par. 372. Tertia radicalis eodem modo, quo in forma prima, ut vocales adsumit, aut quiescit.

Praefigit forma quarta activa primae radicali vocalem *a*, Elifa hamsata firmatam. Formae extremae, quae a septima ad quintam decimam ponuntur, primae consonanti quiescenti levissimam vocalem *i* praefigunt,

Elifa tenui sive weslata quodammodo sustentatam; par. 168. art. 3. par. 194. 358. 368.

Quadrilitterorum formae activae vocales eodem modo, quo trilittera, disponunt, nisi quod in formis eorum prima secundaque secunda radicalis quiescit. Ponuntur igitur قَمْطَرَ contraxit, قَمْطَرْتُ contraxi, تَقَمْطَرَ se contraxit, تَقَمْطَرْتُ me contraxi.

Formae passivae quas vocales radicali primae secundaeque indunt, par. 390. exposuimus. Tertia radicalis in passivis eodem modo, quo in forma prima activa, aut vocales adsumit, aut quiescit.

403. In formis 9. ac 11. أقْبَلَّ أقْبَالَّ ac forma quadril. 4. اقْمَطَرَّ, quae pro أقْبَلَلَ أقْبَالَلَ اقْمَطْرَرَ positae sunt, radicalis geminata in duas consonantes interposita vocali dirimitur, quotiescunque extrema quiescens ponenda est; ut أقْبَلَلْتُ. Quod e regula par. 202. art. 5. fit.

Personae futuri indicativi.

404. Tertia singularis masculina radici Jâam, sive vocalem *i*, praefigit; ut يَقْبَلُ يُقَبِّلُ يُقَابِلُ. Quae Jâa praefixa iam pro Wâwa sive vocali *u*, e pronomine هُوَ *is* orta, poni putatur.

Tertia singularis feminina Tâam, generis feminini signum, praefigit; ut تَقْبَلُ تُقَبِّلُ تُقَابِلُ. Quae consonans praefixa ex terminatione feminina *at*, quam tertia persona fem. praeteriti adsciscit, sumta esse putatur. Quum vero haec futuri persona, quod speciem adtinet, a secunda sing. masc. non diversa sit, nonnulli primo vocabulum يَقْبَلُ utramque personam tertiam significasse, neque nisi posteriori tempore vocabulum تَقْبَلُ ad tertiam femininam traductum esse, suspicantur; Ewald gramm. ar. vol. 1. par. 218; gramm. hebr. edit. sec. par. 282.

Secunda singularis masculina Tâam praefigit, e pronomine masculino أَنْتَ *tu* sumtam; ut تَقْبَلُ تُقَبِّلُ تُقَابِلُ.

Secunda singularis feminina item Tâam, e pronomine feminino أَنْتِ sumtam, praefigit, atque, ut genus femininum significetur, radici vocalem *i* suffigit, adiecta Nûna firmatam, id est syllabam *ina*; par. 362. Igitur تَقْبَلِينَ تُقَبِّلِينَ تُقَابِلِينَ ponuntur, quemadmodum in sermone hebraeo תִּדְבְּקִי ac תִּדְבָּקִין adhaerebis *fem.* usurpantur. Nûnae adiectae sermo arabicus

Fatcham indit, quia vocabula vocalibus claudere, Arabes gratum habent; par. 361.

Prima singularis spiritum sive Elifam hamsatam praefigit, e pronomine أَنَا *ego* sumtam; ut أُقْبِلُ أُقَبِّلُ أُقَابِلُ.

Tertia dualis masculina Jâam, personae tertiae signum, praefigit, ac vocalem *â*, dualis signum, suffigit, adiecta Nûna firmatam, id est syllabam *âni*; ut يُقْبِلَانِ يُقَبِّلَانِ يُقَابِلَانِ. Nûnae adiectae vocalem brevem, et quidem Kesram, indunt, quoniam *â* producta cum *i* brevi coniungi solet; par. 359. 361.

Tertia dualis feminina Tâam, generis feminini signum, e tertia singularis feminina repetitum, praefigit, ac vocalem *â*, dualis signum, suffigit, adiecta Nûna firmatam; ut تُقْبِلَانِ تُقَبِّلَانِ تُقَابِلَانِ. Unde fit, ut haec persona, quod speciem adtinet, a secunda dualis non diversa sit. In quam rem cadunt, quae de tertia sing. fem. in hac paragrapho paulo supra dicta sunt.

Secunda dualis Tâam praefigit, e pronomine أَنْتُمَا *vos ambo* sumtam, ac, pariter ut utraque persona tertia, syllabam *âni*, dualis signum, suffigit; ut تُقْبِلَانِ تُقَبِّلَانِ تُقَابِلَانِ.

Tertia pluralis masculina Jâam, personae tertiae signum, praefigit, ac vocalem *û*, pluralis masculini signum, suffigit, e pronomine هُمْ *ii* sumtam, adiectaque Nûna firmatam, id est syllabam *ûna*; ut يُقْبِلُونَ يُقَبِّلُونَ يُقَابِلُونَ. Sunt etiam, qui Nûnam hanc ex ipsa Mîma, quae in هُمْ inest, ortam censeant.

Tertia pluralis feminina Jâam, personae tertiae signum, praefigit, ac syllabam نَ suffigit, e pronomine هُنَّ *eae* sumtam; ut يُقْبِلْنَ يُقَبِّلْنَ يُقَابِلْنَ.

Secunda pluralis masculina Tâam, personae secundae signum, praefigit, ac syllabam *ûna*, tanquam pluralis masculini signum, ex tertia plur. masc. repetitum, suffigit; ut تُقْبِلُونَ تُقَبِّلُونَ تُقَابِلُونَ.

Secunda pluralis feminina Tâam, personae secundae signum, praefigit, ac syllabam نَ suffigit, tanquam pluralis feminini signum, ex tertia plur. fem. repetitum; ut تُقْبِلْنَ تُقَبِّلْنَ تُقَابِلْنَ.

Prima pluralis Nûnam praefigit, e pronomine نَحْنُ *nos* sumtam; ut نَقْبَلُ نُقَبِّلُ نُقَابِلُ.

405. Elifam illam, quae praeterito formae quartae, septimae, octavae, ceterarumque, praefigitur, litterae Jâ, Tâ, Elif, Nûn, quae in futuro radici praefiguntur, pellunt. Atque syllabam تَ *ta*, quae in forma quinta, sextaque, radici praefigitur, apud poetas Tâa ea, quae personas futuri distinguit, nonnunquam pellit; par. 376. 377.

406. Vocalem in forma prima activa *litterae personales praefixae* accipiunt Fatcham, tanquam proximam, par. 357. Qua cum vocali *prima radicalis* coniungitur quiescens, par. 355. *Secunda radicalis*, prout singulorum verborum natura est, aut Dammam, aut Fatcham, aut Kesram accipit. *Tertia radicalis* Dammam adsumit, tanquam modi indicativi, sive status recti, signum; par. 393. art. 1. Unde fit, ut tres futuri activi species usitatae reperiantur, id est يَفْعُلُ يَفْعَلُ يَفْعِلُ. Quae tres species qua ratione inter tres praeteriti species فَعَلَ فَعِلَ فَعُلَ distributae sint, iam dicendum est.

Praeterita formae فَعَلَ permulta futurum يَفْعُلُ fingunt; ut نَظَرَ يَنْظُرُ vidit. Ipso hoc futuro utuntur verba *superandi* pleraque, quae cum accusativo coniunguntur, ut فَخَرَ يَفْخُرُ gloria superavit aliquem, قَدَمَ يَقْدُمُ praecessit aliquem; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 309. 351. Porro praeterita formae فَعَلَ permulta, quorum secunda vel tertia radicalis e gutturalibus أ ح خ ع غ ه ر est, futurum يَفْعَلُ fingunt; ut قَطَعَ يَقْطَعُ abscidit. Denique praeterita formae فَعَلَ multa futurum يَفْعِلُ fingunt; ut صَرَفَ يَصْرِفُ vertit.

Praeterita formae فَعِلَ pleraque futurum يَفْعَلُ fingunt; ut شَرِبَ يَشْرَبُ bibit. Pauca huius classis praeterita futurum يَفْعِلُ fingunt; ut حَسِبَ يَحْسِبُ putavit.

Praeterita formae فَعُلَ omnia futurum يَفْعُلُ fingunt; ut ظَرُفَ يَظْرُفُ novus fuit.

Sunt igitur, si praeteritum ac futurum formae primae spectamus, sex verborum classes; id est:

فَعَلَ يَفْعِلُ	فَعَلَ يَفْعَلُ	فَعَلَ يَفْعُلُ
فَعُلَ يَفْعُلُ	فَعِلَ يَفْعِلُ	فَعِلَ يَفْعَلُ

Quum vero non omnia verba ex regula certa vocalem secundae radicalis in futuro fingant, ex lexicis discendum est, quamnam vocalem singula verba secundae radicali in futuro indant.

407. Sunt praeterea praeterita satis multa, quae futuro gemino utuntur; id est:

1. futuris *u* et *i*, ut يَشْتِمُ يَشْتُمُ شَتَمَ conviciatus est.

2. futuris *u* et *a*, ut يَطْعَنُ يَطْعُنُ طَعَنَ perfodit.

3. futuris *a* et *i*, ut يَشْهِقُ يَشْهَقُ شَهَقَ gemuit.

Verbum صَبَغَ *tinxit* tribus futuris يَصْبِغُ يَصْبَغُ يَصْبُغُ utitur.

Nonnulla verba gemino futuro sensus varios distinguunt. Sic verbum يَظْهَرُ يَظْهُرُ ظَهَرَ significat *adparuit;* verbum يَظْهَرُ ظَهَرَ vero *vicit;* Harîr. pag. 472. Quae omnia nonnisi ex lexicis disci possunt.

408. Nonnullae Arabum tribus, ut Behritae, litteras personales, quae in futuro radici praefiguntur, more hebraeo cum vocali Kesra proferebant, ut نِفْعَلُ اِفْعَلُ تِفْعَلُ يِفْعَلُ. Quae pronuntiatio in vocabulo اِخَالُ *puto,* ac verbis adsimilatis, ut يِيجَمُ وَجِمَ appetit, يِيجَلُ وَجِلَ timet, usitatior facta est; par. 6. Harîr. pag. 92.

409. Syllabae personales, quae radici suffigendae sunt, *îna âni ûna,* quoniam a vocali incipiunt, cum extrema radicali coniunguntur; syllaba نَ vero ad extremam radicalem quiescentem accedit, quemadmodum in praeterito hoc idem fit; par. 402.

410. Iam quas *ceterae formae activae* futuro tribuant vocales videamus.

In formis 2. 3. futura يُقَابِلُ يُقَبِّلُ finguntur. Litterae personales praefixae Dammam accipiunt, ipsaeque syllabas separatas constituunt; par. 355. Prima radicalis Fatcham retinet; secunda Kesram adsciscit, quam formae plurimae in futuro secundae radicali indunt; par. 358.

In formae 4. futuro يُقْبِلُ litterae personales praefixae item Dammam accipiunt, ut sic hoc futurum a futuro formae يُقَبِّلُ distinguatur. Prima radicalis quiescens cum antecedente vocali coniungitur, par. 355; secunda Kesram adsciscit.

In formis 5—11. futura يَقْبَالُّ يَسْتَقْبِلُ يَقْبَلُّ يَقْتَبِلُ يَنْقَبِلُ يَتَقَابَلُ يَتَقَبَّلُ finguntur. Litterae personales praefixae solitam Fatcham accipiunt. Prima radicalis aut Fatcham retinet, aut quiescens cum antecedente Fatcha coniungitur. Secunda radicalis in formis 5. 6. 9. 11. retinet Fatcham, in formis 7. 8. 10. vero Kesram adsciscit. Sed in formis 9. ac 11. futura يَقْبَالُّ . يَقْبَلُّ nonnisi contracta sunt, eaque pro يَقْبَالِلُ يَقْبَلِلُ posita; par. 202. 403. 414. 421.

In formis 12—15. futura يَقْبَنْلِي يَقْبَنْلِلُ يَقْبَوَّلُ يَقْبَوْبِلُ finguntur. Litterae personales praefixae solitam Fatcham accipiunt. Secunda syllaba item Fatcham retinet; tertia syllaba Kesram adsciscit.

411. Quod ad verba quadrilittera adtinet, futurum formae 1. يُقَمْطِرُ ad modum futuri formae 2. trilitterorum conformatum est; nam يُقَبِّلُ pro يُقَبْبِلُ vel يُقَنْبِلُ scribitur; par. 373. Futurum formae 2. يَتَقَمْطَرُ ad modum futuri formae 5. trilitterorum conformatum est; nam يَتَقَبَّلُ pro يَتَقَبْبَلُ vel يَتَقَنْبَلُ ponitur. Futurum formae 3. يَقْمَنْطِرُ ac futurum formae 4. يَقْمَطِرُّ ad modum futuri formae 14. trilitterorum conformata sunt.

412. *Futura passiva* omnia syllabae primae, sive litteris personalibus praefixis, Dammam, ceteris syllabis vero, quae quidem omnes eodem, quo in futuris activis, modo constituuntur, Fatcham indunt, excepta syllaba extrema. Finguntur igitur futura passiva يُسْتَقْبَلُ يُقَابَلُ يُقَبَّلُ يُقْبَلُ يُتَقَمْطَرُ يُقَمْطَرُ يُقْبَنْلَلُ et sic reliqua.

Sic futura passiva ab activis bene distincta sunt, nisi quod futurum pass. formae 1. ac futurum pass. formae 4. eandem speciem يُقْبَلُ induerunt. Nam etiam Elifa hamsata radici praefixa, quae formae quartae signum est, a litteris personalibus praefixis pellitur; par. 404.

Ceterarum futuri specierum, id est futuri subiunctivi, decurtati, nervosique, personae, de quibus iam dicendum est, a personis futuri indicativi solis terminationibus diversae sunt; par. 393.

Personae futuri subiunctivi.

413. Extrema radicalis, si ipsa vocabulum clauditur, Fatcham accipit, ut نَقْبَلَ أَقْبَلَ تَقْبَلَ يَقْبَلَ. Syllabae personales suffigendae, in quibus

vocalis longa inest, Nûnam cum extrema vocali abiiciunt; igitur pro تَقْبَلُونَ يَقْبَلُونَ تَقْبَلَانِ يَقْبَلَانِ تَقْبَلِينَ ponuntur يَقْبَلُوا تَقْبَلَا يَقْبَلَا تَقْبَلِي تَقْبَلُوا par. 112.

Personae futuri decurtati.

414. Extrema radicalis, si ipsa vocabulum clauditur, vocalem suam pellit, ut نَقْبَلْ أَقْبَلْ تَقْبَلْ يَقْبَلْ. Syllabae personales suffigendae, in quibus vocalis longa inest, Nûnam cum extrema vocali abiiciunt, perinde ut hoc in futuro subiunctivo fit.

In formis 9. ac 11. ac forma quadril. 4. اِقْمَطَرَّ اِقْبَالَّ اِقْبَلَّ radicalis geminata in duas consonantes dirimitur, quemadmodum par. 403. expositum est. Ponuntur igitur in his formis futura decurtata يَقْبَالِلْ يَقْبَلِلْ يَقْمَطْرِرْ.

Personae futuri nervosi gravis.

415. Extrema radicalis, si ipsa vocabulum clauditur, syllabas *anna* adsciscit, ut نَقْبَلَنَّ أَقْبَلَنَّ تَقْبَلَنَّ يَقْبَلَنَّ. In duali haec terminatio *anna* cum terminatione dualis *âni* ita coalescit, ut haec in *ânni* abeat; igitur يَقْبَلَانِّ تَقْبَلَانِّ ponuntur; par. 359. Terminationes *îna* atque *ûna* cum *anna* ita coalescunt, ut ipsae in *inna* atque *unna* abeant; igitur pro يَقْبَلُونَ تَقْبَلِينَ تَقْبَلُونَ iam تَقْبَلُنَّ يَقْبَلُنَّ تَقْبَلِنَّ ponuntur; par. 197. 198. In plurali feminino ad terminationem *na* syllabae *anna* ita adfiguntur, ut inde terminatio *nânni* existat; igitur pro تَقْبَلْنَ يَقْبَلْنَ iam تَقْبَلْنَانِّ يَقْبَلْنَانِّ ponuntur; par. 359.

Personae futuri nervosi levis.

416. Futurum nervosum leve syllabam *an* ad radicem adiicit, atque ideo pro terminationibus futuri nervosi gravis *anna inna unna* ponit *an in un*; ut يَقْبَلَنْ تَقْبَلِنْ أَقْبَلَنْ يَقْبَلُنْ.

In ceteris personis vero, quae quidem in futuro nervoso gravi in *ânni* et *nânni* desinunt, futurum nervosum leve non fingitur. Nam pro illis syllabis in futuro nervoso levi adiiciendae essent *ân* et *nân*; quae, vocali ex par. 197. correpta, in *an* et *nan* converterentur. Quas terminationes haud aptas esse, fortasse censuerunt; nam, si admitterentur, dualis saltem cum singulari confunderetur.

417. Nûna roborans levis, quae in fine vocabuli quiescit, abiicitur, si eam sequitur Elifa weslata. Igitur pro لَا يَغْزُوَنْ ٱلرَّجُلُ *ne pugnet ille homo!* quae pronuntiari non possent, ponuntur لَا يَغْزُوَ ٱلرَّجُلُ. Quod vocabulum يَغْزُوَ hoc loco futurum subiunctivum non esse, inde patet, quod post particulam لَا vetantem futurum subiunctivum non ponitur; Sacy Alfiyya pag. 159.

Porro Nûna roborans levis, quae vocabulum claudit, in pausa abiicitur, antecedens vocalis vero producitur; par. 308.

Personae imperativi.

418. Secundam tantum personam imperativus significat, sed per genera numerosque variatam. Quae quidem imperativi personae eaedem, quae futuri decurtati sunt, nisi quod imperativus litteras personales, quae in futuro radici praefiguntur, pellit.

Si vero in futuro litterae illae personales cum prima radicali quiescente nonnisi unam syllabam efficiunt, ut in يَنْقَبِلُ يَقْبَلُ aliisque, tum litterarum praefixarum avulsione, quam imperativus flagitat, hoc fit, ut prima radicalis quiescens ab initio vocabuli compareat. Quae anomalia quomodo tollatur, nunc dicendum est. Vide par. 194.

419. Imperativus *formae primae*, post litteras futuri personales pulsas, primae radicali quiescenti levissimam vocalem, id est Kesram, Elifa weslata indicandam, praemittit, si secunda radicalis in imperativo Fatcham vel Kesram habet; par. 358. Igitur ex futuris يَضْرِبُ يَفْعَلُ imperativi إِضْرِبْ إِفْعَلْ finguntur, qui ٱضْرِبْ ٱفْعَلْ scribendi sunt.

Sed si secunda radicalis in imperativo Dammam habet, tum ex accommodationis lege par. 360. etiam primae radicali quiescenti Damma praemittitur, item Elifa weslata indicandam. Igitur ex futuro يَقْبُلُ imperativus أُقْبُلْ fit, qui ٱقْبُلْ scribendus est.

420. Imperativi formarum 2. 3. 5. 6. litteras futuri personales, quae in his formis cum prima radicali intime iunctae non sunt, sine difficultate pellunt. Sic ex futuris يُقَبِّلُ يُقَابِلُ يَتَقَبَّلُ يَتَقَابَلُ imperativi قَبِّلْ قَابِلْ تَقَبَّلْ تَقَابَلْ formantur.

421. Imperativus formae 4. post litteras futuri personales pulsas, primae radicali quiescenti Elifam hamsatam, eamque fatchatam, restituit, quae in praeterito formae 4. radici praefigitur. Sic ex futuro يُقْبِلُ imperativus أَقْبِلْ fit.

Imperativi ceterarum formarum, post litteras futuri personales pulsas, primae radicali quiescenti Elifam illam weslatam restituunt, quae in praeteritis radici praefigitur. Igitur ex futuris 7. 8. 10. يَسْتَقْبِلُ يَقْتَبِلُ يَنْقَبِلُ imperativi اِسْتَقْبِلْ اِقْتَبِلْ اِنْقَبِلْ finguntur.

422. In formis 9. ac 11. ac quadrilitterorum forma 4. اِقْبَالَّ اِقْبَلَّ اِقْمَطَرَّ imperativus, pariter atque futurum decurtatum par. 414. radicalem geminatam in duas consonantes dirimit. Sunt igitur harum formarum imperativi اِقْمَطْرِرْ اِقْبَالِلْ اِقْبَلِلْ.

423. Imperativus nervosus uterque easdem terminationes, quas in persona secunda futurum nervosum utrumque, adsciscit; par. 415. 416.

Infinitivi formae verbi primae.

424. Forma verborum prima, ut supra par. 395. dictum est, *nomina actionis* complura, sive infinitivos varios, fingit. Sed non omnibus his infinitivis singula verba utuntur. Multa verba sunt, quae in forma prima unum tantummodo, duosve infinitivos usurpant; sic ضَرَبَ *feriit* uno tantum infinitivo ضَرْبٌ *ferire* utitur, ac قَفَلَ *rediit* unum tantum infinitivum قُفُولٌ *reditus* habet. Alia verba tres quatuorve, alia quinque sexve infinitivos fingunt; sic قَبُحَ *deformis fuit* infinitivos habet قُبُوحٌ قُبَاحٌ قُبْحٌ قَبْحٌ قُبُوحَةٌ قَبَاحَةٌ *deformitas.*

425. Usitatissimas infinitivi species forma trilitterorum prima has habere dicitur:

1. فَعْلٌ	7. فَعَالٌ	13. فَعَلَةٌ	19. فُعْلَى	25. فَعَلَانٌ	31. فُعُولٌ
2. فُعْلٌ	8. فُعَالٌ	14. فَعِلَةٌ	20. فِعْلَى	26. فَعُولٌ	32. فُعُولَةٌ
3. فِعْلٌ	9. فِعَالٌ	15. فَعَالَةٌ	21. فَعَلَى	27. فَعُولَةٌ	33. مَفْعَلٌ
4. فَعَلٌ	10. فَعْلَةٌ	16. فُعَالَةٌ	22. فَعْلَانٌ	28. فَعِيلٌ	34. مَفْعَلَةٌ
5. فُعَلٌ	11. فُعْلَةٌ	17. فِعَالَةٌ	23. فُعْلَانٌ	29. فَعِيلَةٌ	35. مَفْعِلٌ
6. فِعَلٌ	12. فِعْلَةٌ	18. فَعْلَى	24. فِعْلَانٌ	30. فَعِلٌ	36. مَفْعِلَةٌ

Species rariores adiiciuntur hae:

37. تَفْعَالٌ 39. تَفْعِلَةٌ 41. مَفْعَلٌ 43. فَعْلُولَةٌ 45. فَعِيلَى 47. مَفْعُولٌ

38. تِفْعَالٌ 40. تَفْعِلَةٌ 42. مَفْعِلَةٌ 44. فَعَالِيَةٌ 46. فِعِّيلَى

426. Frequenter prae ceteris usurpatae reperiuntur species فَعْلٌ فَعَلٌ فُعُولٌ فَعَالَةٌ فُعُولَةٌ.

Verba transitiva formae فَعَلَ ac formae فَعِلَ plerumque infinitivum فَعْلٌ fingunt; ut قَبَضَ قَبْضٌ prehendit, فَهِمَ فَهْمٌ intellexit.

Verba intransitiva formae فَعَلَ pleraque infinitivum فُعُولٌ fingunt; ut قَعَدَ قُعُودٌ consedit, نَزَلَ نُزُولٌ descendit.

Verba intransitiva formae فَعِلَ pleraque infinitivum فَعَلٌ fingunt; ut فَزِعَ فَزَعٌ pavescebat, فَرِحَ فَرَحٌ gaudebat.

Verba intransitiva formae فَعُلَ pleraque infinitivos فَعَالَةٌ ac فُعُولَةٌ fingunt; ut سَهُلَ سَهَالَةٌ سُهُولَةٌ lenis fuit.

427. Verba *recusandi* infinitivo فِعَالٌ utuntur; ut نَفَرَ نِفَارٌ fugax fuit, أَبَى إِبَآءٌ noluit.

Verba *aegrotandi* infinitivo فُعَالٌ utuntur; ut سَعَلَ سُعَالٌ tussivit, صَدِعَ صُدَاعٌ cephalalgia laboravit.

Verba *motionum* infinitivo فَعَلَانٌ utuntur; ut ضَرَبَ ضَرَبَانٌ iter fecit, خَفَقَ خَفَقَانٌ palpitavit.

Verba *vocum* infinitivis فَعِيلٌ ac فُعَالٌ utuntur; ut نَبَحَ نَبِيحٌ نُبَاحٌ latravit, بَغَمَ بُغَامٌ mugiit.

Verba *artium* infinitivo فِعَالَةٌ utuntur; ut كَتَبَ كِتَابَةٌ scripsit, خَاطَ خِيَاطَةٌ suit, تَجَرَ تِجَارَةٌ mercator fuit.

Verba *colorum* infinitivo فُعْلَةٌ utuntur; ut خَضِرَ خُضْرَةٌ viruit, سَمِرَ سُمْرَةٌ fuscus fuit, كَدِرَ كُدْرَةٌ turbidus fuit.

428. Infinitivus تَفْعَالٌ actionem extensiorem vel intensiorem significare solet; ut نَبَحَ تَنْبَاحٌ latratus vehementior. Qui infinitivus propter Tâam radici praefixam rectius fortasse ex quarta verbi forma esse censetur; par. 371. art. 3. par. 432.

Infinitivum فُعَيْلَةٌ fingunt verba nonnulla defectiva; ut شَكِيَّةٌ شَكَى questus est.

Infinitivum فَعْلُولَةٌ fingunt verba nonnulla concava; ut دَيْمُومَةٌ دَامَ perennavit.

Atque sic verba infirma alia certas infinitivorum species prae ceteris fingunt. De qua re infra dicendum erit, ubi verborum infirmorum flexio exponetur.

429. Verba nonnulla, quae ad significationes varias traducuntur, singulis significationibus etiam certos infinitivos, inter se diversos, tribuunt; ut ضَرْبٌ ضَرَبَ feriit, ضِرَابٌ ضَرَبَ inivit admissarius, ضَرَبَانٌ ضَرَبَ iter fecit.

Atque item ea verba, quae sola secundae radicalis vocali, in formae primae praeterito ponenda, inter se differunt, infinitivos diversos fingere solent; ut رَجْلٌ رَجَلَ pedem feriit, رَجَلٌ رَجِلَ pedes fuit, رُجُولَةٌ رَجُلَ virilis fuit.

Quum vero non omnia verba ex regula certa infinitivos suos fingant, ex lexicis infinitivi discendi sunt, quibus singula verba utuntur.

430. Omnes infinitivos Ewaldus in duas classes dispertit. **Prima classis** veros infinitivos continet, qui a futuris derivati esse videntur, igiturque ipsa verba propinquiore cognatione attingunt; quemadmodum in sermone latino *amarem* et *amare*, *audirem* et *audire*, quadam cognatione coniuncta sunt. Ex quo genere sunt in verbis intransitivis يَفْعَلُ فَعِلَ infinitivus فَعَلٌ, atque in verbis adsimilatis يَعِدُ وَعَدَ infinitivus عِدَةٌ. Vide par. 244. art. 1. **Altera classis** nomina abstracta illa permulta continet, quibus, tanquam infinitivis, uti sermo arabicus sensim consuevit. Ex quo genere maior pars illorum infinitivorum est, quos par. 425. exposuimus. Ewald gramm. ar. vol. 1. pag. 377.

Infinitivi ceterarum verbi formarum.

431. Ceterae verbi formae infinitivos non ita multos, ut prima, fingunt; quin pleraeque uno tantum infinitivo utuntur. Ita autem harum formarum infinitivi finguntur, ut ipsi eas, quas singulae verbi formae solitae proprias habent, litteras retineant; par. 395. Porro horum infinitivorum plerique ante extremam radicalem inserunt vocalem *â* productam, quoniam vocalis longa ante extremam radicalem inserta generale quoddam

nominum abstractorum signum est. Atque illam *â* productam plerumque vocalis *i* praecedit; par. 359.

432. Forma *secunda* primitivos infinitivos فَعَّالٌ ac فِعَّالٌ habuisse videtur, pro quibus, Teschdîdo pulso, etiam فَعَالٌ فِعَالٌ ponebantur. Quorum infinitivorum exempla nonnulla reperiuntur, ut عَلَّامٌ عِلَّامٌ عَلَّمَ docere, أَذَّانٌ أَذَّنَ proclamare, أَدَّآءٌ أَدَّى persolvere. Atque poetae etiam participium passivum مُفَعَّلٌ pro infinitivo ponebant, ut مُقَدَّمٌ قَدَّمَ praecedere, Hamâs. pag. 187.

Deinde vero, quum فَعَّالٌ etiam nomen actoris intensius significaret par. 351., nomina تَفْعَالٌ تِفْعَالٌ تَفْعِلَةٌ تَفْعِيلٌ tanquam infinitivi ex forma quarta ad secundam traducta sunt, quia forma secunda ac quarta saepe significatione inter se concinunt. Quod Tâam, in forma quarta radici praefixam, adtinet, frequentius ea sermo aramaeus utitur; par. 371. art. 3. par. 428. Exempla illorum infinitivorum sunt تَعْلِيمٌ عَلَّمَ docere, بَصَّرَ تَبْصِرَةٌ illustrare, تَبْيَانٌ تِبْيَانٌ بَيَّنَ explicare. Quorum omnium usitatissimus est تَفْعِيلٌ.

433. Forma *tertia* primitivum infinitivum فِيعَالٌ habuisse videtur; nam propter *â* productam, quam infinitivus post secundam radicalem inserit, altera *â* producta, quam forma tertia post primam radicalem inserit, in Kesram convertitur; par. 359. Cuius infinitivi exemplum est قِيتَالٌ قَاتَلَ impugnare.

Sed quum *â* producta, quam infinitivus post secundam radicalem inserit, vocalem brevem aptiorem comitem habeat, par. 359. infinitivus فِيعَالٌ ubique fere in فِعَالٌ abiit; ut قِتَالٌ قَاتَلَ impugnare, خِلَافٌ خَالَفَ dissentire.

Denique, quum infinitivus فِعَالٌ signo formae tertiae careret, pro eo frequenter participium passivum formae tertiae مُفَاعَلَةٌ substituerunt; ut مُقَاتَلَةٌ قَاتَلَ impugnare, مُدَابَرَةٌ دَابَرَ adversari.

434. Forma *quarta* infinitivum إِفْعَالٌ habet; ut إِدْخَالٌ أَدْخَلَ intromittere.

Nonnulli formae quartae etiam infinitivos فَعَالٌ ac فَعَالَةٌ tribuunt, ex forma secunda fortasse huc traductos.

435. Forma *quinta* infinitivum primitivum تِفِعَّالٌ habuisse videtur, solito more formatum; ut تِحِمَّالٌ تَحَمَّلَ portare, تِكِلَّامٌ تَكَلَّمَ loqui, تِمِلَّاقٌ تَمَلَّقَ blandiri. Kâmûs Calecuttensis pro تِمِلَّاقٌ ponit تِمْلَاقٌ.

Sed in illius infinitivi locum forma quinta semper fere infinitivum paulo anomalum تَفَعُّلٌ substituit, qui pro *â* producta, post secundam radicalem inserenda, Dammam adsciscit; ut تَمَلُّقٌ تَمَلَّقَ blandiri. Quemadmodum etiam in aliis nominibus passim Fatcha, post secundam radicalem ponenda, cum Damma commutatur, ut تَحْلُبَةٌ تَحْلَبَةٌ تِحْلَابَةٌ lactarius.

Passim formam quintam etiam infinitivo فَعَّلَةٌ uti, ut خَيَّرَةٌ تَخَيَّرَ eligere, tradit Lumsden gramm. ar. pag. 245.

436. Forma *sexta* infinitivum primitivum اِفِّيعَالٌ habuisse videtur; ut اِدِّيرَاسٌ تَدَارَسَ legere; Lumsden loc. cit. Aliam speciem تَطَاعَنَ طِعِنَّانٌ dimicare, idem Lumsden addit. Kâmus Calecuttensis pro طِعِنَّانٌ ponit طِعْنَانٌ.

Iam vero semper fere forma sexta infinitivo anomalo تَفَاعُلٌ utitur, qui eodem modo, quo infinitivus anomalus formae quintae, conformatus est; ut تَجَالُدٌ تَجَالَدَ digladiari.

437. Reliquae formae infinitivis, ex generali regula par. 431. fictis, utuntur. Qui quidem sunt:

7. اِنْفِعَالٌ 9. اِفْعِلَالٌ 11. اِفْعِيلَالٌ 13. اِفْعِوَّالٌ 15. اِفْعِنْلَاءٌ

8. اِفْتِعَالٌ 10. اِسْتِفْعَالٌ 12. اِفْعِيعَالٌ 14. اِفْعِنْلَالٌ

Quorum infinitivorum Elifae weslatae, perinde ut in praeteritis, cum Kesra proferuntur.

438. Verba *quadrilittera* infinitivos ex generali regula par. 431. fingunt, excepta forma secunda, quae eodem infinitivo anomalo, quo forma trilitterorum quinta, utitur; par. 411. Igitur quadrilitterorum infinitivi hi sunt:

1. فِعْلَالٌ فَعْلَلَ 3. اِفْعِنْلَالٌ اِفْعَنْلَلَ

2. تَفَعْلُلٌ تَفَعْلَلَ 4. اِفْعِلَّالٌ اِفْعَلَلَّ

Forma prima etiam infinitivum فَعْلَلَةٌ fingit; ut دَحْرَجَةٌ دِحْرَاجٌ دَحْرَجَ volutare.

439. Passim, et maxime quidem apud antiquiores, etiam *participia passiva* pro infinitivis poni, iam ex iis, quae par. 432. 433. dicta sunt, conficitur. Sic posita inveniuntur:

in forma 1. مَرْفُوعٌ رَفَعَ currere; Sacy gr. ar. tom. 1. par. 628.

in forma 2. مُقَدَّمٌ قَدَّمَ praecedere; Hamâs. pag. 187.

in forma 3. مُجَانَبَةٌ جَانَبَ devitare; species usitatissima.

in forma 4. مُطْرَدٌ أَطْرَدَ pellere; Taraf. Moall. vers. 76; مُصَابٌ أَصَابَ adfligere; Sacy chrest. tom. 1. pag. 407.

in forma 5. مُتَحَوَّلٌ تَحَوَّلَ migrare; Hamâs. pag. 503; مُتَوَفًّى تُوُفِّيَ moriri; Taberistan. annal. vol. 2. pag. 128.

in forma 7. مُنْحَدَرٌ أَنْحَدَرَ descendere; Koseg. chrest. pag. 147. lin. 15; مُنْصَرَفٌ reditus, مُنْهَزَمٌ clades; Taberistan. annal. vol. 2. pag. 82. 126.

440. Saepius fit, ut aliqua verbi forma infinitivum ab alia forma mutuetur. Sic forma prima ac secunda etiam infinitivo تَفْعَالٌ utuntur, qui re vera ex forma quarta esse videtur; par. 428. 432. Atque ita forma quarta أَقْدَمَ *praecessit* etiam infinitivo formae secundae مُقَدَّمٌ utitur; Hamâs. pag. 187. Forma quinta تَوَضَّأَ *abluit se* plerumque infinitivo formae primae وُضُوءٌ utitur; Sacy gr. tom. 1. pag. 282.

Participia.

441. Forma prima participium activum قَابِلٌ fingit, par. 359; passivum مَقْبُولٌ par. 354.

Ceterarum formarum omnium participia, quum activa, tum passiva, radici syllabam *mu* praefigunt, vocalesque easdem, quas futura habent, consonantibus indunt; extrema syllaba in nûnationem desinit, nominum signum.

Solae excipiuntur formae 5. ac 6. quae secundae radicali in futuro activo Fatcham, in participio activo vero Kesram indunt, ut hac vocali participium activum a passivo distinguatur; itaque activa مُتَقَابِلٌ مُتَقَبِّلٌ ponuntur, passiva مُتَقَابَلٌ مُتَقَبَّلٌ. Sic igitur fit, ut secundae radicali participia activa omnia Kesram, passiva Fatcham tribuant.

Formae 9. ac 11. quae in passivum omnino non deflectuntur, participia مُقْبَلٌّ مُقْبَالٌّ habent; quae per contractionem pro مُقْبَلِلٌ مُقْبَالِلٌ ponuntur; par. 403. 114.

Itaque cum futuris activis sic concordant participia activa:

يُقْمَطِرُ يَسْتَقْبِلُ يَقْتَبِلُ يَنْقَبِلُ يُقْبِلُ يُقَابِلُ يُقَبِّلُ

مُقْمَطِرٌ مُسْتَقْبِلٌ مُقْتَبِلٌ مُنْقَبِلٌ مُقْبِلٌ مُقَابِلٌ مُقَبِّلٌ

atque cum futuris passivis sic participia passiva:

يُقْمَطَرُ يُسْتَقْبَلُ يُقْتَبَلُ يُنْقَبَلُ يُقْبَلُ يُقَابَلُ يُقَبَّلُ

مُقْمَطَرٌ مُسْتَقْبَلٌ مُقْتَبَلٌ مُنْقَبَلٌ مُقْبَلٌ مُقَابَلٌ مُقَبَّلٌ

442. Participia masculina in feminina convertuntur littera ة suffixa, quae interposita Fatcha cum extrema radicali coniungitur; ut in forma prima: مَقْبُولَةٌ قَابِلَةٌ. Nam terminatio *ah* vel *at* saepenumero genus femininum distinguit; par. 354. 400.

443. Nonnullarum verbi personarum terminationes, si pronomina suffixa cum iis coniunguntur, ex coalescendi legibus paulum mutantur. De qua re libro septimo, ubi de pronominibus disserendum erit, plura exponentur.

Caput quartum.

Flexio verbi sani.

444. Capitibus antecedentibus, quomodo omnium verborum tempora ac personae fingantur, in universum exposuimus. Iam vero superest, ut singularum verborum classium flexionem ita proponamus, ut uno in conspectu lectores eam videre, et quid suum quaeque classis proprium ac peculiare habeat, intelligere possint.

445. Quemadmodum radices in sanas, hamsatas, surdas, adsimilatas, concavas, defectivas, atque infirmiores, dividuntur, par. 336. sic etiam, quae ex iis prodeunt, verba in sana, hamsata, surda, adsimilata, concava, defectiva, atque infirmiora, dispertienda sunt.

Verba **sana** ٱلسَّالِمَةُ ea sunt, quae tres vel quatuor radicales consonantes habent. Quas radicales quum haec verba in omnibus fere formis, temporibus, personisque, integras retineant, flexio verbi sani ad generales

flectendi regulas, quas capite praecedente exposuimus, maxime accommodata, atque igitur quasi legitima est. Ceterorum verborum flexio vero a generalibus illis regulis magis minusve recedit; par. 336. ad finem.

446. Trilitteri sani forma prima activa haec est:

praeteritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	قَبَلَ	قَبَلَتْ	قَبَلَا	قَبَلَتَا	قَبَلُوا	قَبَلْنَ
2.	قَبَلْتِ	قَبَلْتَ	قَبَلْتُمَا		قَبَلْتُمْ	قَبَلْتُنَّ
1.	قَبَلْتُ				قَبَلْنَا	

futurum indicativum

3.	يَقْبَلُ	تَقْبَلُ	يَقْبَلَانِ	تَقْبَلَانِ	يَقْبَلُونَ	يَقْبَلْنَ
2.	تَقْبَلُ	تَقْبَلِينَ	تَقْبَلَانِ		تَقْبَلُونَ	تَقْبَلْنَ
1.	أَقْبَلُ				نَقْبَلُ	

futurum subiunctivum

3.	يَقْبَلَ	تَقْبَلَ	يَقْبَلَا	تَقْبَلَا	يَقْبَلُوا	يَقْبَلْنَ
2.	تَقْبَلَ	تَقْبَلِي	تَقْبَلَا		تَقْبَلُوا	تَقْبَلْنَ
1.	أَقْبَلَ				نَقْبَلَ	

futurum decurtatum

3.	يَقْبَلْ	تَقْبَلْ	يَقْبَلَا	تَقْبَلَا	يَقْبَلُوا	يَقْبَلْنَ
2.	تَقْبَلْ	تَقْبَلِي	تَقْبَلَا		تَقْبَلُوا	تَقْبَلْنَ
1.	أَقْبَلْ				نَقْبَلْ	

futurum nervosum grave

3.	يَقْبَلَنَّ	تَقْبَلَنَّ	يَقْبَلَانِّ	تَقْبَلَانِّ	يَقْبَلُنَّ	يَقْبَلْنَانِّ
2.	تَقْبَلَنَّ	تَقْبَلِنَّ	تَقْبَلَانِّ		تَقْبَلُنَّ	تَقْبَلْنَانِّ
1.	أَقْبَلَنَّ				نَقْبَلَنَّ	

futurum nervosum leve

3.	يَقْبَلَنْ	تَقْبَلَنْ			يَقْبَلُنْ	
2.	تَقْبَلَنْ	تَقْبَلِنْ			تَقْبَلُنْ	
1.	أَقْبَلَنْ				نَقْبَلَنْ	

imperativus

2. اُقْبُلْنَ اُقْبُلُوا اُقْبُلَا اُقْبُلِي اُقْبُلْ

imperativus nervosus gravis

2. اُقْبُلْنَانِّ اُقْبُلُنَّ اُقْبُلَانِّ اُقْبُلِنَّ اُقْبُلَنَّ

imperativus nervosus levis

2. اُقْبُلُنْ اُقْبُلِنْ اُقْبُلَنْ

infinitivus	participium
قَبَالَةٌ	قَابِلٌ

447. Praeterea, quod flectendam formam primam activam adtinet, haec tenenda sunt:

1. quae verba in praeterito secundae radicali Kesram vel Dammam indunt, eam in omnibus praeteriti personis retinent; par. 372. 402.

2. quae verba in praeterito duabus primis radicalibus Kesram indunt, quae quidem rarissima sunt, ea insolitas illas vocales in omnibus praeteriti personis retinent; par. 388. art. 1.

3. quae verba Tâam extremam radicalem habent, eam cum Tâa syllabarum praeteriti personalium تُنَّ تُمْ تُمَا تُ تِ تَ in ipsa scriptura coniungunt, Teschdîdo posito; par. 401.

4. quae verba aliquam ex litteris ظ ط ص ذ د ث extremam radicalem habent, eam cum Tâa syllabarum praeteriti personalium تِ تَ تُنَّ تُمْ تُمَا تُ in pronuntiatione coniungunt; par. 401.

5. quae verba Nûnam radicalem extremam habent, eam cum Nûna syllabarum praeteriti personalium نَا نَ in scriptura coniungunt, Teschdîdo posito; par. 401.

6. quae verba in futuro atque imperativo secundae radicali Fatcham vel Kesram indunt, hanc vocalem in omnibus futuri imperativique personis retinent; par. 406.

7. quae imperativo praefigitur Elifa weslata, cum Damma profertur si secunda radicalis Dammam habet; cum Kesra vero, si secunda radicalis Kesram vel Fatcham habet; par. 419.

8. infinitivi finguntur varii, de quibus par. 425. exposuimus.

448. Trilitteri sani forma prima passiva haec est:

praeteritum

	sing.	dual.	plural.
3.	قُبِلَ قُبِلَتْ	قُبِلَا قُبِلَتَا	قُبِلُوا قُبِلْنَ
2.	قُبِلْتَ قُبِلْتِ	قُبِلْتُمَا	قُبِلْتُمْ قُبِلْتُنَّ
1.	قُبِلْتُ		قُبِلْنَا

futurum indicativum

3.	يُقْبَلُ تُقْبَلُ	يُقْبَلَانِ تُقْبَلَانِ	يُقْبَلُونَ يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلُ تُقْبَلِينَ	تُقْبَلَانِ	تُقْبَلُونَ تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلُ		نُقْبَلُ

futurum subiunctivum

3.	يُقْبَلَ تُقْبَلَ	يُقْبَلَا تُقْبَلَا	يُقْبَلُوا يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلَ تُقْبَلِي	تُقْبَلَا	تُقْبَلُوا تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلَ		نُقْبَلَ

futurum decurtatum

3.	يُقْبَلْ تُقْبَلْ	يُقْبَلَا تُقْبَلَا	يُقْبَلُوا يُقْبَلْنَ
2.	تُقْبَلْ تُقْبَلِي	تُقْبَلَا	تُقْبَلُوا تُقْبَلْنَ
1.	أُقْبَلْ		نُقْبَلْ

futurum nervosum grave

3.	يُقْبَلَنَّ تُقْبَلَنَّ	يُقْبَلَانِّ تُقْبَلَانِّ	يُقْبَلُنَّ يُقْبَلْنَانِّ
2.	تُقْبَلَنَّ تُقْبَلِنَّ	تُقْبَلَانِّ	تُقْبَلُنَّ تُقْبَلْنَانِّ
1.	أُقْبَلَنَّ		نُقْبَلَنَّ

futurum nervosum leve

3.	يُقْبَلَنْ تُقْبَلَنْ		يُقْبَلُنْ
2.	تُقْبَلَنْ تُقْبَلِنْ		تُقْبَلُنْ
1.	أُقْبَلَنْ		نُقْبَلَنْ

participium

مَقْبُولٌ

449. Praeteritum passivum verborum trilitterorum omnium in prima forma primae radicali Dammam, secundae Kesram, indit; par. 390.

Futurum passivum verborum trilitterorum omnium in prima forma secundae radicali Fatcham indit; par. 412.

Quae par. 447. art. 3. 4. 5. exposita sunt, etiam in praeteritum passivum cadunt.

Quum passiva imperativum non fingant, pro imperativo passivo futurum decurtatum passivum ponitur; ut لِيُفْعَلْ ذٰلِكَ utinam fiat hoc! par. 393. art. 3. a.

450. Ceterarum trilitteri sani formarum singula tempora, cum formae primae temporibus uno in conspectu proposita, haec sunt:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	قَبَلَ	يَقْبُلُ	ٱقْبُلْ	قَابِلٌ	قَبْلٌ	قُبِلَ	يُقْبَلُ	مَقْبُولٌ
2.	قَبَّلَ	يُقَبِّلُ	قَبِّلْ	مُقَبِّلٌ	تَقْبِيلٌ	قُبِّلَ	يُقَبَّلُ	مُقَبَّلٌ
3.	قَابَلَ	يُقَابِلُ	قَابِلْ	مُقَابِلٌ	مُقَابَلَةٌ	قُوبِلَ	يُقَابَلُ	مُقَابَلٌ
4.	أَقْبَلَ	يُقْبِلُ	أَقْبِلْ	مُقْبِلٌ	إِقْبَالٌ	أُقْبِلَ	يُقْبَلُ	مُقْبَلٌ
5.	تَقَبَّلَ	يَتَقَبَّلُ	تَقَبَّلْ	مُتَقَبِّلٌ	تَقَبُّلٌ	تُقُبِّلَ	يُتَقَبَّلُ	مُتَقَبَّلٌ
6.	تَقَابَلَ	يَتَقَابَلُ	تَقَابَلْ	مُتَقَابِلٌ	تَقَابُلٌ	تُقُوبِلَ	يُتَقَابَلُ	مُتَقَابَلٌ
7.	ٱنْقَبَلَ	يَنْقَبِلُ	ٱنْقَبِلْ	مُنْقَبِلٌ	ٱنْقِبَالٌ	ٱنْقُبِلَ	يُنْقَبَلُ	مُنْقَبَلٌ
8.	ٱقْتَبَلَ	يَقْتَبِلُ	ٱقْتَبِلْ	مُقْتَبِلٌ	ٱقْتِبَالٌ	ٱقْتُبِلَ	يُقْتَبَلُ	مُقْتَبَلٌ
9.	ٱقْبَلَّ	يَقْبَلُّ	ٱقْبَلِلْ	مُقْبَلٌّ	ٱقْبِلَالٌ			
10.	ٱسْتَقْبَلَ	يَسْتَقْبِلُ	ٱسْتَقْبِلْ	مُسْتَقْبِلٌ	ٱسْتِقْبَالٌ	ٱسْتُقْبِلَ	يُسْتَقْبَلُ	مُسْتَقْبَلٌ
11.	ٱقْبَالَّ	يَقْبَالُّ	ٱقْبَالِلْ	مُقْبَالٌّ	ٱقْبِيلَالٌ			
12.	ٱقْبَوْبَلَ	يَقْبَوْبِلُ	ٱقْبَوْبِلْ	مُقْبَوْبِلٌ	ٱقْبِيبَالٌ	ٱقْبُوبِلَ	يُقْبَوْبَلُ	مُقْبَوْبَلٌ
13.	ٱقْبَوَّلَ	يَقْبَوِّلُ	ٱقْبَوِّلْ	مُقْبَوِّلٌ	ٱقْبِوَّالٌ	ٱقْبُوِّلَ	يُقْبَوَّلُ	مُقْبَوَّلٌ
14.	ٱقْبَنْلَلَ	يَقْبَنْلِلُ	ٱقْبَنْلِلْ	مُقْبَنْلِلٌ	ٱقْبِنْلَالٌ	ٱقْبُنْلِلَ	يُقْبَنْلَلُ	مُقْبَنْلَلٌ
15.	ٱقْبَنْلَى	يَقْبَنْلِي	ٱقْبَنْلِ	مُقْبَنْلٍ	ٱقْبِنْلَاءٌ	ٱقْبُنْلِيَ	يُقْبَنْلَى	مُقْبَنْلًى

451. De quarum formarum flexione haec adnotanda sunt:

1. singularum personarum terminationes eaedem, quae in forma prima, sunt; par. 399.

2. quae par. 447. art. 3. 4. 5. exposita sunt, etiam in harum formarum praeterita cadunt.

3. formae 9. ac 11. radicalem geminatam in duas consonantes, interposita vocali, dirimunt quotiescunque extrema quiescens ponenda est; igitur scribuntur اِقْبَلَّ اِقْبَلَّتْ اِقْبَلَلْتَ اِقْبَلُّوا اِقْبَلَلْنَ اِقْبَلَلْتُمْ اِقْبَلَلْنَا ac sic reliqua. Quod ex regula par. 202. art. 5. fit; vide par. 403. 414. 422. Ita etiam verba surda flectuntur; par. 490.

4. forma 5. in Korâno passim speciem rariorem اِقَّبَّلَ يَقَّبَّلُ اِقَّبَّلْ مُقَّبِّلٌ induit; par. 201. art. c. 388. art. 2. Porro Tâa, quae radici praefigenda est, a poetis nonnunquam supprimitur, si eam antecedit Tâa praefixa, quae nonnullas futuri personas distinguit; par. 376.

5. forma 6. in Korâno passim speciem rariorem اِقَّابَلَ يَقَّابَلُ اِقَّابَلْ مُقَّابِلٌ induit; par. 201. art. c. 388. art. 3. Porro Tâa, quae radici praefigenda est, a poetis nonnunquam supprimitur, si eam antecedit Tâa praefixa, quae nonnullas futuri personas distinguit; par. 377.

6. forma 7. praefigendam Nûnam cum prima radicali Nûna vel Mîma, Teschdîdo posito, coniungit; igitur pro اِنْنَصَرَ اِنْمَعَطَ iam اِنَّصَرَ اِمَّعَطَ ponuntur; par. 378. Sed اِنْمَعَطَ quoque ponitur; Kâmûs pag. 971.

7. forma 8. inserendam Tâam cum prima radicali Tâa, Teschdîdo posito, coniungit; igitur forma octava verbi تَبِعَ est اِتَّبَعَ.

8. forma 8. Tâam post primas radicales ظ ط ض ص ز ذ د ث ش س inserendam ita immutat, ut haec Tâa illis radicalibus propinquior fiat; par. 201. c. 205. 379. Igitur:

verbum ثَبَتَ pro اِثْتَبَتَ ponit اِثَّبَتَ et اِتَّبَتَ

verbum دَرَكَ pro اِدْتَرَكَ ponit اِدَّرَكَ

verbum ذَكَرَ pro اِذْتَكَرَ ponit اِذْدَكَرَ et اِذَّكَرَ et اِدَّكَرَ

verbum زَلَفَ pro اِزْتَلَفَ ponit اِزْدَلَفَ et اِزَّلَفَ

verbum صَبَغَ pro اِصْتَبَغَ ponit اِصْطَبَغَ

verbum ضَرَبَ pro اِضْتَرَبَ ponit اِضْطَرَبَ et اِضَّرَبَ et اِطَّرَبَ

verbum طَبَعَ pro اِطْتَبَعَ ponit اِطَّبَعَ
verbum ظَلَمَ pro اِظْتَلَمَ ponit اِظَّلَمَ et اِطَّلَمَ et اِظْلَمَ
verbum سَمَعَ pro اِسْتَمَعَ rarius ponit اِسَّمَعَ
verbum شَبَهَ pro اِشْتَبَهَ rarius ponit اِشَّبَهَ

9. forma octava اِفْتَعَلَ rarius, si prima radicalis ex litteris ت ث ج د ذ ز س ش ص ض ط ظ est, in فَعَّلَ يَفَعِّلُ vel فِعِّلَ يَفِعِّلُ vel فِعَّلَ يِفِعِّلُ vel فَعَّلَ يَفَعِّلُ mutatur. Cuius formae contractae participium مُفَعِّلٌ vel مُفِعِّلٌ vel مُفُعِّلٌ est; par. 388. art. 4.

10. forma 15. quae ad finem radicis Jâam adiicit, eam ob causam in fine pari modo ut verbum defectivum flectitur; cuius flexio capite nono exponetur.

452. Quadrilitteri sani formarum singula tempora haec sunt:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	قَمْطَرَ	يُقَمْطِرُ	قَمْطِرْ	مُقَمْطِرٌ	قَمْطَرَةٌ	قُمْطِرَ	يُقَمْطَرُ	مُقَمْطَرٌ
2.	تَقَمْطَرَ	يَتَقَمْطَرُ	تَقَمْطَرْ	مُتَقَمْطِرٌ	تَقَمْطُرٌ	تُقُمْطِرَ	يُتَقَمْطَرُ	مُتَقَمْطَرٌ
3.	اِقْمَنْطَرَ	يَقْمَنْطِرُ	اِقْمَنْطِرْ	مُقْمَنْطِرٌ	اِقْمِنْطَارٌ	اُقْمُنْطِرَ	يُقْمَنْطَرُ	مُقْمَنْطَرٌ
4.	اِقْمَطَرَّ	يَقْمَطِرُّ	اِقْمَطْرِرْ	مُقْمَطِرٌّ	اِقْمِطْرَارٌ	اُقْمُطِرَّ	يُقْمَطَرُّ	مُقْمَطَرٌّ

453. De quarum formarum flexione haec adnotanda sunt:

1. singulae personae pari modo, ut in verbo trilittero, finguntur; igitur ponuntur قَمْطَرَ قَمْطَرْتُ قَمْطَرْتَ قَمْطَرُوا قَمْطَرْنَ ac sic reliqua.

2. forma 1. etiam infinitivum قِمْطَارٌ fingit, ad generalem regulam magis accommodatum; par. 438. Verbum سَلْقَى *supinavit* infinitivo سِلْقٌ utitur, qui ex trilittero سَلَقَ *supinavit* formatus est; Kâmûs pag. 1290.

3. forma 4. radicalem geminatam in duas consonantes, interposita vocali, dirimit quotiescunque extrema quiescens ponenda est; ut اِقْمَطَرَّ اِقْمَطْرَرْتُ اِقْمَطْرَرْتَ اِقْمَطَرُّوا اِقْمَطْرَرْنَ. Quod ex regula par. 202. art. 5. fit; vid. par. 403. 414. 422. 451. art. 3. par. 490.

4. verbum سَلْقَى *supinavit* ad modum octavae trilitterorum formae, Tâa inserta, formam ٱسْتَلْقَى *supinatus est* fingit.

5. flexio verbi هَيْمَنَ ab أَمِنَ derivati, ac verbi هَاتَى ab أَتَى derivati, exponentur capite proximo par. 465; flexio verbi هَرَاقَ ab رَاقَ derivati capite octavo par. 538.

Caput quintum.

Flexio verbi hamsati.

454. Verba **hamsata** ٱلْمَهْمُوزُ ea sunt, ex quorum radicalibus Elifa hamsata, sive vocalis *a* praemisso spiritu sustentata, est; par. 336. art. 5. Quae Elifa hamsata in horum verborum flexione ex praecepto legum grammaticarum, quae par. 219. 220. ac libri tertii capite tertio par. 221—242. exposita sunt, certis modis variatur. Ex qua re tota verborum hamsatorum flexio pendet.

455. Quarum legum quasi summa haec est. Si generales flexionis leges Elifae hamsatae radicali vocalem *a* adiungere iubent, ut in praeterito activo سَأَلَ *quaesivit*, tum ipsa Elifa illa, sive *a* radicalis, retinetur. Si vero leges flexionis Elifae hamsatae vocalem *i* adiungere iubent, ut in praeterito passivo سُئِلَ *quaestus est*, tum Elifa illa, sive *a* radicalis, in *i* convertitur, ideoque littera Jâa significatur. Si leges flexionis Elifae hamsatae vocalem *u* adiungere iubent, ut in participio passivo مَسْؤُولٌ *quaestus*, tum Elifa illa, sive *a* radicalis, in *u* convertitur, ideoque littera Wâwa significatur. Spiritus vero, qui vocali illi radicali praemittendus est, adposita Hamsa indicatur.

Denique Elifa hamsata radicalis, quia ipsa sonus tenuis mollisque est, pronuntiatione rapidiore adhibita, nonnunquam prorsus pellitur; par. 221.

456. Quum Elifam hamsatam alia verba primam radicalem, alia secundam, alia tertiam habeant, tria trilitterorum hamsatorum genera sunt.

1. *Verbum hamzatum, quod Elifam hamzatam primam radicalem habet.*

457. Flexio verbi أَمَلَ *speravit* haec est:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	أَمَلَ	يَأْمُلُ	أُومُلْ	آمِلٌ	أَمْلٌ	أُمِلَ	يُؤْمَلُ	مَأْمُولٌ
2.	أَمَّلَ	يُؤَمِّلُ	أَمِّلْ	مُؤَمِّلٌ	تَأْمِيلٌ	أُمِّلَ	يُؤَمَّلُ	مُؤَمَّلٌ
3.	آمَلَ	يُؤَامِلُ	آمِلْ	مُؤَامِلٌ	مُؤَامَلَةٌ	أُومِلَ	يُؤَامَلُ	مُؤَامَلٌ
4.	آمَلَ	يُؤْمِلُ	آمِلْ	مُؤْمِلٌ	إِيمَالٌ	أُومِلَ	يُؤْمَلُ	مُؤْمَلٌ
5.	تَأَمَّلَ	يَتَأَمَّلُ	تَأَمَّلْ	مُتَأَمِّلٌ	تَأَمُّلٌ	تُؤُمِّلَ	يُتَأَمَّلُ	مُتَأَمَّلٌ
6.	تَآمَلَ	يَتَآمَلُ	تَآمَلْ	مُتَآمِلٌ	تَآمُلٌ	تُؤُومِلَ	يُتَآمَلُ	مُتَآمَلٌ
7.	اِنْأَمَلَ	يَنْأَمِلُ	اِنْأَمِلْ	مُنْأَمِلٌ	اِنْيِمَالٌ	اُنْوُمِلَ	يُنْأَمَلُ	مُنْأَمَلٌ
8.	اِيتَمَلَ	يَأْتَمِلُ	اِيتَمِلْ	مُؤْتَمِلٌ	اِيتِمَالٌ	اُوتُمِلَ	يُؤْتَمَلُ	مُؤْتَمَلٌ
10.	اِسْتَأْمَلَ	يَسْتَأْمِلُ	اِسْتَأْمِلْ	مُسْتَأْمِلٌ	اِسْتِيمَالٌ	اُسْتُومِلَ	يُسْتَأْمَلُ	مُسْتَأْمَلٌ

458. Elifa hamzata dammata, quae in formis passivis أُمِّلَ أُمِلَ ceterisque ab initio vocabuli ponenda est, integra retinetur ex praecepto par. 222. art. 1.

459. Si imperativus formae primae Elifam weslatam praefixam cum Kesra profert, par. 419. tum Elifa hamzata necessario in Jâam convertitur; par. 223. Igitur verba أَثَمَ يَأْثِمُ ac أَمِنَ يَأْمَنُ fingunt imperativos formae primae اِيثِمْ اِيمَنْ.

460. Imperativus formae primae quattuor verborum أَخَذَ cepit, أَكَلَ comedit, أَمَرَ iussit, أَتَى venit, pronuntiatione rapidiore adhibita, Elifam hamzatam cum praemittenda vocali pellit. Ponuntur igitur imperativi خُذْ cape, كُلْ comede, مُرْ iube, تِهْ veni; par. 367. Atque sic personae reliquae خُذِي خُذُوا خُذْنَ. Vide par. 222. art. 1. b.

Formas pleniores ac legitimas أُؤْكُلْ أُؤْمُرْ أَيْتِ poetae nonnunquam ponunt.

Si his imperativis particula وَ vel particula فَ praefigitur, tum plerumque Elifa weslata cum vocali sua quidem pellitur, Elifa hamsata quiescens vero retinetur. Ponuntur igitur وَأْمُرْ ac iube! فَأْمُرْ itaque iube! فَأْتِ itaque veni! فَأْتُوا itaque venite! par. 226.

461. Forma sexta Elifam hamsatam nonnunquam in Wâwam convertit; igitur pro تَآمَنَ etiam تَوَامَنَ ponitur; par. 235. art. 1.

A qua forma sexta recentiores scriptores Arabes nonnulli formam tertiam وَامَنَ derivant, quasi Wâwa prima radicalis sit. Sic enim a radice أَخَا frater fuit, derivantur forma sexta تَوَاخَوْا fratres se habuerunt, ac forma tertia وَاخَى fratrem habuit aliquem.

462. Forma octava verbi أَخَذَ *cepit* Elifam hamsatam in sequentem Tâam transformat; par. 201. d. 227. Igitur pro أَيْتَخَذَ semper اِتَّخَذَ ponitur, ac sic porro مُتَّخَذٌ يَتَّخِذُ اُتُّخِذَ اِتِّخَاذٌ مُتَّخِذٌ اِتَّخِذْ يَتَّخِذُ.

Verba أَزَرَ *circumdedit* ac أَجَرَ *mercede conduxit* interdum pro أَيْتَزَرَ أَيْتَجَرَ formas eodem modo contractas اِتَّزَرَ اِتَّجَرَ ponunt.

463. Elifa hamsata interdum ita emollitur, ut ipsa in vocalem productam dissolvatur, unde fit, ut pro يُؤْكَلُ اِسْتَأْجَرَ nonnunquam يُوكَلُ اِسْتَاجَرَ ponantur; par. 226. Quod tum maxime fit, si duae Elifae hamsatae continuae ponendae essent; quapropter pro أَأْمَنَ أُؤْمِنَ إِئْمَانٌ etiam آمَنَ أُومِنَ إِيمَانٌ ponuntur; par. 241.

464. Verbum أَسَدَ *conviciatus est* in forma 4. ac 10. Elifam hamsatam quiescentem nonnunquam in vocalem *u* dissolvit; igitur pro أَأْسَدَ اِسْتَأْسَدَ etiam أَوْسَدَ اِسْتَوْسَدَ ponuntur.

465. Verbum أَمِنَ *securus fuit*, praeter formam quartam آمَنَ *credidit*, etiam aliam quasi formam quartam هَيْمَنَ *securum reddidit, dixit: amen*, ex aramaeo ܗܝܡܢ sumtam, habet; par. 375. Quae forma peregrina ut verbum quadrilitterum flectitur: هَيْمَنَ يُهَيْمِنُ هَيْمِنْ مُهَيْمِنٌ.

Verbum أَتَى *venit*, praeter formam quartam آتَى *attulit*, etiam aliam formam quartam vel tertiam هَاتَى *attulit*, hebraeo more fictam, habet; par. 375. Quae forma anomala ut verbum quadrilitterum flectitur: هَاتَى يُهَاتِي هَاتِ مُهَاتٍ.

2. *Verbum hamsatum, quod Elifam hamsatam alteram radicalem habet.*

466. Flexio verbi سَأَلَ *quaesivit* haec est:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	سَأَلَ	يَسْأَلُ	اِسْأَلْ	سَائِلٌ	سُؤَالٌ	سُئِلَ	يُسْأَلُ	مَسْؤُولٌ
2.	سَأَّلَ	يُسَئِّلُ	سَئِّلْ	مُسَئِّلٌ	تَسْئِيلٌ	سُئِّلَ	يُسَأَّلُ	مُسَأَّلٌ
3.	سَاءَلَ	يُسَائِلُ	سَائِلْ	مُسَائِلٌ	مُسَاءَلَةٌ	سُوئِلَ	يُسَاءَلُ	مُسَاءَلٌ
4.	أَسْأَلَ	يُسْئِلُ	أَسْئِلْ	مُسْئِلٌ	إِسْآلٌ	أُسْئِلَ	يُسْأَلُ	مُسْأَلٌ
5.	تَسَأَّلَ	يَتَسَأَّلُ	تَسَأَّلْ	مُتَسَئِّلٌ	تَسَؤُّلٌ	تُسُئِّلَ	يُتَسَأَّلُ	مُتَسَأَّلٌ
6.	تَسَاءَلَ	يَتَسَاءَلُ	تَسَاءَلْ	مُتَسَائِلٌ	تَسَاؤُلٌ	تُسُوئِلَ	يُتَسَاءَلُ	مُتَسَاءَلٌ
7.	اِنْسَأَلَ	يَنْسَئِلُ	اِنْسَئِلْ	مُنْسَئِلٌ	اِنْسِئَالٌ	اُنْسُئِلَ	يُنْسَأَلُ	مُنْسَأَلٌ
8.	اِسْتَأَلَ	يَسْتَئِلُ	اِسْتَئِلْ	مُسْتَئِلٌ	اِسْتِئَالٌ	اُسْتُئِلَ	يُسْتَأَلُ	مُسْتَأَلٌ
10.	اِسْتَسْأَلَ	يَسْتَسْئِلُ	اِسْتَسْئِلْ	مُسْتَسْئِلٌ	اِسْتِسْآلٌ	اُسْتُسْئِلَ	يُسْتَسْأَلُ	مُسْتَسْأَلٌ

Pro تَسَوُّلٌ سَأَّلَ adcuratius ponuntur تَسَؤُّلٌ سَأَلَ cum adiecta Hamsa.

467. Verba ea, quae Elifam hamsatam alteram radicalem habent, eique in praeterito Dammam vel Kesram indunt, ex generali regula par. 455. pro Elifa hamsata dammata Wâwam hamsatam, pro Elifa hamsata kesrata Jâam hamsatam ponunt. Scribuntur igitur صَؤُلَ يَصْؤُلُ saeviit, رَئِمَ يَرْأَمُ amavit.

468. Elifa hamsata, eaque fatchata, quae altera radicalis est, nonnunquam Hamsa solitaria significatur, ut يَسْــَٔلُ quaeret, يَــْٔنُ respiciet; par. 158. 163.

Quin interdum Elifa hamsata fatchata, quae post Sukûnum ponenda esset, pronuntiatione rapidiore adhibita, prorsus pellitur; eiusque vocalis in consonantem antecedentem, quae quiescens fuerat, transfertur; par. 230. Sic pro يَسْأَلُ quaeret, يَرْأَى videbit, اِسْأَلْ quaere, iam يَسَلُ يَرَى اِسَلْ vel سَلْ ponuntur; par. 222. art. 1. d. Si imperativo سَلْ coniunctio وَ praefigitur, tum cum Elifa tenui revocata وَٱسْأَلْ scribi solet; par. 460.

469. Rarius fit, ut Elifa hamsata, quae altera radicalis est, in vocalem, id est *â* productam, dissolvatur, eoque facto, haec verba sicut concava flectantur; par. 241. 463. Sic pro سَأَلَ يَسْأَلُ مَأَنَ سَأَّلَ rarius سَالَ يَسَالُ مَانَ سَيَّلَ ponuntur.

470. Rarius hoc quoque fit, ut post vocalem *â* productam altera radicalis hamsata in semivocalem convertatur; sic enim pro سَاءَلَ تَسَاءَلَ etiam سَايَلَ تَسَاوَلَ scribuntur; par. 235. art. 2.

Pro Hamsa solitaria, quae in يَسْءَلُ يَمْءَنُ ponitur, nonnunquam signum ء substituitur, quod Jâam fatchatam indicare videtur; tum igitur يَسْـئَلُ يَمْـئَنُ scribuntur; par. 231.

3. *Verbum hamsatum, quod Elifam hamsatam tertiam radicalem habet.*

471. Flexio verbi بَرَأَ *convaluit* haec est:

	Activ. praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	Passiv. praet.	fut.	partic.
1.	بَرَأَ	يَبْرُؤُ	اُبْرُؤْ	بَارِئٌ	بُرْءٌ	بُرِئَ	يُبْرَأُ	مَبْرُوؤٌ
2.	بَرَّأَ	يُبَرِّئُ	بَرِّئْ	مُبَرِّئٌ	تَبْرِئَةٌ	بُرِّئَ	يُبَرَّأُ	مُبَرَّأٌ
3.	بَارَأَ	يُبَارِئُ	بَارِئْ	مُبَارِئٌ	مُبَارَأَةٌ	بُورِئَ	يُبَارَأُ	مُبَارَأٌ
4.	أَبْرَأَ	يُبْرِئُ	أَبْرِئْ	مُبْرِئٌ	إِبْرَآءٌ	أُبْرِئَ	يُبْرَأُ	مُبْرَأٌ
5.	تَبَرَّأَ	يَتَبَرَّأُ	تَبَرَّأْ	مُتَبَرِّئٌ	تَبَرُّؤٌ	تُبُرِّئَ	يُتَبَرَّأُ	مُتَبَرَّأٌ
6.	تَبَارَأَ	يَتَبَارَأُ	تَبَارَأْ	مُتَبَارِئٌ	تَبَارُؤٌ	تُبُورِئَ	يُتَبَارَأُ	مُتَبَارَأٌ
7.	آنْبَرَأَ	يَنْبَرِئُ	آنْبَرِئْ	مُنْبَرِئٌ	آنْبِرَآءٌ	آنْبُرِئَ	يُنْبَرَأُ	مُنْبَرَأٌ

8. ابترأ يبترئ ابترئ مبترئ ابتراء ابترئ يبترأ مبترأ

10. استبرأ يستبرئ استبرئ مستبرئ استبراء استبرئ يستبرأ مستبرأ

472. Verba ea, quae Elifam hamsatam tertiam radicalem habent, eique in praeterito Dammam vel Kesram praemittunt, ex regulis par. 219. art. 4. 236. pro Elifa hamsata, cui Damma praemittitur, Wâwam ponunt; pro Elifa hamsata, cui Kesra praemittitur, Jâam. Scribuntur igitur دنؤ دنؤت دنؤت vilem esse, ملئ ملئت ملئت plenum esse.

Sic etiam in futuris imperativisque tertia radicalis hamsata, si *u* praecedit, in Wâwam mutatur; si *i* praecedit, in Jâam convertitur, si *a* praecedit, Elifa retinetur. Scribuntur igitur يدنؤ ادنؤ يهنئ اهنئ يملأ املأ.

Rarius pro يبرؤ ponitur يبرأ Kâm. pag. 9. Pro يملأ etiam يملو scribitur, par. 234; quod tum plerumque fit, si pronomen aliquod suffixum est, ut يملوه implet eum.

473. Nonnunquam ea verba, quae tertiam radicalem hamsatam habent, non secus scribuntur flectunturque, ac si defectiva essent, sive tertiam radicalem haberent vocalem productam; par. 336. art. 4. Quum enim iuxta radices hamsatae defectivaeque in vocalem desinant, quaedam inter eas cognatio intercedit. Igitur pro hamsatis برأ creavit, أطفأ exstinxit, بدأ بدأت بدأت incepit, nonnunquam defectiva برا أطفا بدا بدت بديت ponuntur; pro participio hamsato مبروء interdum participium defectivum مبرو ponitur; par. 238. 239. Atque inde fit, ut hamsatorum forma secunda infinitivo تفعلة utatur, quem defectiva fingere solent; par. 463. 468. Sacy gr. tom. 2. par. 895; Ewald gr. vol. 1. par. 427.

474. Verba *hamsata quadrilittera* ex iisdem regulis, quas hamsata trilittera sequuntur, Elifam hamsatam modo retinent, modo in Wâwam vel Jâam convertunt. Ponuntur igitur:

Forma 1. دأدأ يدأدئ دأدئ currere. Forma 2. تدأدأ يتدأدأ تدأدأ.

Forma 1. طَمَانَ طَمِينَ يَطْمِينُ reclinare. Forma 4. يَطْمِينُ اَطْمَانَّ

اَطْمَانِنْ. Pro imperativo اَطْمَانِنْ per contractionem etiam اَطْمِينَّ ponitur.

Forma 3. اَسْلَنْطَا اَسْلَنْطَى يَسْلَنْطِي se erigere.

Caput sextum.

Flexio verbi surdi.

475. Verba **surda** sive **solida** اَلْاَصَمُّ plur. اَلصُّمُّ ea sunt, quorum radix re vera e duabus consonantibus radicalibus ac vocali brevi intermedia constare videtur, ut مد *mad*, مر *mar*, sed, simul ut ipsa in vocabula perfecta abit, secundam consonantem radicalem geminat, atque hoc pacto tertiam consonantem radicalem adsciscit. Quae quidem geminatio aut ita fit, ut secunda tertiaque radicalis sine ulla vocali intermedia, atque igitur Teschdîdo coniunctae ponantur, ut مَدَّ *extendit*, مَرَّ *transiit*, aut ita, ut secunda tertiaque radicalis interiecta vocali diremtae ponantur, ut مَمْدُودٌ *extensus*, مَرَرْتُ *transii*; par. 336. art. 1.

Tertia radicali adscita, verba surda ad recipiendam trilitterorum flexionem idonea fiunt.

476. Arabes haec verba *solida* صُمٌّ ideo vocant, quia duae eorum consonantes radicales primitivae nonnisi brevem vocalem inter se continent, ut مد *mad*, مر *mar*; *concava* جُوفٌ contra ea verba Arabes nuncupant, quorum duae consonantes radicales productam vocalem inter se continent, ut قوم *kûm* stare, بين *bîn* separare; par. 336. art. 2. Vocabulum أَصَمُّ ad verba illa traductum haud satis apte interpretati sunt: *surdum*; potius *sòlidum* significat; par. 508.

Porro Arabes verbum solidum etiam *geminatum* مُضَاعَفٌ vocant, quoniam in eo secunda radicalis geminatur.

Atque nonnulli viri docti haec verba *contracta* nuncupant, quoniam, ubi secunda tertiaque radicalis Teschdîdo coniunctae ponuntur, ut مَدَّ extendit, يَمُدُّ extendet, haec per contractionem pro مَدَدَ يَمْدُدُ scripta esse videntur; par. 202.

477. Quum igitur verba surda secundam tertiamque radicalem easdem habeant, tota eorum flexio ex iis regulis pendet, quae *duas consonantes aequales concurrentes* spectant; quae par. 202. expositae sunt.

Formam breviorem sive contractam, quae secundam tertiamque radicalem Teschdîdo intime iunctas ponit, verba haec, tanquam naturae suae primitivae congruentiorem, obtinere maxime affectant. Quod gemino modo sic fit:

a. si secunda tertiaque radicalis vocali brevi movendae sunt, easque consonans mota praecedit, tum vocalis, quae inter secundam tertiamque radicalem intermedia est, pellitur; igitur pro مَدَدَ extendit, لَبِبَ intelligens fuit, مُدِدَ extensus est, مَادِدٌ extendens, حُووِقَ disceptatum est, ponuntur مَدَّ لَبَّ مُدَّ مَادٌّ حُووِقَّ.

b. si secunda tertiaque radicalis vocali brevi movendae sunt, easque consonans quiescens praecedit, tum vocalis, quae inter secundam tertiamque radicalem intermedia est, in consonantem praecedentem, quae quiescens fuerat, transfertur; igitur pro يَمْدُدُ extendet, يَلْبَبُ intelligens erit, يُمْدَدُ extendetur, ponuntur يَمُدُّ يَلَبُّ يُمَدُّ.

Formam dilatatiorem, quae secundam tertiamque radicalem vocali diremtas ponit, verba surda, necessitate quasi cogente, arripiunt:

1. si tertia radicalis quiescens ponenda est, ut in لَبِبْتَ intelligens es, أَحْبِبْ ama! Qua conformatione verba surda hebraea perraro utuntur, ut in בָּזַזְנוּ rapuimus, Deut. 2. v. 35.

Sed tertiae radicali quiescenti, *quae vocabulum claudit*, vocalem brevem indere, eoque facto, etiam huc formam breviorem introducere licet. Sic pro imperativo أَحْبِبْ etiam أَحْبِبَ admittitur, quod ex regula par. 277. art. b. in أَحِبَّ contrahitur; atque eodem modo pro futuro decurtato يُحْبِبْ etiam يُحْبِبَ admittitur, quod in يُحِبَّ contrahitur.

2. si secunda tertiaque radicalis vocali longa diremtae sunt, ut in formae primae participio passivo مَمْدُودٌ extensus.

3. si secunda radicalis Teschdîdum accipit, atque tertia tamen separata ponitur; ut in حَدَّدَ acuit, يُحَدِّدُ acuet.

4. si quadrilittera tertiam quartamque radicalem easdem habent, ut in دَأْدَدَ iocatus est, جَلْبَبَ amiculum induit, يُدَأْدِدُ iocabitur.

Quae quidem vocabula formam dilatatiorem partim ideo arripiunt, quia in iis contractio difficulter fieret, partim eum in finem, ne, contractione admissa, iusta vocabuli forma nimis valde corrumpatur. Si enim e. g. pro حَدَّدَ per contractionem حَدَّ poneretur, forma huius verbi secunda cum prima confunderetur.

478. Itaque flexio formae primae activae verbi مَرَّ *transiit* haec est:

praeteritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	مَرَّ	مَرَّتْ	مَرَّا	مَرَّتَا	مَرُّوا	مَرَرْنَ
2.	مَرَرْتَ	مَرَرْتِ	مَرَرْتُمَا		مَرَرْتُمْ	مَرَرْتُنَّ
1.	مَرَرْتُ				مَرَرْنَا	

futurum indicativum

3.	يَمُرُّ	تَمُرُّ	يَمُرَّانِ	تَمُرَّانِ	يَمُرُّونَ	يَمْرُرْنَ
2.	تَمُرُّ	تَمُرِّينَ	تَمُرَّانِ		تَمُرُّونَ	تَمْرُرْنَ
1.	أَمُرُّ				نَمُرُّ	

futurum subiunctivum

3.	يَمُرَّ	تَمُرَّ	يَمُرَّا	تَمُرَّا	يَمُرُّوا	يَمْرُرْنَ
2.	تَمُرَّ	تَمُرِّي	تَمُرَّا		تَمُرُّوا	تَمْرُرْنَ
1.	أَمُرَّ				نَمُرَّ	

futurum decurtatum

3.	يَمْرُرْ	تَمْرُرْ	يَمُرَّا	تَمُرَّا	يَمُرُّوا	يَمْرُرْنَ
2.	تَمْرُرْ	تَمُرِّي	تَمُرَّا		تَمُرُّوا	تَمْرُرْنَ
1.	أَمْرُرْ				نَمْرُرْ	

futurum nervosum grave

3.	يَمُرَّنَّ	تَمُرَّنَّ	يَمُرَّانِّ	تَمُرَّانِّ	يَمُرُّنَّ	يَمْرُرْنَانِّ
2.	تَمُرَّنَّ	تَمُرِّنَّ	تَمُرَّانِّ		تَمُرُّنَّ	تَمْرُرْنَانِّ
1.	أَمُرَّنَّ				نَمُرَّنَّ	

futurum nervosum leve

3.	يَمُرَّنْ	تَمُرَّنْ		يَمُرُّنْ	
2.	تَمُرَّنْ	تَمُرِّنْ		تَمُرُّنْ	
1.	أَمُرَّنْ				نَمُرَّنْ

imperativus

2.	اُمْرُرْ	اُمْرُرِى	اُمْرُرَا	اُمْرُرُوا	اُمْرُرْنَ

imperativus nervosus gravis

2.	اُمْرُرَنَّ	اُمْرُرِنَّ	اُمْرُرَانِّ	اُمْرُرُنَّ	اُمْرُرْنَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	اُمْرُرَنْ	اُمْرُرِنْ		اُمْرُرُنْ	

infinitivus	participium
مَرٌّ	مَارٌّ

479. Forma prima passiva verbi مَرَّ eodem modo, quo activa, flectitur. Ponuntur igitur in praeterito مُرَّ مُرَّتْ مُرِرْتَ مُرِرْتِ مُرِرْتُ مُرُّوا مُرِرْنَ ac sic reliqua; atque in futuro indicativo يُمَرُّ تُمَرُّ تُمَرُّ تُمَرِّينَ تُمَرُّ أُمَرُّ يُمَرُّونَ يُمْرَرْنَ. Participium est مَمْرُورٌ par. 477. art. 2.

Rarius in praeterito passivo pro مُرِرَ non مُرَّ ponitur, sed مِرَّ cum vocali secundae radicalis in primam translata; Sacy gr. tom. 1. par. 485.

480. Ceterarum verbi مَرَّ formarum singula tempora haec sunt:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	مَرَّ	يَمُرُّ	اُمْرُرْ	مَارٌّ	مَرٌّ	مُرَّ	يُمَرُّ	مَمْرُورٌ
2.	مَرَّرَ	يُمَرِّرُ	مَرِّرْ	مُمَرِّرٌ	تَمْرِيرٌ	مُرِّرَ	يُمَرَّرُ	مُمَرَّرٌ
3.	مَارَّ	يُمَارُّ	مَارِرْ	مُمَارٌّ	مُمَارَّةٌ	مُورَّ	يُمَارُّ	مُمَارٌّ
4.	أَمَرَّ	يُمِرُّ	أَمْرِرْ	مُمِرٌّ	إِمْرَارٌ	أُمِرَّ	يُمَرُّ	مُمَرٌّ
5.	تَمَرَّرَ	يَتَمَرَّرُ	تَمَرَّرْ	مُتَمَرِّرٌ	تَمَرُّرٌ	تُمُرِّرَ	يُتَمَرَّرُ	مُتَمَرَّرٌ
6.	تَمَارَّ	يَتَمَارُّ	تَمَارَرْ	مُتَمَارٌّ	تَمَارٌّ	تُمُورَّ	يُتَمَارُّ	مُتَمَارٌّ

7.	انمرّ	ينمرّ	انمرر	منمرّ	انمرار	انمرّ	ينمرّ	منمرّ
8.	امترّ	يمترّ	امترر	ممترّ	امترار	امترّ	يمترّ	ممترّ
9.	امرّ	يمرّ	امرر	ممرّ	امرار			
10.	استمرّ	يستمرّ	استمرر	مستمرّ	استمرار	استمرّ	يستمرّ	مستمرّ
11.	امرارّ	يمرارّ	امرارر	ممرارّ	امريرار			
12.	امرورّ	يمرورّ	امرورر	ممرورّ	امريرار	امرورّ	يمرورّ	ممرورّ
13.	امروّر	يمروّر	امروّر	ممروّر	امروار	امروّر	يمروّر	ممروّر

481. Verba surda formae primae in iis praeteriti personis, quae forma contracta utuntur, propter contractionem diversas secundae radicalis vocales non distinguunt; nam لَبُبَ لَبِبَ لَبَبَ omnia paria modo in لَبَّ abeunt; par. 477. art. a. Sed eae praeteriti personae, quae forma dilatatiori utuntur, diversas secundae radicalis vocales necessario distinguunt; ponuntur igitur لَبَبْتُ لَبِبْتُ لَبُبْتُ par. 477. art. 1.

Interdum quidem fit, ut praeterita surda pro formis contractis ponant dilatatiores, atque ita vocalem secundae radicalis propriam exhibeant. Sic poetae, metri explendi causâ, interdum pro مَرُّوا transierunt, ponunt مَرَرُوا. Quod passim in verbis intransitivis etiam alii scriptores eum in finem facere videntur, ut, secunda vocali retenta, peculiares quasdam significationes ab usitatioribus distinguant. Sic enim ponuntur أَلِلَتْ corrupta est, ضَبِبَتْ ac ضَبِبَتْ lacertis abundavit terra, ut hoc modo verba haec distinguantur ab أَلَّتْ festinavit, ضَبَّتْ fluxit, quae forma contracta utuntur.

482. Verba surda formae primae in futuro diversas secundae radicalis vocales semper distinguunt; nam ex regula par. 477. art. b. يَلْبُبُ in يَلُبُّ abit, يَلْبَبُ in يَلَبُّ convertitur, يَلْبِبُ in يَلِبُّ.

483. Forma tertia, sextaque, pro personis contractis interdum dilatatiores ponunt, quoniam in his formis si contractio admittitur, tum syllaba composita vocalem productam accipit; quod quidem a sermone arabico non prorsus respuitur, at minus idoneum tamen est; par. 197. 198.

Igitur pro formis contractis تَمَادّ يَتَمَادّ تَمَادّ يُمَادّ مَادّ interdum formae dilatatiores تَمَادَدَ يَتَمَادَدُ تَمَادَدْ يُمَادِدُ مَادِدْ ponuntur; Sacy gr. tom. 1. par. 487.

484. Pro futuris decurtatis يَمْتَرِرْ يَنْمَرِرْ يَمْرِرْ يَمْرُرْ reliquisque, quae forma dilatatiori utuntur, ex regula par. 477. art. 1. satis frequenter, Kesra vel Fatcha ad extremam radicalem adiecta, formae contractae يَمْتَرِّ يَنْمَرِّ يَمِرِّ يَمُرِّ vel يَمْتَرَّ يَنْمَرَّ يَمَرَّ يَمُرَّ ponuntur.

Si secunda radicalis in futuro Dammam habet, tum ex accommodationis lege par. 360. etiam ad extremam radicalem Dammam adiicere licet; igitur pro يَمْرُرْ etiam يَمُرُّ poni potest.

485. Atque simili modo pro imperativis dilatatioribus *formae primae* أُمْرُرُوا أُمْرُرَا أُمْرُرِى أُمْرُرْ saepe ponuntur contracti مُرُّوا مُرَّا مُرِّى مُرَّ. Elifa weslata pellitur, quoniam ipsa ante consonantem motam nulli usui est; par. 222. art. 1. d. Sed imperativus pluralis feminini أُمْرُرْنَ contrahi nequit, ex regula par. 477. art. 1. Pro اُقْرُرْنَ in Korâno sur. 33. v. 32 imperativus قَرْنَ vel قِرْنَ ponitur, quasi radix surda قَرَّ in concavam قَارَ conversa sit; conf. par. 486. ad finem.

Pro مُرَّ *transi!* etiam cum Kesra vel Damma adiecta ponuntur مُرُّ مُرِّ. Si imperativus cum pronominibus suffixis coniunctus sit, tum imperativi vocalem extremam ex suffixi vocali pendere posse perhibet Lumsden gramm. ar. p. 657; ut مُدُّهُ extende eum! مُدَّهَا extende eam!

Sic pro imperativis dilatatioribus *ceterarum formarum*, e. g. *formae quartae*, *decimaeque* اِسْتَمْرِرْ أَمْرِرْ saepe imperativi contracti اِسْتَمِرَّ أَمِرَّ ponuntur; atque in ceteris personis solae formae contractae أَمِرُّوا أَمِرِّى اِسْتَمِرُّوا اِسْتَمِرِّى usitatae esse videntur. Iterum vero excipitur imperativus pluralis feminini, qui formas dilatatiores اِسْتَمْرِرْنَ أَمْرِرْنَ retinet.

486. Sermo rudior, quo homines plebeii utuntur, etiam eas praeteriti ac futuri personas, quae propter tertiam radicalem quiescentem dilatatiores poni debent, interdum contrahit. Quod ut fieri possit, post geminatam radicalem secundam diphthongus *ai* vel vocalis *â* producta

inseritur; sic igitur pro مَرَرْتُ ponuntur مَرَّيْتُ ac مَرَّاتُ. Quemadmodum ab Hebraeis pro סְבַבְתָּ semper fere סַבּוֹתָ ponitur.

Quin etiam brevem vocalem post geminatam radicalem secundam Arabes admittere, igiturque pro يَمْدُدْنَ لَبِبْنَ مَرَرْتُ in sermone plebeio يَمُدُّنَ لَبِّنَ مَرَّتُ vel cum Nûna geminata يَمُدُّنَّ لَبِّنَّ ponere dicuntur; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 431.

Porro sermo corruptior ipsam tertiam radicalem in vocalem î nonnunquam convertit; quo fit, ut verba surda in defectiva quasi abeant. Tum igitur pro اِسْتَمْرَرْتُ مَرَرْتُ ponuntur اِسْتَمْرَيْتُ مَرَيْتُ. Quin pro personis tertiis اِسْتَقَرَّ تَظَنَّى scribuntur اِسْتَقَرَّا تَظَنَّا, quasi extrema quaedam radicalis Wâwa vel Jâa adsit; Hamaker expugnatio Memphidis pag. 120. 121.

Denique sermo corruptior verba surda interdum in concava quasi convertit, tertia radicali, quae adscita fuerat, prorsus pulsa. Tum pro ظَلِلْتُ ظَلَلْتُ مَرَرْتُ ponuntur ظِلْتُ ظَلْتُ مَرْتُ par. 513. Ex quo genere imperativus قِرْنَ est; par. 485.

487. Infinitivi verborum surdorum ex iisdem regulis, quae par. 377. expositae sunt, partim formam contractam, partim dilatatiorem, induunt. Igitur infinitivi formarum 1. 2. 3. 6. مَدْدٌ تَمْدِدَةٌ مُمَادَدَةٌ تَمَادُدٌ in مَدٌّ تَمَادٌّ مُمَادَّةٌ تَمِدَّةٌ contrahuntur. Sed infinitivi formarum 2. 4. 5. 7. 8. تَمْدِيدٌ تَكْرَارٌ إِمْدَادٌ تَمَدُّدٌ اِنْمِدَادٌ اِمْتِدَادٌ propter vocalem productam, quae inter secundam tertiamque radicalem interposita est, vel propter secundam radicalem Teschdîdo instructam, non contrahuntur; par. 477. art. 2. 3.

At nonnunquam tamen fit, ut ii infinitivi, qui ex generali regula contrahendi essent, formam dilatatiorem induant. Sic praesertim verba intransitiva infinitivum formae primae فَعَلٌ dilatatiorem ponunt; ut سَدَدٌ rectum esse, دَبَبٌ pilosum esse. Quod eum in finem fieri videtur, ut hi infinitivi ab infinitivis formae فَعْلٌ necessario contrahendis satis distinguantur; nam eorundem verborum infinitivi formae فَعْلٌ contracti alia significare solent, ut سَدٌّ obturare, دَبٌّ repere; par. 199. 202. art. 6. par. 481.

Atque ita etiam tertiae sextaeque formae infinitivi مُمَادَّةٌ تَمَادٌّ interdum in formas dilatatiores مُمَادَدَةٌ تَمَادُدٌ abeunt; par. 483.

488. Eodem modo nomina simpliciora ea, quae a prima radicali incipiunt, atque secundae radicali vocalem induunt, ut nomina specierum فُعَلَة فَعَلَة فَعِلَة فَعُل فُعُل فُعَل فِعَل فَعَل huiusque generis alia, formam dilatatiorem plerumque retinent, ut ipsa hoc pacto a nominibus specierum فُعْلَة فَعْلَة فُعْل فِعْل فَعْل necessario contrahendis satis distinguantur. Sic ponuntur:

species	forma dilatatior	forma contracta
فَعَل	حَبَب bulla	حَبّ bacca
فِعَل	حِبَب semina	حِبّ dilectus.
فُعَل	حُبَب res amatae	حُبّ amor
فُعُل	سُرُر lineae	سُرّ umbilicus
فَعِل	ضَبِب lacertis scatens	ضَبّ lacerta
فَعَلَة	حَبَبَة res cara	حَبَّة granum
فُعَلَة	فُرَرَة fugax	فُرَّة melior pars.

Ea nomina vero, quae aliquam consonantem primae radicali quiescenti praefigunt, ut nomina specierum أَفْعُل أَفْعِلَاء أَفْعِلَة مَفْعَل مَفْعِل مَفْعَلَة مَفْعِلَة huiusque generis alia, plerumque formam contractam induunt, quae in his nominibus nullam confusionis causam praebet. Sic igitur

in specie أَفْعُل pro أَحْبُب ponitur أَحَبّ dilectior

in specie أَفْعِلَاء pro أَحْبِبَاء ponitur أَحِبَّاء amici

in specie أَفْعِلَة pro أَعْقِقَة ponitur أَعِقَّة valles

in specie مَفْعَل pro مَشْكَك ponitur مَشَكّ lorica

in specie مَفْعَلَة pro مَظْلَلَة ponitur مَظَلَّة umbraculum

in specie مَفْعِلَة pro مَحْبِبَة ponitur مَحَبَّة amor.

Si vocalis producta secundam radicalem antecedit, ut in nominibus specierum مَفَاعِل فَوَاعِل huiusque generis aliis, tum itidem contractio fieri solet. Sic pro مَظَالِل دَوَابِب ponuntur دَوَابّ iumenta, مَظَالّ umbracula.

489. Verba quadrilittera surda non contrahuntur; par. 477. art. 4. Quae si contraherentur, forma eorum quadrilittera nimis valde corrumperetur. Igitur in Kâmûsso ponuntur in forma prima دَأْدَدَ يُدَأْدِدُ دَأْدَدَةٌ iocari, in forma prima ac secunda جَلْبَبَ تَجَلْبَبَ amicire, in forma tertia اِقْعَنْدَدَ commorari, ac اِعْلَنْكَكَ densum esse. Neque nomina quadrilittera contrahuntur; ponuntur enim قَرْدَدٌ plur. قَرَادِدُ collis, قُعْدُدٌ pusillus.

Sed radicis quadrilitterae surdae formam quartam اِجْلَبَبَّ ex ipsius formae lege, sicut verba trilittera surda, ad finem contrahere oportet; par. 389. art. 4. par. 491.

490. Pro forma secunda trilitterorum surdorum مَدَّدَ regulariter ficta antiquiores Arabes saepius formam quadrilitteram مَدْمَدَ finxisse videntur, quae duas radicales primitivas iterat; par. 339. art. 1. Reperiuntur enim فَرَّ fugiit, فَرْفَرَ agitavit, زَلَّ lapsus est, زَلْزَلَ commovit, atque huius generis multa. Quemadmodum in sermone hebraeo a verbis surdis קָלַל סָכַךְ quadrilittera קִלְקֵל סִכְסֵךְ derivantur.

491. Trilitterorum sanorum forma 9. ac 11. atque quadrilitterorum sanorum forma 4. propter extremam radicalem geminatam sicut verba surda flectuntur; par. 451. art. 3. par. 453. art. 3. Igitur forma nona اِحْمَرَّ *rubuit* sic flectitur:

praet.	اِحْمَرَّ	اِحْمَرَّتْ	اِحْمَرَرْتَ	اِحْمَرُّوا	اِحْمَرَرْنَ
futur.	يَحْمَرُّ	تَحْمَرُّ	تَحْمَرِّينَ	يَحْمَرُّونَ	يَحْمَرِرْنَ
imper.	اِحْمَرِرْ	اِحْمَرِّي	اِحْمَرَّا	اِحْمَرُّوا	اِحْمَرِرْنَ

Pro futuro decurtato يَحْمَرِرْ atque imperativo اِحْمَرِرْ etiam formae contractae اِحْمَرَّ يَحْمَرَّ ponuntur, quemadmodum in verbis surdis hoc fit; par. 484. 485.

Caput septimum.

Flexio verbi adsimilati.

492. Verba adsimilata اَلْمِثَالُ ea sunt, quorum radices primam radicalem habent vocalem *u*, vel vocalem *i*, ut radices ولد *uld* gignere, يسر *isr* lenem esse; quae vocales radicales in vocabulis perfectis, quae ex

radice finguntur, pro ratione legum **euphoniae** modo variantur, modo in semivocales Wâw ac Jâ abeunt; par. 336. art. 3.

Quae verba ab Arabibus *adsimilata* vel similia ideo vocantur, quia in praeterito flexio eorum similis est flexioni verborum sanorum.

493. Verborum adsimilatorum flexio ex variis semivocalium Wâw ac Jâ, sive vocalium *u* atque *i*, immutationibus pendet, quae propter vocales concurrentes eum in finem fiunt, ut hiatus, qui ex vocalium concursu exsistit, commode tollatur. De quibus immutationibus in universum dictum est par. 216. 217; atque de immutationibus Wâwae separatim par. 243—250. 265; de immutationibus Jâae vero par. 274—278. 282. 296. Quarum brevis summa, quae ad verba adsimilata spectat, haec fere est:

1. prima radicalis, si syllaba ab ea incipit, tanquam consonans retinetur. Tum enim prima radicalis aut ab initio vocabuli posita est, ut in وَلَدَ genuit, يَسَرَ lenis fuit; par. 216. art. 1; aut duabus vocalibus cingitur, quarum altera producta est, ut in تَيَاسَرُوا alea luserunt, par. 216. art. 5; aut ipsa praecedit secundam radicalem geminatam, ut in مُوَلَّدٌ procreatus, تَيَسَّرَ paratus fuit; par. 265. 296.

2. prima radicalis, si syllabam claudit, ipsa:

a. aut cum praecedente vocali Fatcha diphthongum efficit; quemadmodum ponuntur أَوْلَدَتْ *auladat* parturivit, أَيْسَرَ *aissara* opulentus fuit; par. 217. art. 5. par. 245. 276.

b. aut in praecedentem vocalem Dammam vel Kesram influit; quemadmodum pro مُوْلِدٌ parturiens, مُيْسِرٌ opulens, أُوْدُدْ ama! ponuntur مُولِدٌ مُوسِرٌ اِيدَدْ par. 247. 249. 278.

c. aut a praecedente vocali Fatcha prorsus pellitur; quod nonnisi in futuris formae primae يَوْلِدُ gignet, يَوْدَعُ sinet, fit, pro quibus more hebraeo يَلِدُ يَدَعُ ponuntur; par. 246. art. 1. Ewald gr. hebr. ed. sec. par. 271.

d. aut in sequentem Tâam, quam forma octava post primam radicalem inserit, ex adsimilationis lege transit; quemadmodum pro يَوْتَعِدُ minabitur, ponitur يَتَّعِدُ par. 246. art. 3. par. 248. 250. 277.

1. *Verbum adsimilatum, quod primam radicalem habet Wâwam.*

494. Verba adsimilata, quorum prima radicalis Wâwa est, apud Arabes multa sunt. Quae quidem verba hoc sibi peculiare habent, ut in formae primae futuro primam radicalem pellant; par. 493, art. 2. c. Quod idem, quum ex futuro imperativus pendeat, etiam in imperativo haec verba faciunt, atque porro in infinitivi speciebus فِعْلَةٌ فَعْلَةٌ فُعْلَةٌ par. 244. art. 1. par. 430. Sic haec verba cum verbo adsimilato hebraeo יָשַׁב יֵשֵׁב שֶׁבֶת שֵׁב prorsus congruunt.

Forma prima.

495. Praeteritum activum regulariter fingitur. Ponuntur igitur وَصَفَ *descripsit*, وَصَفَتْ وَصَفَتَا وَصَفْنَ وَصَفُوا وَصَفْتَ وَصَفْتِ وَصَفْتُ ac sic reliqua; par. 493. art. 1.

496. Futurum primam radicalem sic pellit, par. 494:

3.	يَصِفُ	تَصِفُ	يَصِفَانِ	تَصِفَانِ	يَصِفُونَ	يَصِفْنَ
2.	تَصِفُ	تَصِفِينَ		تَصِفَانِ	تَصِفُونَ	تَصِفْنَ
1.	أَصِفُ					نَصِفُ

A quo futuro indicativo cetera futura solito more derivantur, ut يَصِفَ يَصِفْ يَصِفَنَّ يَصِفَنْ.

497. Imperativus primam radicalem atque Elifam tenuem illi praefixam sic pellit, par. 494:

صِفْ صِفِى صِفَا صِفُوا صِفْنَ

Infinitivus formae فِعْلَةٌ primam radicalem pellit, igiturque est صِفَةٌ par. 444. art. 1. par. 430. 494. Usurpatur vero etiam infinitivus formae فَعْلٌ regulariter fictus وَصْفٌ. Verbum وَجَهَ tres infinitivos جِهَةٌ جَهَةٌ جُهَةٌ *directio* fingit. Participium est وَاصِفٌ.

498. Plurima huius classis verba in futuro Kesram secundae radicali indunt, ut وَعَدَ يَعِدُ promisit, وَمِقَ يَمِقُ amavit. Alia Fatcham secundae radicali indunt, pariqueque modo primam radicalem pellunt, ut

وَذَرَ يَذَرُ ذَرْ sivit, وَضَعَ يَضَعُ ضَعْ ضَعَةٌ posuit; quorum pleraque secundam vel tertiam radicalem habent gutturalem. Verbum وَجَدَ يَجِدُ invenit, raro futurum يَجُدُ admittere dicitur; Sacy gr. ar. tom. 1. par. 507.

499. Nonnulla huius classis verba sunt, et maxime quidem intransitiva, quae in futuro Fatcham secundae radicali indunt, primamque radicalem retinent; ut وَجِلَ يَوْجَلُ timuit, وَحِمَ يَوْحَمُ concupivit. Quae ideo etiam in imperativo primam radicalem sic retinent: ٱيْجَلْ ٱيْحَمْ.

Duo haec verba etiam futura يَاجَلُ يَاحَمُ atque يِيجَلُ يِيحَمُ fingunt, quasi prima radicalis Jâa sit; par. 246. art. 2. par. 408. 505. Nam radicales Wâwa ac Jâa satis frequenter confunduntur, quia vocales *u* atque *i* propinquiores inter se esse censebantur; par. 510.

500. Porro nonnulla huius classis verba intransitiva sunt, quae in praeterito Dammam secundae radicali indunt, ut وَجُهَ honorabilis fuit, وَغُدَ وَغَادَةٌ vilis fuit, وَسُعَ سَعَةٌ وَسَاعَةٌ amplo passu fuit, وَضُعَ ضَعَةٌ ضِعَةٌ وَضَاعَةٌ humilis fuit. De quorum verborum forma Fîrûsâbâdensis hoc tantummodo adnotavit, ea sicut كَرُمَ conformata esse; quod quidem verbum futuro يَكْرُمُ utitur. Sed pag. 39. formas وَطُؤَ يَوْطُؤُ adposuit. Sacyus haec verba futuris imperativisque regulariter fictis يَوْجُهُ أُوجُهْ uti, significare videtur gr. ar. tom. 1. par. 507.

501. Verba surda, quae primam radicalem Wâwam habent, ut وَدَّ amavit, وَبَّ expedivit se, necessario eam in futuro imperativoque retinent. Ponuntur igitur وَدَّ وَدِدْتُ يَوَدُّ تَوَدُّ ٱيْدَدْ ٱيْدَدِي par. 265. 296. 567.

502. Praeteritum passivum regulariter fingitur, atque etiam in futuro passivo prima radicalis retinetur, quae quiescens in praecedentem Dammam influit; par. 493. art. 2. b. Ponuntur igitur وُصِفَ وُصِفْتَ يُوصَفُ تُوصَفُ atque participium مَوْصُوفٌ.

Formae ceterae.

503. Formae ceterae, excepta octava, quum activae, tum passivae, omnia tempora regulariter fingunt, ergoque primam radicalem ubique retinent, nisi quod ipsa quiescens in nonnullis temporibus in praecedentem Dammam vel Kesram influit. Ponuntur igitur:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
2.	وَصَّفَ	يُوَصِّفُ	وَصِّفْ	مُوَصِّفٌ	تَوْصِيفٌ	وُصِّفَ	يُوَصَّفُ	مُوَصَّفٌ
3.	وَاصَفَ	يُوَاصِفُ	وَاصِفْ	مُوَاصِفٌ	مُوَاصَفَةٌ	وُوصِفَ	يُوَاصَفُ	مُوَاصَفٌ
4.	أَوْصَفَ	يُوصِفُ	أَوْصِفْ	مُوصِفٌ	إِيصَافٌ	أُوصِفَ	يُوصَفُ	مُوصَفٌ

Pro praeterito formae tertiae passivae وُوصِفَ rarius pronuntiationis molliendae causa أُوصِفَ ponitur; par. 244. art. 1.

Forma octava ex adsimilationis lege Wâwam quiescentem, tanquam litteram infirmiorem, in sequentem Tâam convertit; par. 493. art. 2. d. Igitur pro اِوْتَصَفَ sive اِيتَصَفَ ac يُوتَصِفُ ceterisque formae octavae temporibus ponuntur:

	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
8.	اِتَّصَفَ	يَتَّصِفُ	اِتَّصِفْ	مُتَّصِفٌ	اِتِّصَافٌ	اُتُّصِفَ	يُتَّصَفُ	مُتَّصَفٌ

Rarius fit, ut pro his formae octavae temporibus alia ponantur, quae Wâwam quiescentem in vocalem productam convertunt vocali praecedenti consentaneam:

اِيتِصَافٌ مُوتَصِفٌ اِيتَصِفْ يَاتَصِفُ اِيتَصَفَ

In quibus temporibus nonnulli vocali illi productae Hamsam adscribunt, quasi Wâwa quiescens in spiritum transierit:

إِيتِصَافٌ مُؤْتَصِفٌ إِيتَصِفْ يَأْتَصِفُ إِيتَصَفَ

Vide par. 246. art. 2. par. 248. 250. Kâmûs pag. 429.

2. *Verbum adsimilatum, quod primam radicalem habet Jâam.*

504. Verba adsimilata, quorum prima radicalis Jâa est, apud Arabes pauca sunt. Quae quidem verba etiam in formae primae futuro imperativoque primam radicalem retinent, ergoque a verbis sanis minus dissentiunt. In formis ceteris Jâa quiescens in praecedentem Dammam vel Kesram influit; par. 278. 281. Forma octava Jâam quiescentem in sequentem Tâam convertit; par. 277. 280. 282. 493. art. 2. d. par. 503. Ponuntur igitur:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	يَسَرَ	يَيْسِرُ	اِيسِرْ	يَاسِرٌ	يَسْرٌ	يُسِرَ	يُوسَرُ	مَيْسُورٌ
2.	يَسَّرَ	يُيَسِّرُ	يَسِّرْ	مُيَسِّرٌ	تَيْسِيرٌ	يُسِّرَ	يُيَسَّرُ	مُيَسَّرٌ
3.	يَاسَرَ	يُيَاسِرُ	يَاسِرْ	مُيَاسِرٌ	مُيَاسَرَةٌ	يُوسِرَ	يُيَاسَرُ	مُيَاسَرٌ
4.	أَيْسَرَ	يُوسِرُ	أَيْسِرْ	مُوسِرٌ	إِيسَارٌ	أُوسِرَ	يُوسَرُ	مُوسَرٌ
8.	اِتَّسَرَ	يَتَّسِرُ	اِتَّسِرْ	مُتَّسِرٌ	اِتِّسَارٌ	اُتُّسِرَ	يُتَّسَرُ	مُتَّسَرٌ

Pro futuro formae octavae يَتَّسِرُ etiam يَأْتَسِرُ ponitur, par. 277; quemadmodum يَأْتَصِفُ admittitur, par. 503.

505. Verba ea, quae in praeterito secundae radicali Kesram induunt, ut يَتِمَ torpuit, يَمِنَ felix fuit, ex solita regula par. 406. fingunt futura يَيْتَمُ يَيْمَنُ.

Verbum يَبِسَ siccus fuit, fingit futura يَيْبَسُ يَيْبِسُ atque يَابَسُ par. 277. Nonnulli addunt futurum يِيبَسُ par. 408.

Verba يَقِظَ vigilavit, يَمِنَ felix fuit, fortasse futura يَيْقِظُ يَيْمِنُ fingunt; par. 500.

506. Verba surda, quae primam radicalem Jâam habent, sicut cetera verba surda flectuntur; ut يَمَّ يَيْمِمُ يَرُرُ durus fuit, يَسَّ يَيْسُ incessit; par. 567. A verborum adsimilatorum forma 8. verba secundaria ducuntur; par. 602.

Caput octavum.

Flexio verbi concavi.

507. Verba concava أَجْوَفُ plur. جُوفٌ ea sunt, quorum radix ex duabus consonantibus ac vocali intermedia producta constat, ut قوم *kúm* stare, بين *bín* discedere; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem illam productam pro ratione legum grammaticarum vel variant, vel in semivocales Wâwam ac Jâam convertunt; par. 336. art. 2. par. 511. Quibus immutationibus efficitur, ut radices concavae ad recipiendas radicum sanarum flexiones magis idoneae fiant.

508. Arabes haec verba *concava* جُوفٌ ideo vocant, quia vocalis illa producta, quae inter duas consonantes radicales interposita est, infirmitatem quandam, sive quasi cavationem, in media radice efficit; nam, quae inter duas consonantes radicales brevem vocalem interpositam habent, ea verba *solida* dicuntur; par. 476.

Porro verbum concavum etiam *praeditum tribus* ذُو ٱلثَّلَاثَةِ vocatur, quoniam in prima eius forma praeteriti singularis persona prima tres tantum consonantes habet, ut قُمْتُ steti, بِنْتُ discessi. In ceteris verbis, quum sanis, tum surdis defectivisque, haec persona quattuor consonantes habet, ut جَلَسْتُ sedi, دَبَبْتُ repsi, مَضَيْتُ incessi.

509. Alia radicum concavarum pars vocalem *ú*, alia vocalem *î*, in media radice primitivam sive radicalem habere videtur; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 382; gr. hebr. ed. sec. par. 218. 219.

Nam aliae radices in iis formis verbi solitis, quae vocalem radicalem in semivocalem convertunt, semper Wâwam pro vocali radicali ponunt, ut طَوَّلَ prolongavit, طَاوَلَ cunctatus est, تَطَوَّلَ largus fuit, تَطَاوَلَ superbivit, eaedemque radices in nominibus quoque derivatis iis, quae vocalem radicalem in semivocalem convertunt, maxime Wâwam pro vocali radicali ponunt, ut طَوَلٌ longitudo labii, طَوَالٌ spatium temporis, طَوِيلٌ longus, أَطْوَلُ longior, تِطْوَلٌ funis, مِطْوَلٌ habena, تَطْوِيلٌ prolongatio. Ex qua Wâwa tam frequenter adscita confici videtur, vocabulorum illorum radicem طول *túl* esse, eamque re vera in medio vocalem *ú* primitivam habere. Quae quidem radices in praeterito formae verbi primae, quoties vocalis radicalis corripienda est, par. 260. art. 3. pro ea Dammam ponunt, ut طُلْتُ *longus fui*, atque in forma verbi prima futuro يَفْعُلُ uti solent, tanquam vocali radicali *ú* maxime consentaneo; ponitur igitur futurum يَطْوُلُ *longus erit*, quod in يَطُولُ abit par. 256.

Aliae radices vero in iis formis verbi solitis, quae vocalem radicalem in semivocalem convertunt, semper Jâam pro vocali radicali ponunt, ut بَيَّنَ illustravit, بَايَنَ discessit, تَبَيَّنَ manifestus fuit, تَبَايَنَ distitit, eaedemque radices in nominibus quoque derivatis iis, quae vocalem radicalem in semivocalem convertunt, maxime Jâam pro vocali radicali ponunt, ut بَيَانٌ facundia, بَيُونٌ profundus, أَبْيَنُ facundior, أَبْيَانٌ facundi, تِبْيَانٌ expli-

catio, تَبْيِين illustratio. Ex qua Jâa tam frequenter adscita confici videtur, vocabulorum illorum radicem بين *bîn* esse, eamque re vera in media vocalem *î* primitivam habere. Quae quidem radices in praeterito formae verbi primae, quoties vocalis radicalis corripienda est, par. 291. art. 3. pro ea Kesram ponunt, ut بِنْتُ *discessi*, atque in forma verbi prima futuro يَفْعِلُ uti solent, tanquam vocali radicali *î* maxime consentaneo; ponitur igitur futurum يَبْيِنُ *discedet*, quod in يَبِينُ abit par. 287.

510. Nonnullae quidem radices concavae utramque vocalem radicalem, id est et vocalem *û*, et vocalem *î*, tanquam sonos inter se propinquiores par. 262. 499. recipiunt. Sic enim ponuntur تَوَهَ يَتُوهُ تُهْتُ تَاهَ *errare*, ac تَيَّهَ يَتِيهُ تِهْتُ تَاهَ *errare*. Maior radicum concavarum pars in sermone arabico, quemadmodum in hebraeo, vocalem radicalem *û* recepit; Ewald gr. hebr. ed. sec. par. 219.

Quae radices concavae radicalem vocalem *â* habebant, eam in Hamsam sive spiritum, vel aliam gutturalem fortiorem, convertisse, atque sic in verba hamsata, vel gutturalia, abiisse videntur; par. 336. art. 5; par. 454; Ewald loc. cit. par. 220. Quod fortasse eum in finem factum est, ut hoc pacto vocalis radicalis *â* naturam firmiorem induceret, atque in flectendo verbo a ceteris vocalibus radicalibus melius distingueretur. Sic igitur a verbo يَسِيلُ سِلْتُ سَالَ *fluere*, quod vocalem radicalem *î* habet, distinxerunt verbum يَسْأَلُ سَأَلْتُ سَأَلَ *quaerere*, quod vocalem radicalem *â* habebat.

Fürstius in grammatica aramaea par. 154. plurima verba concava aramaea vocalem radicalem *â* habere ideo statuit, quia verba illa in praeterito formae primae vocalem *â* recipiunt, ut נָד vagatus est, לָט maledixit. Sed haec vocalis *â* utrum re vera radicalis sit, an ab ipso praeterito, quod vocalem *a* prae ceteris affectat, introducta sit, quaeri posse videtur.

511. Verborum concavorum flexio ex variis vocalium *u* atque *i*, sive semivocalium Wâw ac Jà, immutationibus pendet, quae propter vocales concurrentes eum in finem fiunt, ut hiatus, qui ex vocalium concursu exsistit, commode tollatur. Nam simul ut verba concava ad formas verborum sanorum plenas conformantur, vocales ab ipsis formis

grammaticis adiectae cum *vocali radicali* verbi concavi variis modis concurrunt. De quibus immutationibus dictum est in universum par. 216. art. 3. 7. par. 217. art. 4. 5; atque de immutationibus Wâwae separatim par. 243. 244. 256—258. 260. 267; de immutationibus Jâae vero par. 274. 275. 287—289. 291. 298. Quarum immutationum brevis summa, quae ad verba concava spectat, haec fere est:

1. vocalis verborum concavorum radicalis cum vocali brevi, quam forma grammatica adiicit, simili confluit. Sic, quod e radice قوم *k-û-m* fingendum esset, futurum sanum يَقْوُمُ *jak-ûu-mu* iam in *ja-kû-mu* يَقُومُ contrahitur.

2. vocalis verborum concavorum radicalis a vocali brevi, quam forma grammatica adiicit, dissimili pellitur; quo facto, vocalis, quam forma grammatica adiicit, producitur. Sic, quod e radice قوم *k-û-m* fingendum esset, praeteritum sanum قَوَمَ *ka-ûa-ma* iam in *kâ-ma* قَامَ contrahitur.

3. vocalis verborum concavorum radicalis, necessitate quasi cogente, in semivocalem abit quotiescunque forma grammatica secundam radicalem geminare, vel post vocalem productam, quae inseritur, secundam radicalem motam ponere iubet. Sic a radice قوم *k-û-m* derivatur praeteritum formae secundae قَوَّمَ *kaû-ûa-ma*, quod *kaw-wa-ma* profertur, ac praeteritum formae tertiae قَاوَمَ *kâ-ûa-ma*, quod *kâ-wa-ma* profertur.

512. Immutationes illae, quae par. 511. art. 1. et 2. expositae sunt, re vera fieri, tum dicemus, si vocalem verborum concavorum radicalem cum vocalibus brevibus, quas formae grammaticae adiiciunt, solitis in declinando verbo coniungi sumamus.

Fortasse vero verborum concavorum declinatio etiam sic explicari potest, ut dicamus, ipsam vocalem radicalem, nulla formae vocali accedente, e temporum modorumque regulis variari; par. 305. Igitur in praeterito, quia hoc tempus vocalem *a* affectare solet, vocalem radicalem in *â* abire; in futuro formae primae vero, quia hoc tempus secundae syllabae modo Dammam, modo Kesram, modo Fatcham tribuit, vocalem radicalem modo in Dammam, modo in Kesram, modoque in Fatcham transire, ut in futuris يَقُومُ يَبِينُ يَخَافُ. In participio formae primae activo, quia hic modus vocales *â—i* adsciscere solet, vocalem radicalem in *â—i* distrahi, ut in participio قَائِمٌ *kâ-i-mun*.

1. *Verbum concavum, quod mediam radicalem habet Wâwam.*

513. Praeterita activa vocalem radicalem *û* in *â* convertunt, ut ٱنْقَامَ أَقَامَ قَامَ par. 256. 260. art. 3. par. 511. art. 2. Si tertia radicalis quiescit, tum *â* illa corripitur, ut ٱنْقَمْتُ أَقَمْتُ par. 197. 257. Sed in *forma prima*, si tertia radicalis quiescit, ipsa vocalis radicalis *u* retinetur correpta, ut قُمْنَ قُمْتُ. Quo pacto verba, quae vocalem radicalem *û* habent, ab iis, quae vocalem radicalem *î* habent, distinguuntur; par. 509. 527.

Praeterita passiva vocalem radicalem *û* cum sequente Kesra in *î* confluere iubent; igitur pro ٱنْقُوِمَ أُقْوِمَ قُوِمَ ponuntur ٱنْقِيمَ أُقِيمَ قِيمَ par. 256. 260. art. 4. par. 511. art. 1. Si tertia radicalis quiescit, tum *î* illa corripitur, ut أُقِمْتُ قُمْتُ par. 197.

Quae praeterita, quum activa, tum passiva, secundam vel tertiam radicalem geminant, vel secundae radicali vocalem productam praemittunt, ea vocalem radicalem *û* in semivocalem Wâwam convertunt, ut قَوَّمَ ٱقْوَمَّ قُووِمَ قَاوَمَ قُوِّمَ. par. 256. 511. art. 3. conf. par. 501.

514. Futuris يَفْعُلُ ac يُفْعَلُ forma prima utitur. Futura, quum activa, tum passiva, si prima radicalis Sukûnûm acceptura esset, vocalem radicalem *û* in vocalem sequentem influere iubent; sic pro activis يَقْوُمُ يَسْتَقْوِمُ يَخْوَفُ يَقْوُمُ ac passivis يُسْتَقْوَمُ يُخْوَفُ يُقْوَمُ ponuntur يَقُومُ يُسْتَقَامُ يُخَافُ يُقَامُ يَسْتَقِيمُ يَخَافُ يَقِيمُ par. 256.

Sed futura activa formae septimae, octavaeque, quum in iis secundae radicali non Sukûnum, sed Fatcha brevis praemittenda esset, vocalem radicalem in *â* convertunt; igitur pro يَقْتَوِمُ يَنْقَوِمُ ponuntur يَقْتَامُ يَنْقَامُ par. 260. art. 6.

Vocalis producta, qua futura utuntur, corripitur ubicunque tertia radicalis quiescit, par. 197. Igitur ponuntur يَقُمْنَ يَخَفْنَ. atque in futuro decurtato يَقُمْ يَخَفْ.

515. Imperativi vocalem radicalem eodem modo, quo futura, conformant.

Participium formae primae activum قَائِمٌ *kâ-i-mun* post primam radicalem, quemodmodum in verbis sanis fit, vocalem *â* productam inserit, pro secunda radicali vero vocalem *ĭ* brevem ponit, quia in hoc participio verba sana secundae radicali vocalem *ĭ* brevem indere solent. Participium passivum vocalem radicalem in vocalem sequentem influere iubet; igitur pro مَقْوُومٌ plerumque مَقُومٌ ponitur; par. 256.

Ceterarum formarum participia vocalem radicalem eodem modo, quo futura, conformant.

516. Itaque flexio formae primae activae verbi قوم *stare* haec est:

praeteritum

	sing.	dual.	plural.
3.	قَامَ قَامَتْ	قَامَا قَامَتَا	قَامُوا قُمْنَ
2.	قُمْتَ قُمْتِ	قُمْتُمَا	قُمْتُمْ قُمْتُنَّ
1.	قُمْتُ		قُمْنَا

futurum indicativum

3.	يَقُومُ تَقُومُ	يَقُومَانِ تَقُومَانِ	يَقُومُونَ يَقُمْنَ
2.	تَقُومُ تَقُومِينَ	تَقُومَانِ	تَقُومُونَ تَقُمْنَ
1.	أَقُومُ		نَقُومُ

futurum subiunctivum

3.	يَقُومَ تَقُومَ	يَقُومَا تَقُومَا	يَقُومُوا يَقُمْنَ
2.	تَقُومَ تَقُومِي	تَقُومَا	تَقُومُوا تَقُمْنَ
1.	أَقُومَ		نَقُومَ

futurum decurtatum

3.	يَقُمْ تَقُمْ	يَقُومَا تَقُومَا	يَقُومُوا يَقُمْنَ
2.	تَقُمْ تَقُومِي	تَقُومَا	تَقُومُوا تَقُمْنَ
1.	أَقُمْ		نَقُمْ

futurum nervosum grave

3.	يَقُومَنَّ تَقُومَنَّ	يَقُومَانِّ تَقُومَانِّ	يَقُومُنَّ يَقُمْنَانِّ
2.	تَقُومُنَّ تَقُومِنَّ	تَقُومَانِّ	تَقُومُنَّ تَقُمْنَانِّ
1.	أَقُومَنَّ		نَقُومَنَّ

futurum nervosum leve

3.	يَقُومَنْ	تَقُومَنْ		يَقُومُنْ	
2.	تَقُومَنْ	تَقُومِنْ		تَقُومُنْ	
1.	أَقُومَنْ			نَقُومَنْ	

imperativus

2.	قُمْ	قُومِي	قُومَا	قُومُوا	قُمْنَ

imperativus nervosus gravis

2.	قُومَنَّ	قُومِنَّ	قُومَانِّ	قُومُنَّ	قُمْنَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	قُومَنْ	قُومِنْ	قُومُنْ

infinitivus — participium

قَوْمٌ — قَائِمٌ

517. Nonnulla verba in futuro secundae syllabae Fatcham tribuunt, quemadmodum hoc in verbis sanis fit; par. 406. 407. art. 6. Sic ponuntur زَالَ زُلْتَ يَزُولُ ac يَزَالُ *desiit*, ac نَامَ نِمْتَ يَنَامُ *dormivit*.

Verbum كَانَ *fuit* pro futuro decurtato يَكُنْ تَكُنْ أَكُنْ نَكُنْ apud poetas etiam formas magis decurtatas يَكُ تَكُ أَكُ نَكُ ponit, ex rapidiori usitatissimi huius verbi pronuntiatione ortas.

Imperativus verbi concavi Elifam weslatam, quam verba sana radici praefigunt, abiicit, quia prima radicalis in imperativo vocalem accipit, ante consonantem motam vero Elifa weslata nullum usum habet; par. 194. 222. art. 1. d. par. 388. art. 4. par. 418.

Infinitivus formae فُعُولٌ vocalem radicalem *ú* modo retinet, spiritu firmatam, modo in semivocalem Wâwam convertit. Sic a verbis حول *converti*, غور *descendere*, derivantur infinitivi حُؤُولٌ غُؤُورٌ ac حُوُولٌ غُوُورٌ par. 155. 244. art. 5. b.

Infinitivo rariori formae فَعْلُولَةٌ plura verba concava utuntur; sic كون *esse*, دوم *perennare*, cum Wâwa radicali in Jâam conversa infinitivos كَيْنُونَةٌ دَيْمُومَةٌ fingunt; par. 428.

Participium formae primae activum verba concava nonnulla ad modum verborum defectivorum fingunt; par. 546. Sic verbum شوك *acutum esse* participia شَائِكٌ ac شَاكٍ *acutus* fingit.

518. Quae verba concava Tâam extremam radicalem habent, eam cum Tâa syllabarum praeteriti personalium تُنَّ تُمْ تُمَا تُ تِ تَ in ipsa scriptura, Teschdîdo posito, coniungentes, par. 447. art. 3. formas admodum contractas fingunt. Sic a موت *moriri* derivantur مُتُّمْ مُتُّمَا مُتُّ مُتِّ مُتَّ مُتُّنَّ.

Quae verba concava Nûnam radicalem extremam habent, eam cum Nûna syllabarum praeteriti personalium نَّا نَّ in ipsa scriptura, Teschdîdo posito, coniungentes, par. 447. art. 5. item perbreves formas fingunt. Sic a كون *esse* derivantur كُنَّ *sunt eae*, كُنَّا *sumus*.

519. Sunt verba concava *intransitiva*, quae in persona tertia praeteriti, si ad speciem verborum sanorum prorsus conformarentur, vocali radicali Kesram adiectura essent, ut خَوِفَ timuit, عَوِرَ luscus fuit.

Quae verba in persona tertia quidem praeteriti, sicut cetera concava, vocalem radicalem in *â* convertunt, sed in reliquis personis pro vocali radicali corripienda Kesram illam, sensus intransitivi signum, substituunt; par. 260. art. 6. In futuro haec verba, sicut intransitiva sana, Fatcham secundae radicali indunt, quae ideo in *â* productam abit; atque ad futurum imperativus accommodatur. Igitur pro خَوِفْتَ خَوِفَتْ خَوِفَ أَخْوَفُ يَخْوَفُ ponuntur:

praeter. خِفْنَ خَافُوا خَافَا خِفْتُ خِفْتِ خِفْتَ خَافَتْ خَافَ

futur. يَخَافُونَ تَخَافُ يَخَافُ. Fut. apoc. يَخَافُوا يَخَفْ

imper. خَفْنَ خَافُوا خَافَا خَافِي خَفْ. Partic. خَائِفٌ

Nonnulla vero huius generis verba intransitiva vocalem radicalem in Wâwam convertere, eamque, tanquam consonantem, ubique retinere, igiturque verborum sanorum flexionem sequi dicuntur, ut عَوَرٌ يَعْوَرُ عَوِرَ luscum esse, حَوَلٌ يَحْوَلُ حَوِلَ distortum esse; par. 256. 260. art. 6. Praeterita quidem haec, infinitivique, re vera sic scripta inveniuntur; futurorum vero certa exempla adhuc non repperi. Fîrûsâbâdensis illorum verborum flexionem sic exponit: عَوِرَ ac ٱلْعَيْنُ حَوِلَتْ وَحَالَتْ تَحَالُ يَعَارُ وَعَارَ كَفَرِحَ. In sermone hebraeo quoque, aramaeoque, nonnulla huius generis verba exstant, ut יִגְוַע גָּוַע exspirare, יִרְוַח רָוַח respirare.

520. Praeterea verba concava intransitiva esse dicuntur, quae in persona tertia praeteriti, si ad speciem verborum sanorum prorsus conformarentur, vocali radicali, in semivocalem conversae, Dammam adiectura essent, ut طَوُلَ longus fuit. Quorum verborum flexio a flexione verbi قَامَ non differt; ponuntur enim طَوُلَ طَوُلْ طُولْ يَطُولُ طُلْتَ طَالَ par. 260. art. 9.

521. Flexio **formae primae passivae** verbi قوم *stare* haec est:

praeteritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	قِيمَ	قِيمَتْ	قِيمَا	قِيمَتَا	قِيمُوا	قِمْنَ
2.	قِمْتَ	قِمْتِ	قِمْتُمَا		قِمْتُمْ	قِمْتُنَّ
1.	قِمْتُ				قِمْنَا	

futurum indicativum

3.	يُقَامُ	تُقَامُ	يُقَامَانِ	تُقَامَانِ	يُقَامُونَ	يُقَمْنَ
2.	تُقَامُ	تُقَامِينَ	تُقَامَانِ		تُقَامُونَ	تُقَمْنَ
1.	أُقَامُ				نُقَامُ	

futurum subiunctivum

3.	يُقَامَ	تُقَامَ	يُقَامَا	تُقَامَا	يُقَامُوا	يُقَمْنَ
2.	تُقَامَ	تُقَامِى	تُقَامَا		تُقَامُوا	تُقَمْنَ
1.	أُقَامَ				نُقَامَ	

futurum decurtatum

3.	يُقَمْ	تُقَمْ	يُقَامَا	تُقَامَا	يُقَامُوا	يُقَمْنَ
2.	تُقَمْ	تُقَامِى	تُقَامَا		تُقَامُوا	تُقَمْنَ
1.	أُقَمْ				نُقَمْ	

futurum nervosum grave

3.	يُقَامَنَّ	تُقَامَنَّ	يُقَامَانِّ	تُقَامَانِّ	يُقَامُنَّ	يُقَمْنَانِّ
2.	تُقَامَنَّ	تُقَامِنَّ	تُقَامَانِّ		تُقَامُنَّ	تُقَمْنَانِّ
1.	أُقَامَنَّ				نُقَامَنَّ	

futurum nervosum leve

3.	يُقَامَنْ تُقَامَنْ	يُقَامَنْ
2.	تُقَامَنْ تُقَامَنْ	تُقَامَنْ
1.	أُقَامَنْ	نُقَامَنْ

participium

مَقُومٌ

522. Pro praeterito passivo قِيمَ in nonnullis Korâni codicibus passim forma قُيِمَ posita invenitur, quae vocalem radicalem, propter adiiciendam Kesram, in semivocalem Jâam convertit; par. 260. art. 2. 4. Sacy gr. ar. tom. 1. par. 238. 525.

Porro nonnulli etiam praeteritum passivum قُمْتُ قُومْتُ قُومَ admitti posse censent. Quod vero maxime iis tantum verbis tribuitur, quae in praeterito activo Kesram brevem primae radicali indunt, ut خِفْتُ *timui*, ut sic activum خِفْتُ a passivo خُفْتُ satis distinguatur.

Denique praeteritum passivum قِئِمَ nonnunquam positum invenitur, quod pro vocali radicali solam Kesram brevem, quae secundae radicali adiicienda esset, substituit, spiritu firmatam. Sic a verbo سَوِدَ *nigricat*, derivatur سُئِدَ *nigrore adfectus est*, Kâm. pag. 377. Quemadmodum hoc idem in participio قَائِمٌ fit; par. 515.

Participium passivum ad modum verborum sanorum conformatum مَقْوُومٌ est, quod passim positum invenitur; par. 253; plerumque vero contractum مَقُومٌ ponitur par. 256. Verbum passivum سُئِدَ *nigrore adfectus est*, de quo modo diximus, participium مَسْئُودٌ fingit, Kâm. pag. 377.

523. Ceterarum verbi قوم *stare* formarum singula tempora haec sunt:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	قَامَ	يَقُومُ	قُمْ	قَائِمٌ	قَوْمٌ	قِيمَ	يُقَامُ	مَقُومٌ
2.	قَوَّمَ	يُقَوِّمُ	قَوِّمْ	مُقَوِّمٌ	تَقْوِيمٌ	قُوِّمَ	يُقَوَّمُ	مُقَوَّمٌ
3.	قَاوَمَ	يُقَاوِمُ	قَاوِمْ	مُقَاوِمٌ	مُقَاوَمَةٌ	قُووِمَ	يُقَاوَمُ	مُقَاوَمٌ

4. مُقَامٌ يُقَامُ أُقِيمَ إِقَامَةٌ مُقِيمٌ أَقِمْ يُقِيمُ أَقَامَ

5. مُتَقَوَّمٌ يُتَقَوَّمُ تُقُوِّمَ تَقَوُّمٌ مُتَقَوِّمٌ تَقَوَّمْ يَتَقَوَّمُ تَقَوَّمَ

6. مُتَقَاوَمٌ يُتَقَاوَمُ تُقُووِمَ تَقَاوُمٌ مُتَقَاوِمٌ تَقَاوَمْ يَتَقَاوَمُ تَقَاوَمَ

7. مُنْقَامٌ يُنْقَامُ اُنْقِيمَ اِنْقِيَامٌ مُنْقَامٌ اِنْقَمْ يَنْقَامُ اِنْقَامَ

8. مُقْتَامٌ يُقْتَامُ اُقْتِيمَ اِقْتِيَامٌ مُقْتَامٌ اِقْتَمْ يَقْتَامُ اِقْتَامَ

9. اِقْوِمَامٌ مُقْوَمٌّ اِقْوَمِمْ يَقْوَمُّ اِقْوَمَّ

10. مُسْتَقَامٌ يُسْتَقَامُ اُسْتُقِيمَ اِسْتِقَامَةٌ مُسْتَقِيمٌ اِسْتَقِمْ يَسْتَقِيمُ اِسْتَقَامَ

11. اِقْوِيمَامٌ مُقْوَامٌّ اِقْوَامِمْ يَقْوَامُّ اِقْوَامَّ

524. Praeterita أَقَامَ اِنْقَامَ اِقْتَامَ اِسْتَقَامَ in personis secundis, primisque, ac tertia pluralis feminina, Fatcham productam corripiunt; igitur ponuntur أَقَمْتَ أَقَمْتُ اِقْتَمْنَ اِسْتَقَمْتُمْ اِسْتَقَمْنَا ac sic reliqua; par. 513.

Infinitivi formae quartae, decimaeque, qui إِقْوَامٌ ac اِسْتِقْوَامٌ scribendi essent, vocalem radicalem *ú* e regula par. 256. prorsus pellunt, terminationem femininam ة vero arripiunt. Raro ponitur infinitivus form. 4. masculinus إِقَامٌ ut in Koràno sur. 21. v. 73.

Infinitivi formae septimae, octavaeque, qui اِنْقِوَامٌ ac اِقْتِوَامٌ scribendi essent, vocalem radicalem *ú* propter antecedentem Kesram in *í* sive Jâam convertunt; par. 210. 260. art. 2. Sic etiam in forma prima infinitivus speciei فِعَالٌ scribitur قِيَامٌ *stare.*

Sed in forma tertia infinitivus speciei فِعَالٌ scribitur قِوَامٌ *adstare,* Kâm. pag. 1684; quod significationis distinguendae causa fieri videtur. Pro infinitivo formae tertiae جِوَارٌ *clientela* etiam جَوَارٌ ac جُوَارٌ ponuntur.

Pro infinitivo formae sextae تَفَاوُتٌ etiam تَفَاوَتٌ ac تَفَاوِتٌ poni posse, tradit Lumsden p. 245; quod eum in finem fortasse fit, ut vocalis radicalis *ú* distinctius in semivocalem conversa proferri possit.

525. Verbum طوق in Korâni quodam loco pro طَوَّقَ *torquem induit,* ac تَطَوَّقَ *torque indutus fuit,* etiam formas طَيَّقَ ac تَطَيَّقَ cum Wâwa in Jâam conversa ponit; Kâm. pag. 1307. Vide par. 510.

Verbum طوع pro forma decima اَسْتَطَاعَ *obedivit*, *potuit*, rarius formas contractiores fingit, par. 203. b. par. 381. Quae quidem sunt:

يَصْطِيعُ اَصْطَاعَ يَسْطِيعُ اَسْطَاعَ يَصَّطِيعُ اَصَّطَاعَ يَسَّطِيعُ اَسَّطَاعَ

Alii vero formas اَسْطَاعَ يَسْطِيعُ ac اَسْتَاعَ يَسْتِيعُ fingunt, easque pro forma quarta اَطَاعَ يُطِيعُ *obedivit* poni dicunt.

526. Nonnulla verba concava praeteritum formae quartae, octavae, vel decimae, ad modum verbi sani fingunt; etenim vocalem radicalem *ŭ* retinent, quae propter sequentem Fatcham in semivocalem Wâwam transit; par. 256. 537. Quam quidem conformationem, quam Ewaldus gr ar. vol. 1. par. 391. recentioris originis esse censet, nonnulla verba ad significationes singulares, et maxime quidem intransitivas, distinguendas introduxisse videntur. Sic igitur ponuntur:

رَوْدٌ petere. أَرَادَ voluit. أَرْوَدَ اِرْوَادٌ leniter egit.

عَوْلٌ alere. أَعَالَ sustentavit. أَعْوَلَ eiulavit. اَعْتَوَلَ eiulavit.

شَوْرٌ tentare. أَشَارَ indicavit. أَشْوَرَ altum reddidit. اَشْتَوَرَ deliberavit, Hamaker expugn. Memphid. ar. pag. 65. lin. 8.

خَوْلٌ curare. أَخَالَ suspicatus est. أَخْوَلَ partic. مُخْوِلٌ multos avunculos habuit. اَسْتَخَالَ ac اَسْتَخْوَلَ avunculum existimavit aliquem.

رَوْحٌ spirare. أَرَاحَ recreavit. أَرْوَحَ obfecit. اِرْتَاحَ alacer fuit. اِرْتَوَحَ يَرْتَوِحَانِ per alternas vices operati sunt, Kâm. اَسْتَرَاحَ quievit. اَسْتَرْوَحَ odoratus est.

عَوَرٌ luscus fuit. أَعَارَ commodavit. أَعْوَرَ luscum reddidit aliquem. اِعْتَوَرَ mutuatus est. اَسْتَعْوَرَ solitarius fuit.

Quam conformationem etiam ad futura, participia, infinitivosque traduci, ex vocabulis يَرْتَوِحُ مُخْوِلٌ اِرْوَادٌ cognoscitur.

2. *Verbum concavum, quod mediam radicalem habet Jâam.*

527. Hoc verbum concavum eodem modo, quo verbum concavum quod mediam radicalem Wâwam habet, formas suas, temporaque fingit, par. 513—515; nisi quod pro *ū*, *ŭ*, ac semivocali Wâwa, quae in illo verbo vocalem radicalem repraesentant, simili prorsus ratione hic iam *ī*, *ĭ*,

ac semivocalis Jâa, ponuntur. Quod quidem ex vocalis radicalis natura necessario sequitur; par. 513.

Igitur ex radice ميل *inclinare* finguntur praeterita activa مِلْتُ مَالَ أَمَلْتُ أَمَالَ par. 513. ac passiva أُمِلْتُ أُمِيلَ مِلْتُ مِيلَ. Praeterita formarum 2. 3. 5. huiusque generis ceterarum vero, quae vocalem radicalem in semivocalem convertunt, sunt أَمْيَلَّ مُويِلَ مَايَلَ مُيِّلَ مَيَّلَ par. 513.

Futuris يَفْعِلُ ac يَفْعَلُ forma prima utitur; pro يَسْتَمْيِلُ يَهْيَبُ يَمْيِلُ vero يَسْتَمِيلُ يَهَابُ يَمِيلُ ponuntur. In formis 7. 8. pro يَمْتَيِلُ يَنْمَيِلُ comparent يَمْتَالُ يَنْمَالُ par. 514. Participium formae primae activum مَائِلٌ est, passivum مَمْيُولٌ vel contractum مَمِيلٌ par. 515. 287. Cetera participia vocalem radicalem eodem modo, quo futura, conformant.

528. Itaque flexio **formae primae activae** verbi ميل *inclinare* haec est:

practeritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	مَالَ	مَالَتْ	مَالَا	مَالَتَا	مَالُوا	مِلْنَ
2.	مِلْتَ	مِلْتِ	مِلْتُمَا		مِلْتُمْ	مِلْتُنَّ
1.	مِلْتُ				مِلْنَا	

futurum indicativum

	sing.		dual.		plural.	
3.	يَمِيلُ	تَمِيلُ	يَمِيلَانِ	تَمِيلَانِ	يَمِيلُونَ	يَمِلْنَ
2.	تَمِيلُ	تَمِيلِينَ	تَمِيلَانِ		تَمِيلُونَ	تَمِلْنَ
1.	أَمِيلُ				نَمِيلُ	

futurum subiunctivum

	sing.		dual.		plural.	
3.	يَمِيلَ	تَمِيلَ	يَمِيلَا	تَمِيلَا	يَمِيلُوا	يَمِلْنَ
2.	تَمِيلَ	تَمِيلِي	تَمِيلَا		تَمِيلُوا	تَمِلْنَ
1.	أَمِيلَ				نَمِيلَ	

futurum decurtatum

3.	يَمِلْ	تَمِلْ	يَمِيلَا	تَمِيلَا	يَمِيلُوا	يَمِلْنَ
2.	تَمِلْ	تَمِيلِي		تَمِيلَا	تَمِيلُوا	تَمِلْنَ
1.	أَمِلْ					نَمِلْ

futurum nervosum grave

3.	يَمِيلَنَّ	تَمِيلَنَّ	يَمِيلَانِّ	تَمِيلَانِّ	يَمِيلُنَّ	يَمِلْنَانِّ
2.	تَمِيلَنَّ	تَمِيلِنَّ		تَمِيلَانِّ	تَمِيلُنَّ	تَمِلْنَانِّ
1.	أَمِيلَنَّ					نَمِيلَنَّ

futurum nervosum leve

3.	يَمِيلَنْ	تَمِيلَنْ	يَمِيلُنْ
2.	تَمِيلَنْ	تَمِيلِنْ	تَمِيلُنْ
1.	أَمِيلَنْ		نَمِيلَنْ

imperativus

2.	مِلْ	مِيلِي	مِيلَا	مِيلُوا	مِلْنَ

imperativus nervosus gravis

2.	مِيلَنَّ	مِيلِنَّ	مِيلَانِّ	مِيلُنَّ	مِلْنَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	مِيلَنْ	مِيلِنْ	مِيلُنْ

infinitivus	participium
مَيْلٌ	مَائِلٌ

529. Nonnulla huius classis verba in futuro Fatcham secundae syllabae tribuunt. Sic ponuntur غَارَ غِرْتَ يَغَارُ غَيْرٌ *zelotypus fuit*, هَابَ هِبْتَ يَهَابُ هَيْبٌ *metuit*, خَالَ خِلْتَ يَخَالُ خَيْلٌ *putavit*; conf. par. 517. Verbum خَالَ in futuro persona prima اِخَالُ *puto* utitur; par. 408. In imperativo هَبْ هَابِي هَابَا هَابُوا هَبْنَ poni videntur; par. 519.

530. Quae verba utrum in persona tertia praeteriti Kesram vocali radicali adiectura essent, par. 291. art. 6. par. 519; Sacy gr. ar. tom. 1.

par. 521; ipsaque igitur pro هَيِبَ خَيِلَ غَيِرَ posita esse censenda sint, necne, scire difficile est. Nam etiam a verbis هَيَبَ خَيَلَ غَيَرَ formae illae, quae Kesram introducunt: هِبْتُ خِلْتُ غِرْتُ necessario ducuntur; par. 291. art. 3. par. 527.

Pauca verba intransitiva vero in praeterito re vera vocali radicali Kesram non modo adiicere, verum etiam retinere, propterea que vocalem radicalem in consonantem Jâam convertere dicuntur, par. 519. Sic enim in Kâmûsso عَيِنَ عَيْنٌ magnos oculos habuit, مَيِلَ مَيْلٌ inclinavit se, ponuntur; par. 291. art. 3. et 6. Quorum verborum futura يَعْيَنُ يَمْيَلُ esse videntur; par. 519.

531. Quae par. 518. exposita sunt, etiam in ea verba concava, quae mediam radicalem habent Jâam, necessario cadunt. Sic a verbis بيت pernoctare, بين abire, derivantur formae admodum contractae بِتُّ pernoctavi, بِنَّ abierunt eae.

532. Infinitivo rariori فَعْلُولَةٌ etiam ea verba concava, quae mediam radicalem habent Jâam, utuntur. Sic a بين abire, غيب abesse, ducuntur infinitivi بَيْنُونَةٌ غَيْبُوبَةٌ. Conf. par. 428. 517.

533. Flexio *formae primae passivae* verbi ميل *inclinare* a flexione formae primae passivae verbi قوم *stare*, quam par. 521. exposuimus, non differt. Igitur in praeterito مِيلَ مِيلَتْ مِلْتَ مِلْتِ ac sic reliqua ponuntur, in futuro vero يُمَالُ تُمَالُ يُمَلْ تُمَلْ. Participium modo regulari fictum مَمْيُولٌ passim ponitur, par. 284. Sed etiam formam contractam مَمِيلٌ usurpant; par. 287. 522.

534. Pro praeterito passivo مِيلَ مِيلَتْ rarius مُيِلَ مُيِلَتْ significatum invenitur; par. 522. Porro pro praeterito passivo مِيلَ مِلْتَ vel هِيبَ هِبْتَ rarius هُوبَ هُوبْتَ هُبْتَ ponitur, par. 522; quibus formis efficitur, ut activum هِبْتَ *metuebas* a passivo هُبْتَ *metuebaris* bene distinguatur. Denique pro هِيبَ et هُيِبَ etiam هُيِّبَ هُيِّبْتَ ponitur; vide par. 522; Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 525.

535. Ceterarum verbi ميل *inclinare* formarum singula tempora haec sunt:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut	partic.
1.	مَالَ	يَمِيلُ	مِلْ	مَائِلٌ	مَيْلٌ	مِيلَ	يُمَالُ	مَمْيُولٌ
2.	مَيَّلَ	يُمَيِّلُ	مَيِّلْ	مُمَيِّلٌ	تَمْيِيلٌ	مُيِّلَ	يُمَيَّلُ	مُمَيَّلٌ
3.	مَايَلَ	يُمَايِلُ	مَايِلْ	مُمَايِلٌ	مُمَايَلَةٌ	مُويِلَ	يُمَايَلُ	مُمَايَلٌ
4.	أَمَالَ	يُمِيلُ	أَمِلْ	مُمِيلٌ	إِمَالَةٌ	أُمِيلَ	يُمَالُ	مُمَالٌ
5.	تَمَيَّلَ	يَتَمَيَّلُ	تَمَيَّلْ	مُتَمَيِّلٌ	تَمَيُّلٌ	تُمُيِّلَ	يُتَمَيَّلُ	مُتَمَيَّلٌ
6.	تَمَايَلَ	يَتَمَايَلُ	تَمَايَلْ	مُتَمَايِلٌ	تَمَايُلٌ	تُمُويِلَ	يُتَمَايَلُ	مُتَمَايَلٌ
7.	ٱنْمَالَ	يَنْمَالُ	ٱنْمَلْ	مُنْمَالٌ	ٱنْمِيَالٌ	ٱنْمِيلَ	يُنْمَالُ	مُنْمَالٌ
8.	ٱمْتَالَ	يَمْتَالُ	ٱمْتَلْ	مُمْتَالٌ	ٱمْتِيَالٌ	ٱمْتِيلَ	يُمْتَالُ	مُمْتَالٌ
9.	ٱمْيَلَّ	يَمْيَلُّ	ٱمْيَلِلْ	مُمْيَلٌّ	ٱمْيِلَالٌ			
10.	ٱسْتَمَالَ	يَسْتَمِيلُ	ٱسْتَمِلْ	مُسْتَمِيلٌ	ٱسْتِمَالَةٌ	ٱسْتُمِيلَ	يُسْتَمَالُ	مُسْتَمَالٌ
11.	ٱمْيَالَّ	يَمْيَالُّ	ٱمْيَالِلْ	مُمْيَالٌّ	ٱمْيِيلَالٌ			

536. Praeterita ٱسْتَمَالَ ٱمْتَالَ ٱنْمَالَ أَمَالَ in personis secundis, primisque, ac tertia pluralis feminina, Fatcham productam corripiunt; igitur ponuntur ٱسْتَمَلْنَا ٱسْتَمَلْتُمْ ٱمْتَلْنَ أَمَلْتُ أَمَلْتَ ac sic reliqua; par. 513. 524.

Infinitivi formae quartae, decimaeque, qui إِمْيَالٌ ac ٱسْتِمْيَالٌ scribendi essent, vocalem radicalem *i* e regula par. 287. prorsus expellunt, terminationem femininam vero arripiunt; conf. par. 524.

Verbum طير *volare* pro forma quinta تَطَيَّرَ *ominatus est* etiam formam abnormem أَطَّيَّرَ ponit; vid. par. 388. art. 2.

Pro infinitivo formae quintae تَمَيُّلٌ nonnunquam مَيْلَةٌ poni, tradit Lumsden gr. ar. p. 245; ut خِيَرَةٌ *selectio*. Quae forma fortasse ex خِيَارٌ

electio deducta est, vocali Fatcha propter accedentem Hêam ة correpta; Ewald gr. ar. vol. 1. pag. 379.

537. Atque etiam ex verbis concavis, quae Jâam mediam radicalem habent, nonnulla sunt, quae praeteritum formae quartae, octavae, vel decimae, ad modum verbi sani fingunt; etenim vocalem radicalem *i* retinent, quae propter sequentem Fatcham in semivocalem Jâam transit; par. 287. 526. Quod tum maxime fit, si aut significatio intransitiva indicanda est, aut a nomine verbum derivari videtur. Sic igitur ponuntur:

غَيْمٌ nubilum. أَغَامَ et أَغْيَمَ nubilus factus est *aer.*

خَيْلٌ putare. أَخَالَ et أَخْيَلَ pluviam putavit *nubem.*

عَيْنٌ scaturigo. أَعْيَنَ scaturiginem effodit.

بَيْضٌ albedo. أَبْتَيَضَ periit. *Kâm.* pag. 896.

غَيْلٌ arundinetum. أَغْيَلَ densa fuit *arbor.* أَسْتَغْيَلَ densa fuit *arbor.*

Quae quidem praeterita etiam in ceteris personis mediam radicalem in semivocalem conversam retinent; ut أَخْيَلْنَا أَخْيَلَ أَغْيَمْتَ أَغْيَمَ Kâm. pag. 1442.

538. Verbum رَيْقٌ *fluere* non modo formam quartam solitam أَرَاقَ *effudit*, sed etiam formam quartam هَرَاقَ *effudit* finxit, quae hebraeo more pro Hamsa adspirationem fortiorem, id est consonantem Hêam, ponit; conf. par. 465. Quam Hêam praefixam pro radicali habentes, Arabes verbum هَرَاقَ quasi quadrilitterum sic flectere consueverunt:

	praet.	fut.	imp.	partic.	infin.
forma 1. activ.	هَرَاقَ	يُهَرِيقُ	هَرِقْ	مُهَرِيقٌ	هِرَاقَةٌ
forma 1. passiv.	هُرِيقَ	يُهَرَاقُ		مُهَرَاقٌ	
forma 4. activ.	أَهْرَاقَ	يُهْرِيقُ	أَهْرِقْ	مُهْرِيقٌ	إِهْرِيَاقٌ
forma 4. passiv.	أُهْرِيقَ	يُهْرَاقُ		مُهْرَاقٌ	

In forma 4. activa etiam يُهْرِقُ أَهْرَقَ ponuntur; Sacy gr. ar. tom. 1. par. 467. 534. 659. 763. Imperativus pluralis formae primae هَرِيقُوا *effundite* in Kâmûsso pag. 1344. positus invenitur. Simili fere modo Hebraei in futuro hiphilico verbi יָלַל *eiulare* pro יֵילִיל formam יְהֵילִיל substituunt.

Caput nonum.

Flexio verbi defectivi.

539. Verba defectiva ٱلنَّاقِصَةُ ea sunt, quorum radix ex duabus consonantibus atque una vocali adiecta constat, ut بدو *bdú* apparere, بنى *bní* aedificare; quae radices, si in vocabula perfecta abeunt, vocalem radicalem pro ratione legum euphoniae saepe vel variant, vel in semivocales Wâwam ac Jâam convertunt; par. 336. art. 4. par. 543. Atque sic hae quoque radices ad recipiendas radicum sanarum flexiones quodammodo saltem idoneae fiunt. Sed apprime tamen vocalem productam tertiae radicalis loco retinere affectant.

540. Arabes haec verba *defectiva* نَاقِصَةٌ ideo vocant, quia ipsa in multis formis tertiam radicalem, id est vocalem radicalem, amittere videntur.

Porro verbum defectivum etiam *praeditum quattuor* litteris ذُو ٱلْأَرْبَعَةِ vocatur, quoniam in prima eius forma praeteriti singularis persona prima quattuor litteras habet, ut بَدَوْتُ apparui, بَنَيْتُ aedificavi. Verbum surdum in hac persona prima tres tantum litteras habet; par. 508.

541. Alia radicum defectivarum pars vocalem *ú* sive Wâwam, alia vocalem *í* sive Jâam, radicalem habere videtur. Nam aliae radices non modo in forma prima verbi, ut بَدَوْتُ apparui, بَدَوَا apparuerunt ambo, بَدَوْنَ apparuerunt eae, بَدَوْنَا apparuimus, يَبْدُو apparebit, لِيَبْدُوَ ut appareat, verum etiam in nominibus, quae ipsae pepererunt, ut بَدْوٌ campus, بَدْوَةٌ latus, بَدَاوَةٌ rusticatio, بَدَوِيٌّ campestris, بُدُوٌّ manifestatio, Wâwam tertiam radicalem retinent. Aliae radices vero non modo in forma prima verbi, ut بَنَيْتُ aedificavi, بَنَيَا aedificarunt ambo, بَنَيْنَ aedificarunt eae, بَنَيْنَا aedificavimus, يَبْنِي aedificabit, لِيَبْنِيَ ut aedificet, verum etiam in nominibus, quae ipsae pepererunt, ut بَنْيٌ aedificatio, بِنْيَةٌ aedificium, بِنَايَةٌ structura, بُنْيَانٌ structura, Jâam tertiam radicalem ponunt; conf. par. 509. Ewald gr. ar. vol. 1. par. 394.

In ceteris vero verbi formis, quae praeter primam exstant, id est secunda, tertia, et quae sequuntur, omnibus radices defectivae cunctae loco radicalis tertiae Jâam ponunt; unde fit, ut a radicibus بدو ac بنى

formae secundae بَدَّى ,بَنَّى ducantur, formaeque tertiae بَانَى بَادَى ac sic reliquae. Atque ita etiam nomina a radicibus defectivis ducta, quaecunque supra tres litteras habent, radicali vero terminantur, omnia pro tertia radicali Jâam ponunt; quemadmodum a لهو ludere, جنى decerpere, nomina pari modo ficta مَلْهًى oblectatio, مَجْنًى poma, ducuntur; par. 94. 543.

542. Radices defectivae satis multae, quum in flectenda prima verbi forma, tum in nominibus formandis, utramque vocalem radicalem, id est vocalem *ú*, atque vocalem *í*, tanquam sonos inter se propinquiores par. 262. 499. 510. usurpant. Sic enim ponuntur دَعَوْتُ ac دَعَيْتُ vocavi, دَحَوْتُ ac دَحَيْتُ expandi, دَحْوٌ ac دَحْيٌ expansio, دُجُوٌّ ac دُجْيَةٌ caligo. Maior vero radicum pars sola vocali *í* radicali utitur.

Quae radices defectivae radicalem vocalem *á* habebant, eam in Hámsam sive spiritum, vel aliam gutturalem fortiorem, convertisse, atque sic in verba hamsata, vel gutturalia, abiisse videntur; par. 336. art. 5; par. 454. 510. Igitur pro radice *lká* لكا *percutere* radices لَكَأَ ac لَكَعَ *percutere* introductae sunt. Quod nisi factum esset, radices, quae vocalem *á* extremam radicalem habiturae essent, in multis formis cum iis radicibus, quae vocales *ú* atque *í* extremas radicales habent, facile confunderentur. Nam hae quoque radices, quae re vera vocales *ú* atque *í* extremas radicales habent, multa vocabula pariunt, in quibus terminatio radicis in *a* abit; quemadmodum a radicibus بدو بنى ducuntur بَدَا *bada* apparuit, اَلْبَدَا *el bada* artus, بَنَى *bana* aedificavit; par. 94. 543.

Fürstius in grammatica aramaea par. 163. 164. radices aramaeas, quarum praeterita formae primae in *a* desinant, ut צְלָא inclinavit se, מְנָא numeravit, non vocalem *u* vel *i*, sed vocalem *a* radicalem habere censet. Sed vocalis illa *a*, quae tertiam praeteriti personam claudit, utrum re vera radicalis sit, an ab ipso praeterito, quod vocalem *a* prae ceteris affectat, introducta sit, quaeri posse videtur. Nam etiam apud Arabes idem verbum, quod personas praeteriti secundas ac primas بَدَوْتَ بَدَوْتُمْ بَدَوْتُ بَدَوْنَا fingit, personas tertias بَدَا بَدَتْ adsciscit; conf. par. 510. 543. art. 2. a. Radices eorum verborum, quae apud Aramaeos צְלָא *inclinare*, מְנָא *numerare* scribuntur, apud Arabes صلو ac منى esse videntur; atque sic apud Aramaeos quoque a radice verbi מְנָא ducitur nomen מִנְיָן numerus.

543. Verborum defectivorum flexio ex variis vocalium *u* atque *i*, sive semivocalium Waw ac Jâ, immutationibus pendet, quae quidem simul ut cum *vocali radicali* verbi defectivi vocales ab ipsis formis grammaticis adiectae concurrunt, ad hiatum tollendum introducuntur; conf. par. 511. De quibus immutationibus dictum est in universum par. 216. art. 4. 5. 6. par. 217. art. 3. 5. 6; atque de immutationibus Wâwae separatim par. 243. 244. 252—54. 262—64. 268—71. 273; de immutationibus Jâae vero par. 274. 275. 283—85. 293—95. 299—302. 304. Quarum immutationum summa, quae ad verba defectiva spectat, haec fere est:

1. vocalis radicalis, si post eam vocalis brevis adiicienda est, cum praecedente vocali brevi, eaque simili, id est *Damma vel Kesra*, confluit. Quo facto, vocalis brevis illa, quae post tertiam radicalem adiicienda esset, evanescit. Igitur pro futuris يَبْدُوُ يَبْنِيُ iam يَبْدُو يَبْنِي ponuntur; par. 262. art. 2. par. 293. art. 2. 5.

Atque item vocalis radicalis in medio vocabulo quiescens cum praecedente Damma vel Kesra brevi confluit. Sic pro fut. fem. plurali يَرْمِيِنَ يَبْدُوُونَ iam يَرْمِينَ يَبْدُونَ ponuntur; par. 247. 281. Vocalis radicalis ad finem vocabuli post Dammam vel Kesram quiescens pellitur; par. 252. 283.

2. vocalis radicalis, si post eam vocalis brevis adiicienda est, a praecedente vocali brevi, eaque dissimili, id est *Fatcha*, ita opprimitur, ut ipsa obmutescat. Quo facto, vocalis brevis illa, quae post tertiam radicalem adiicienda esset, evanescit. Tum igitur vocabulum in eam vocalem desinit, quae أَلِفٌ مَقْصُورَةٌ *Elifa brevis* vocatur, atque modo duplici significatur; par. 94.

a. quae enim radices extremam radicalem *u* habent, ut بدو *bdu*, eae in praeterito form. prim. masc. non بَدَوْ *badau*, neque بَدَوَ *badaua*, sed solum بَدَا *bada* fingunt! Nam, quum tertia persona praeteriti masculina apud Arabes in *a* desinat, praeteritum *badau* in diphthongum desinens retinere noluerunt, sed in *bada* ipsum decurtarunt. Cuius vocabuli بَدَا vocalem *a* finalem in praeterito primae verbi formae activae significant ipsa Elifa posita; par. 94. art. 1. par. 215. 262. art. 1. Etenim in ceteris huius praeteriti personis primitiva radicalis *u* retinetur, ut in بَدَوْتُ بَدَوْنَا بَدَوْتَ.

In ceterarum huius verbi formarum praeteritis vocalis *a* finalis significatur posita Jâa muta, ut in بَدَّى *badda*, أَبْدَى *abda* par. 94. art. 2. Etenim in ceteris quoque horum praeteritorum personis pro primitiva radicali *u* vocalis *i* substituitur ac pronuntiatur, ut in بَدَّيْتُ *baddaitu*, أَبْدَيْتُ *abdaitu*; par. 564.

b. quae vero radices extremam radicalem *i* habent, ut بنى *bni*, eae in praeterito form. prim. masc. non بَنَىْ *banai*, neque بَنَيَ *banaia*, sed solum بَنَى *bana* fingunt. Nam quum praeteritum *banai* in diphthongum desinens, tanquam ab ingenio linguae abhorrens, admittere nollent, in *bana* ipsum decurtarunt. In quo vocabulo بَنَى radicalem Jâam, quamvis in hac tertia persona obmutescentem, scribendo tamen significant, quia Jâa illa in ceteris personis distincte profertur, ut in بَنَيْنَا بَنَيْتَ بَنَيْتُ par. 94. art. 2. par. 215. 293. art. 1. Atque sic etiam ceterarum huius verbi formarum praeterita Jâam radicalem, quamvis in persona tertia obmutescentem, retinent, ut بَنَّى *banna*, أَبْنَى *abna*; in ceteris enim personis haec Jâa pronuntiatur, ut in بَنَّيْتُ *bannaitu*, أَبْنَيْتُ *abnaitu*.

Vocalis radicalis in medio vocabulo quiescens cum praecedente Fatcha in diphthongum confluit. Sic ponuntur رَمَيْنَ رَمَيْتُ بَدَوْنَ بَدَوْتُ par. 245. 276. Vocalis radicalis ad finem vocabuli post Fatcham quiescens pellitur; igitur pro imperativo أَبْقَىْ *ibkai* mane! ponitur أَبْقَ *ibka*; par. 283.

3. vocalis radicalis, si post eam vocalis producta, eaque similis, id est Damma vel Kesra, adiicienda est, a praecedente vocali brevi pellitur. Quo facto, praecedens haec vocalis cum producta illa ita confluit, ut:

ŭ + û in û abeant, igiturque pro يَبْدُوُونَ ponatur يَبْدُونَ

ĭ + î in î abeant, igiturque pro تَبْنِيِينَ ponatur تَبْنِينَ.

ă + û in au abeant, igiturque pro بَدَوُوا ponatur بَدَوْا

ă + î in ai abeant, igiturque pro تِبْنَيِينَ ponatur تِبْنَيْنَ

ĭ + û in û abeant, igiturque pro بَقِيُوا ponatur بَقُوا

ŭ + î in î abeant, igiturque pro تَبْدُوِينَ ponatur تَبْدِينَ

Vide par. 263. 294.

4. vocalis radicalis necessario in semivocalem abit:

a. si vocalis radicalis vocalibus disparibus ŭ + ă, ŭ + â, ĭ + ă, ĭ + â, cingitur; ut in futuro subiunctivo يَبْدُوَ *adpareat*, يَبْنِيَ *aedificet*, atque in duali يَبْنِيَا يَبْدُوَا par. 216. art. 4. 5.

Wâwa inter vocales i + a ponenda propter antecedentem Kesram in semivocalem Jâam abire solet; igitur pro passivo بُدِوَ *manifestatus est*, atque intransitivo رَضِوَ *contentus fuit*, iam بُدِيَ رَضِيَ ponuntur; par. 244. art. 7.

Atque sic Jâa inter u + a ponenda propter antecedentem Dammam in semivocalem Wâwam nonnunquam abit; quemadmodum pro نَهُيَ *prudens fuit*, iam نَهُوَ ponitur; par. 275. art. 7.

b. si vocalis radicalis inter ă + â ponenda est, ut in duali رَمَيَا بَدَوَا par. 216. art. 5. par. 244. art. 5. a. par. 275. art. 5. a.

c. si vocalem radicalem Sukûnum praecedit, quod in infinitivis, ceterisque nominibus, fit; ut in بَدْوٌ visio, بَدْوَةٌ latus, بَنْيٌ aedificatio, بِنْيَةٌ aedificium; par. 216. art. 2.

d. si vocalem radicalem in medio vocabulo positam vocalis *â* producta praecedit, quod in infinitivis, ceterisque nominibus, fit; ut in بَدَاوَةٌ rusticatio, بِنَايَةٌ structura; par. 216. art. 3. par. 244. art. 4. par. 275. art. 4.

Vocalis radicalis ad finem vocabuli posita, quam vocalis *â* producta praecedit, in spiritum lenem sive Elifam hamsatam abit; quemadmodum pro بَدَاوٌ visio, بِنَايٌ aedificatio, ponuntur بَدَآءٌ بِنَآءٌ par. 268. 299. Quae conformatio rarius ad vocalem radicalem in medio vocabulo positam, quam vocalis *â* producta praecedit, traducitur; ponuntur enim بَدَآءَةٌ *visio* Kâm. pag. 1845. atque عَبَايَةٌ ac عَبَآءَةٌ *toga*, Ewald gr. ar. vol. 1. pag. 277.

Si vocalem radicalem Damma producta vel Kesra producta praecedit, contractio ita fieri solet, ut pro بُدُووٌ مَبْدُووَةٌ سَبِييٌ سَبِييَةٌ ponantur بُدُوٌّ مَبْدُوَّةٌ سَبِيٌّ سَبِيَّةٌ par. 269. 300. 301. Rarius pro بُدُووٌ forma

بُنُ و ٢ admittitur, quae tertiam radicalem in spiritum lenem convertit; Kâm. pag. 1845.

1. *Verbum defectivum, quod extremam radicalem habet Jâam.*

Forma prima activa.

544. Praeteritum personam tert. sing. masculinam بَنَى *bana* fingit. ex reg. par. 543. art. 2. b. Tertia feminina ad *bana* solitam terminationem *at* adiicit; par. 400. Syllabae *bana-at* vero in *banat* بَنَتْ contrahuntur ex reg. par. 197. Hebraei in hac huius personae forma, quam rarius usurpant, vocalem productam penultimae syllabae tribuunt, ut in עָשָׂת *fecit;* Ewald gr. hebr. ed. sec. par. 286.

Tertia dual. masc. بَنَيَا vocalem radicalem in semivocalem convertit ex reg. par. 543. art. 4. b. Feminina ad femininam singularem بَنَتْ vocalem *â* productam, solitum dualis signum, adiicit, igiturque formam بَنَتَا fingit; par. 400.

Personae secundae ac primae omnes, itemque tertia plur. fem. vocalem radicalem cum praecedente Fatcha brevi in diphthongum *ai* confluere iubent ex reg. par. 543. art. 2. ad finem. Tertia plur. masc. exitum *ajû* in *au* contrahit; par. 543. art. 3.

545. Futuro يَفْعِلُ pleraque huiusque classis verba utuntur, tanquam extremae radicali maxime consentaneo. Igitur in omnibus singularis personis, praeter sec. fem. itemque in plur. tert. fem. ac sec. fem. atque prima نَبْنِى يَبْنِينَ أَبْنِى تَبْنِى يَبْنِى vocalis radicalis cum antecedente Kesra confluit; par. 543. art. 1. Dualis يَبْنِيَانِ vocalem radicalem in semivocalem convertit ex reg. par. 543. art. 4. a. In sing. pers. 2 fem. ac plur. pers. 3 et 2. masc. vocalem radicalem antecedens Kesra ita pellit, ut pro يَبْنِيُونَ تَبْنِيِينَ iam يَبْنُونَ تَبْنِينَ ponantur; par. 543. art. 3.

Futuri subiunctivi personae eae, quae ad extremam radicalem adiiciunt Fatcham, propter hanc accedentem vocalem convertunt vocalem radicalem in semivocalem, ut يَبْنِيَ تَبْنِيَ par. 543. art. 4. a. Ceterae personae solito more decurtantur; par. 413.

Futuri decurtati personae eae, quae extremae radicali Dschesmam induunt, vocalem radicalem prorsus pellunt, ut ipsae vocali brevi terminentur,

atque sic a personis futuri indicativi satis distinguantur; par. 252. 283. 543. art. 1. 2. Igitur pro يَبْنِيْ ponitur يَبْنِ. Ceterae personae solito more decurtantur; par. 414.

Futuri nervosi personae eae, quae in verbis sanis ad extremam radicalem syllabas *anna* vel *an*, atque *ânni*, adiiciunt, vocalem radicalem propter accedentem Fatcham in semivocalem convertunt, ut يَبْنِيَنَّ يَبْنِيَنْ par. 543. art. 4. a. Persona sing. sec. fem. atque personae plur. tert. masc. ac sec. masc. terminationes personarum *îna* atque *úna*, vel decurtatas *î* atque *ú*, cum adiectis syllabis *anna* atque *an* ita confundunt, ut vocalibus *î* atque *ú*, quae vocalem radicalem iam absorbuerunt, correptis, vocali *ă* vero suppressa, terminationes *inna* atque *unna* exsistant; ponuntur igitur تَبْنِنَّ تَبْنِنْ يَبْنُنَّ يَبْنُنْ. Persona plur. tert. fem. ac sec. fem. quemadmodum in verbis sanis fit, terminationem *nânni* ad tertiam radicalem adfigunt; ponuntur igitur يَبْنِينَانِّ تَبْنِينَانِّ par. 415.

Nonnulla huius classis verba, quae secundam radicalem gutturalem habent, eam ob causam futuro يَفْعَلُ utuntur; par. 406. Sic verba رَعَى pavit, سَعَى cucurrit, futuris يَرْعَى يَسْعَى utuntur, quae in ceteris personis fingendis vocalem radicalem pari fere modo ut praeterita بَنَى سَعَى conformant; vid. par. 550.

546. Imperativus futurum decurtatum sequitur; par. 418. 283. 543. art. 1. Ponuntur igitur اِبْنِ اِبْنُوا. Imperativus nervosus futurum nervosum sequitur; par. 423; ponuntur igitur اِبْنِيَنَّ اِبْنِنَّ.

Participium activum pro اَلْبَانِيُ fingit formam اَلْبَانِي ex reg. par. 543. art. 1. Si nûnatio accedit, ponitur بَانٍ ex reg. par. 293. art. 5. Participium passivum مَبْنُويٌ in مَبْنِيٌّ contrahitur, par. 300.

547. Itaque flexio **formae primae activae** verbi بَنَى *aedificare* haec est:

praeteritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	بَنَى	بَنَتْ	بَنَيَا	بَنَتَا	بَنَوْا	بَنَيْنَ
2.	بَنَيْتَ	بَنَيْتِ	بَنَيْتُمَا		بَنَيْتُمْ	بَنَيْتُنَّ
1.	بَنَيْتُ				بَنَيْنَا	

futurum indicativum

3.	يَبْنِي	تَبْنِي	يَبْنِيَانِ	تَبْنِيَانِ	يَبْنُونَ	يَبْنِينَ
2.	تَبْنِي	تَبْنِينَ		تَبْنِيَانِ	تَبْنُونَ	تَبْنِينَ
1.	أَبْنِي					نَبْنِي

futurum subiunctivum

3.	يَبْنِيَ	تَبْنِيَ	يَبْنِيَا	تَبْنِيَا	يَبْنُوا	يَبْنِينَ
2.	تَبْنِيَ	تَبْنِي		تَبْنِيَا	تَبْنُوا	تَبْنِينَ
1.	أَبْنِيَ					نَبْنِيَ

futurum decurtatum

3.	يَبْنِ	تَبْنِ	يَبْنِيَا	تَبْنِيَا	يَبْنُوا	يَبْنِينَ
2.	تَبْنِ	تَبْنِي		تَبْنِيَا	تَبْنُوا	تَبْنِينَ
1.	أَبْنِ					نَبْنِ

futurum nervosum grave

3.	يَبْنِيَنَّ	تَبْنِيَنَّ	يَبْنِيَانِّ	تَبْنِيَانِّ	يَبْنُنَّ	يَبْنِينَانِّ
2.	تَبْنِيَنَّ	تَبْنِنَّ		تَبْنِيَانِّ	تَبْنُنَّ	تَبْنِينَانِّ
1.	أَبْنِيَنَّ					نَبْنِيَنَّ

futurum nervosum leve

3.	يَبْنِيَنْ	تَبْنِيَنْ			يَبْنُنْ	
2.	تَبْنِيَنْ	تَبْنِنْ			تَبْنُنْ	
1.	أَبْنِيَنْ					نَبْنِيَنْ

imperativus

2.	ٱبْنِ	ٱبْنِي		ٱبْنِيَا	ٱبْنُوا	ٱبْنِينَ

imperativus nervosus gravis

2.	ٱبْنِيَنَّ	ٱبْنِنَّ		ٱبْنِيَانِّ	ٱبْنُنَّ	ٱبْنِينَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	آبْنِيَنْ آبْنِنْ		آبْنُنْ

infinitivus	participium
بَنْىٌ	بَانِيَةٌ بَانٍ

548. Quae huius classis verba secundae radicali Kesram induunt, ut خَشِيَ timuit, صَلِيَ torruit, عَرِيَ nudus fuit, ea in *praeterito* vocalem radicalem inter vocales dispares *i* + *a* ponendam in semivocalem convertunt, ut in خَشِيَتْ خَشِيَ par. 543. art. 4. a. Ubi vocalis radicalis quiescens ponenda est, ipsa in antecedentem Kesram influit, ut in خَشِيتَ خَشِينَ par. 543. art. 1. In persona tert. plur. masc. vocales finales *ĭ* + *ú* intermediam vocalem radicalem pellunt, ipsaeque in *ú* ita confluunt, ut pro خَشِيُوا ponatur خَشُوا par. 543. art. 3. In *futuro* haec verba solito more forma يَفْعَلُ utuntur, par. 406. Quod quidem futurum iisdem fere modis, quibus praeteritum بَنَى *aedificavit*, vocalem radicalem conformat, quia ut in illo praeterito, sic in hoc futuro Fatcha vocalem radicalem antecedit; igitur pro يَخْشَيُ يَخْشَيُونَ ponuntur يَخْشَى يَخْشَوْنَ par. 543. art. 2. 3. par. 544.

Itaque forma prima activa verbi خَشِيَ *timuit* haec est:

praeteritum

	sing.	dual.	plural.
3.	خَشِيَتْ خَشِيَ	خَشِيَتَا خَشِيَا	خَشِينَ خَشُوا
2.	خَشِيتِ خَشِيتَ	خَشِيتُمَا	خَشِيتُنَّ خَشِيتُمْ
1.	خَشِيتُ		خَشِينَا

futurum indicativum

3.	تَخْشَى يَخْشَى	تَخْشَيَانِ يَخْشَيَانِ	يَخْشَيْنَ يَخْشَوْنَ
2.	تَخْشَيْنَ تَخْشَى	تَخْشَيَانِ	تَخْشَيْنَ تَخْشَوْنَ
1.	أَخْشَى		نَخْشَى

futurum subiunctivum

3.	يَخْشَى	تَخْشَى	يَخْشَيَا	تَخْشَيَا	يَخْشَوْا	يَخْشَيْنَ
2.	تَخْشَى	تَخْشَيْ	تَخْشَيَا		تَخْشَوْا	تَخْشَيْنَ
1.	أَخْشَى				نَخْشَى	

futurum decurtatum

3.	يَخْشَ	تَخْشَ	يَخْشَيَا	تَخْشَيَا	يَخْشَوْا	يَخْشَيْنَ
2.	تَخْشَ	تَخْشَيْ	تَخْشَيَا		تَخْشَوْا	تَخْشَيْنَ
1.	أَخْشَ				نَخْشَ	

futurum nervosum grave

3.	يَخْشَيَنَّ	تَخْشَيَنَّ	يَخْشَيَانِّ	تَخْشَيَانِّ	يَخْشَوُنَّ	يَخْشَيْنَانِّ
2.	تَخْشَيَنَّ	تَخْشَيِنَّ	تَخْشَيَانِّ		تَخْشَوُنَّ	تَخْشَيْنَانِّ
1.	أَخْشَيَنَّ				نَخْشَيَنَّ	

futurum nervosum leve

3.	يَخْشَيَنْ	تَخْشَيَنْ	يَخْشَوُنْ	
2.	تَخْشَيَنْ	تَخْشَيِنْ	تَخْشَوُنْ	
1.	أَخْشَيَنْ		نَخْشَيَنْ	

imperativus

2.	اِخْشَ	اِخْشَيْ	اِخْشَيَا	اِخْشَوْا	اِخْشَيْنَ

imperativus nervosus gravis

2.	اِخْشَيَنَّ	اِخْشَيِنَّ	اِخْشَيَانِّ	اِخْشَوُنَّ	اِخْشَيْنَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	اِخْشَيَنْ	اِخْشَيِنْ	اِخْشَوُنْ

infinitivus خَشْيَةٌ

participium خَاشٍ خَاشِيَةٌ

Pro formis خَشِيَ خَشِيَتْ perraro خَشَى خَشَتْ posita inveniuntur. Quae praesertim tribus Tajjitarum usurpasse dicitur, quia ipsi Kesram ante Jâam

fatchatam ita ingratam habebant, ut etiam pro خَاشِيَةٌ ponerent خَاشَاةٌ Hamâs. p. 77.

549. Verba خَشِيَ timuit, صَلِيَ torruit, عَرِيَ nudus fuit, huiusque generis alia, quorum nomina in tertiae radicalis locum Wâwam non substituunt, re vera Jâam, sive vocalem *i*, extremam radicalem habere censent Arabes, ut Fîrûsâbâdensis, aliique.

Alia vero huius generis verba, quae et ipsa in tertiae radicalis loco Jâam collocant, ut رَضِيَ acquievit, بَلِيَ senescit, عَلِيَ eminuit, سَرِيَ generosus fuit, Arabes pro سَرُوَ عَلُوَ بَلُوَ رَضُوَ poni, igiturque primitus non Jâam, sed Wâwam tertiam radicalem habuisse existimant. Quam quidem sententiam verba nominaque illis verbis cognata, quae in tertiae radicalis locum Wâwam substituunt, ut رِضْوٌ رِضْوَانٌ vincere placendo, بَلْوٌ بَلَوَاتٌ experiri, عُلُوٌّ عَلَوَاتٌ altum esse, سَرْوٌ سَرَوَاتٌ generosum esse, satis commendant; par. 560.

550. Futuro يَفْعَلُ etiam verba defectiva nonnulla, quae secundae radicali Fatcham indunt, ut سَعَى cucurrit, رَعَى pavit, eam ob causam utuntur, quia ipsa secundam radicalem gutturalem habent; par. 406. Quorum futura يَسْعَى يَرْعَى eodem modo quo futurum يَخْشَى flectuntur.

551. Quae huius classis verba secundae radicali Dammam indunt, quae quidem perrara sunt, ea radicalem Jâam in Wâwam convertere dicuntur; par. 275. art. 7. par. 543. art. 4. Igitur نَهِيَ *prudens fuit* in نَهُوَ convertitur. In verbo flectendo ubicunque Wâwa inter vocales dispares *u* + *a* ponenda est, ipsa retinetur. In ceteris personis vero verbum نَهُوَ flexionem verbi بدو sequitur, hoc est, ubi Wâwa quiescit, vel Dammam accipere deberet, ipsa in antecedentem Dammam influit, quemadmodum hoc in flectendo verbo بدو fit, par. 558. Ergo نَهُوَ sic flectitur:

praeter. نَهُوَ نَهُوَتْ نَهُوتَ نَهُوَا نَهُوَتَا نَهُوا نَهُونَ نَهُوتُمْ

futur. يَنْهُو تَنْهُو تَنْهِينَ يَنْهُوَانِ يَنْهُونَ تَنْهُونَ نَنْهُو

fut. subi. et energ. يَنْهُوَ تَنْهِي يَنْهُوا تَنْهُوا يَنْهُونَ تَنْهِنَّ يَنْهُنَّ

fut. dec. et imper. يَنْهُ تَنْهِي يَنْهُوا أُنْهُ أُنْهِي أُنْهُوا

552. Quae futuri decurtati atque imperativi personae in secundam radicalem cum vocali brevi coniunctam desinunt, ut اَخْشَ يَخْشَ اَبْنِ يَبْنِ اَنْهَ ceteraeque, eae, si ante pausam ponuntur, saepe Heam adsciscunt, ut اَنْهَهْ اَخْشَهْ يَخْشَهْ اَبْنِهْ يَبْنِهْ par. 127. 128. 311.

553. Infinitivi vocalem radicalem ex solitis euphoniae regulis par. 293. art. 1. par. 299. 300. quae ad nomina spectant, varie conformant. Igitur infinitivi:

فُعْلٌ فِعْلٌ فَعْلٌ pro بُنْيٌ بِنْيٌ بَنْيٌ ponunt بُنًى بِنًى بَنًى

مَفْعُلٌ مَفْعِلٌ مَفْعَلٌ pro مَبْنُيٌ مَبْنِيٌ مَبْنَيٌ ponunt مَبْنًى مَبْنًى مَبْنًى

فُعَلَةٌ فِعَلَةٌ فَعَلَةٌ pro بُنَيَةٌ بِنَيَةٌ بَنَيَةٌ ponunt بُنَاةٌ بِنَاةٌ بَنَاةٌ

فُعَالٌ فِعَالٌ فَعَالٌ pro بُنَايٌ بِنَايٌ بَنَايٌ ponunt بُنَآءٌ بِنَآءٌ بَنَآءٌ

تِفْعَالٌ تَفْعَالٌ pro تِبْنَايٌ تَبْنَايٌ ponunt تِبْنَآءٌ تَبْنَآءٌ

فُعُولٌ فَعِيلٌ pro بُنُويٌ بَنِييٌ ponunt بُنِيٌّ بَنِيٌّ

Vide par. 300. 301. In forma فُعُولٌ pro بُنِيٌّ nonnulla verba etiam بُنُوٌّ usurpant; antecedens Damma enim Jâam in Wâwam convertit. Sic a verbo مَضَى *ivit* infinitivi مُضِيٌّ ac مُضُوٌّ ducuntur; Kâm. pag. 1949.

Qui infinitivi aut secundam radicalem quiescentem habent, aut vocalem radicalem inter ă + â ponunt, vel inter â + ă cum ة sequente, ii vocalem radicalem in semivocalem Jâam convertunt. Igitur:

infinitivi فَعْلٌ فَعَلَانٌ sunt بَنْيٌ بَنَيَانٌ par. 543. art. 4. c.

infinitivus فَعَلَانٌ est بَنَيَانٌ par. 543. art. 4. b.

infinitivi فَعَالَةٌ فِعَالَةٌ sunt بَنَايَةٌ بِنَايَةٌ par. 543. art. 4. d.

Forma prima passiva.

554. Praeteritum formas بُنِيَ خُشِيَ نُهِيَ fingit, quae, quum Kesram tertiae radicali praemittant, eodem modo quo praeteritum خَشِيَ flectuntur; igitur ponuntur بُنِيَ بُنِيتُ بُنِيتَ بُنِيَا بُنُوا بُنِينَ ac sic reliqua par. 548. Raro pro بُنِيَ بُنِيتُ substituuntur بُنِيَ بُنْتُ par. 548. ad finem.

Futurum formas يُنْهَى يُخْشَى يُبْنَى fingit, quae eodem modo quo futurum يُخْشَى flectuntur. Participium pro مَخْشُوٌّ مَبْنُوَّةٌ مَبْنُوٌّ مَخْشُوَّةٌ ponit مَخْشِيَّةٌ مَخْشِيٌّ مَبْنِيَّةٌ مَبْنِيٌّ par. 300.

Formae ceterae.

555. Ceterae verborum نَبُوَ خَشِيَ . بَنَى formae uno eodemque modo finguntur. Sunt autem hae:

	Activ.					Passiv.		
	praet.	fut.	imper.	partic.	infin.	praet.	fut.	partic.
1.	بَنَى	يَبْنِي	اِبْنِ	بَانٍ	بَنْيٌ	بُنِيَ	يُبْنَى	مَبْنِيٌّ
2.	بَنَّى	يُبَنِّي	بَنِّ	مُبَنٍّ	تَبْنِيَةٌ	بُنِّيَ	يُبَنَّى	مُبَنًّى
3.	بَانَى	يُبَانِي	بَانِ	مُبَانٍ	مُبَانَاةٌ	بُونِيَ	يُبَانَى	مُبَانًى
4.	أَبْنَى	يُبْنِي	أَبْنِ	مُبْنٍ	إِبْنَاءٌ	أُبْنِيَ	يُبْنَى	مُبْنًى
5.	تَبَنَّى	يَتَبَنَّى	تَبَنَّ	مُتَبَنٍّ	تَبَنٍّ	تُبُنِّيَ	يُتَبَنَّى	مُتَبَنًّى
6.	تَبَانَى	يَتَبَانَى	تَبَانَ	مُتَبَانٍ	تَبَانٍ	تُبُونِيَ	يُتَبَانَى	مُتَبَانًى
7.	اِنْبَنَى	يَنْبَنِي	اِنْبَنِ	مُنْبَنٍ	اِنْبِنَاءٌ	اُنْبُنِيَ	يُنْبَنَى	مُنْبَنًى
8.	اِبْتَنَى	يَبْتَنِي	اِبْتَنِ	مُبْتَنٍ	اِبْتِنَاءٌ	اُبْتُنِيَ	يُبْتَنَى	مُبْتَنًى
10.	اِسْتَبْنَى	يَسْتَبْنِي	اِسْتَبْنِ	مُسْتَبْنٍ	اِسْتِبْنَاءٌ	اُسْتُبْنِيَ	يُسْتَبْنَى	مُسْتَبْنًى
12.	اِبْنَوْنَى	يَبْنَوْنِي	اِبْنَوْنِ	مُبْنَوْنٍ	اِبْنِينَاءٌ	اُبْنُونِيَ	يُبْنَوْنَى	مُبْنَوْنًى

Formam nonam atque undecimam verba defectiva perraro fingere videntur. Pro forma *nona* اِبْنَيَيَ fortasse اِبْنَايَ ponitur ex regula par. 291. art. 3. Nam ab عَمِيَ *coecus fuit* ducuntur اِعْمِيَاءٌ يَعْمَايُ اِعْمَايَ *coecum esse* Kâm. pag. 1921. Quae verba extremam radicalem Wâwam habent, ea formam nonam اِبْدَوَى fingunt; par. 564.

Pro *undecima* اِبْنَايَيَ vero اِبْنَايَّ poni videtur, quemadmodum hoc in verbo sano اِفْعَالَّ fit. Nam ab عَمِيَ ducuntur etiam يَعْمَايُّ اِعْمَايَّ *coecum esse* Kâm. pag. 1921.

Exemplum formae *duodecimae*, quod ab عَرِيَ *nudus fuit* ducitur, adponimus verbum أَعْرَوْرَى *solus incessit.*

2. *Verbum defectivum, quod extremam radicalem habet Wâwam.*

Forma prima activa.

556. Forma prima activa huius verbi eodem modo, quo forma prima activa verbi defectivi, quod extremam radicalem Jâam habet, singulas personarum terminationes conformat, par. 544. 545; nisi quod pro *î, ĭ, ai,* ac semivocali Jâa, quae in illo verbo vocalem radicalem repraesentant, simili prorsus ratione hic iam *û, ŭ, au,* ac semivocalis Wâwa, ponuntur. Quod quidem ex vocalis radicalis natura necessario sequitur; par. 541.

557. Praeteritum personam tert. sing. masculinam بَدَا *bada* fingit ex regula par. 543. art. 2. a. Tertia feminina ad *bada* solitam terminationem *at* adiicit; par. 400. Syllabae *bada - at* vero in *badat* بَدَتْ contrahuntur ex reg. par. 197.

Tertia dual. masc. بَدَوَا vocalem radicalem in semivocalem convertit ex reg. par. 543. art. 4. b. Feminina ad femininam singularem بَدَتْ vocalem *â* productam, solitum dualis signum, adiicit, igiturque formam بَدَتَا fingit; par. 400.

Personae secundae ac primae omnes, itemque tertia plur. fem. vocalem radicalem cum praecedente Fatcha brevi in diphthongum *au* confluere iubent ex reg. par. 543. art. 2. ad finem. Tertia plur. masc. exitum *ăwû* in *au* contrahit; par. 543. art. 3.

558. Futuro يَفْعُلُ haec verba utuntur, tanquam extremae radicali maxime consentaneo. Igitur in omnibus singularis personis, praeter sec. femininam, itemque in pluralis tert. fem. ac sec. fem. atque prima يَبْدُو تَبْدُو أَبْدُو يَبْدُونَ نَبْدُو vocalis radicalis cum antecedente Wâwa confluit; par. 543. art. 1. Dualis يَبْدُوَانِ vocalem radicalem in semivocalem convertit ex reg. par. 543. art. 4. a. In singularis pers. sec. fem. ac pluralis pers. tert. et sec. masc. vocalem radicalem antecedens Damma ita pellit, ut pro تَبْدُوِينَ يَبْدُوُونَ iam تَبْدِينَ يَبْدُونَ ponantur; par. 543. art. 3.

Cetera futura vocalem radicalem *û* eodem modo, quo futura verbi بنى vocalem *î*, conformant par. 545. Sunt igitur يَبْدُو يَبْدُونَ يَبْدُونَّ يَبْدُ. Imperativi, quum ipsi futura sequantur, sunt اُبْدُ اُبْدُونَ اُبْدُونَّ.

Participium activum اَلْبَادِوُ Wâwam propter antecedentem Kesram in Jâam convertit; pro اَلْبَادِيُ vero اَلْبَادِى ponitur, cum nunatione adiecta بَادٍ par. 262. art. 5. par. 546. Participium passivum مَبْدُووٌ in مَبْدُوٌّ contrahitur; par. 269.

558. Itaque forma prima activa verbi بدو *apparere* haec est:

praeteritum

	sing.		dual.		plural.	
3.	بَدَا	بَدَتْ	بَدَوَا	بَدَتَا	بَدَوْا	بَدَوْنَ
2.	بَدَوْتَ	بَدَوْتِ		بَدَوْتُمَا	بَدَوْتُمْ	بَدَوْتُنَّ
1.		بَدَوْتُ				بَدَوْنَا

futurum indicativum

3.	يَبْدُو	تَبْدُو	يَبْدُوَانِ	تَبْدُوَانِ	يَبْدُونَ	يَبْدُونَ
2.	تَبْدُو	تَبْدِينَ		تَبْدُوَانِ	تَبْدُونَ	تَبْدُونَ
1.		أَبْدُو				نَبْدُو

futurum subiunctivum

3.	يَبْدُوَ	تَبْدُوَ	يَبْدُوَا	تَبْدُوَا	يَبْدُوا	يَبْدُونَ
2.	تَبْدُوَ	تَبْدِينَ		تَبْدُوَا	تَبْدُوا	تَبْدُونَ
1.		أَبْدُوَ				نَبْدُوَ

futurum decurtatum

3.	يَبْدُ	تَبْدُ	يَبْدُوَا	تَبْدُوَا	يَبْدُوا	يَبْدُونَ
2.	تَبْدُ	تَبْدِى		تَبْدُوَا	تَبْدُوا	تَبْدُونَ
1.		أَبْدُ				نَبْدُ

futurum nervosum grave

3.	يَبْدُوَنَّ	تَبْدُوَنَّ	يَبْدُوَانِّ تَبْدُوَانِّ	يَبْدُنَّ	يَبْدُونَانِّ
2.	تَبْدُوَنَّ	تَبْدِنَّ	تَبْدُوَانِّ	تَبْدُنَّ	تَبْدُونَانِّ
1.	أَبْدُوَنَّ				نَبْدُوَنَّ

futurum nervosum leve

3.	يَبْدُوَنْ	تَبْدُوَنْ		يَبْدُنْ
2.	تَبْدُوَنْ	تَبْدِنْ		تَبْدُنْ
1.	أَبْدُوَنْ			نَبْدُوَنْ

imperativus

2.	أُبْدُ	أُبْدِى	أُبْدُوَا	أُبْدُوا	أُبْدُونَ

imperativus nervosus gravis

2.	أُبْدُوَنَّ	أُبْدِنَّ	أُبْدُوَانِّ	أُبْدُنَّ	أُبْدُونَانِّ

imperativus nervosus levis

2.	أُبْدُوَنْ	أُبْدِنْ	أُبْدُنْ

infinitivus	participium
بَدْوٌ	بَادٍ بَادِيَةٌ

559. In futuro pro يَبْدُو تَبْدُو أَبْدُو نَبْدُو codices multi cum adiecta Elifa muta scribunt يَبْدُوا تَبْدُوا أَبْدُوا نَبْدُوا par. 112. Quam Elifam illis futuri personis adiectam Arabes vocant أَلِفُ ٱلْوِقَايَةِ *Elifam provisionis*; quia hac Elifa adposita providetur, ne Wâwa antecedens, quae vocabulum claudit, a lectoribus rudioribus coniunctio وَ esse putetur. Sed plurimi grammatici Arabes Elifam provisionis repudiant; nonnulli vero primae personae pluralis eam adiicere permittunt; Sacy gr. tom. 1. par. 217. 547.

Verbum دعو *vocare* Dschauharius, lexicographus arabs, in futuri pers. sec. fem. sing. pro تَدْعِينَ etiam تَدْعُوِينَ et تَدْعُِينَ fingere tradit; conf. par. 522. Freytag lex. ar. art. دعا.

560. Quae huius classis verba secundae radicali Kesram indunt, ut رَضِوَ acquievit, بَلِوَ senescit, عَلِوَ eminuit, سَرِوَ generosus fuit, propter Kesram illam convertunt Wâwam in Jâám, par. 210. 262. art. 7. Igitur pro illis praeteritis iam سَرِيَ عَلِيَ بَلِيَ رَضِيَ scribuntur, quae eodem modo, quo verbum خَشِيَ *timuit*, flectuntur; par. 548. Itaque ponuntur:

praet. رَضِينَا رَضِينَ رَضُوا رَضِيَا رَضِيتَ رَضِيَتْ رَضِيَ

futur. نَرْضَى يَرْضَيْنَ يَرْضَوْنَ يَرْضَيَانِ تَرْضَيْنَ يَرْضَى

imper. اِرْضَيْنَ اِرْضَوْا اِرْضَيَا اِرْضَيْ اِرْضَى. part. رَاضٍ

Atque haec verba re vera Wâwam extremam radicalem habere, verba nominaque illis cognata demonstrare videntur, quae in tertiae radicalis locum Wâwam substituunt, ut عُلُوٌّ altitudo, سَرْوٌ generositas; par. 549.

561. Quae huius classis verba secundae radicali Dammam indunt, ut بَهُوَ micuit, سَرُوَ generosus fuit, eodem modo, quo verbum نَبُوَ *prudens fuit*, flectuntur; par. 551. Itaque ponuntur:

praet. سَرُونَا سَرُونَ سَرُوا سَرُوَا سَرُوتَ سَرُوَتْ سَرُوَ

futur. نَسْرُو يَسْرُونَ يَسْرُونَ يَسْرُوَانِ تَسْرِينَ يَسْرُو

imper. اُسْرُونَ اُسْرُوا اُسْرُوَا اُسْرِي اُسْرُ. part. سَارٍ

562. Infinitivi horum verborum eadem ratione, qua infinitivi verbi بَنَى *aedificavit*, ex solitis euphoniae regulis par. 262. art. 1. par. 268. 269. quae ad nomina spectant, vocalem radicalem conformant; par. 553. Igitur infinitivi:

فِعْلٌ فُعْلٌ فَعَلٌ pro بِدْوٌ بُدْوٌ بَدَوٌ ponunt بِدًا بُدًا بَدًا par. 94.

مَفْعَلٌ pro مَبْدَوٌ ponunt مَبْدًى par. 94. art. 2.

فَعَالَةٌ pro بَدَاوَةٌ ponunt بَدَاءَةٌ par. 262. art. 1.

فَعَالٌ pro بَدَاوٌ ponunt بَدَآءٌ par. 268.

فُعُولٌ pro بُدُووٌ ponunt بُدُوٌّ par. 269.

Pro بَدًا rarius بَدًى ponitur. Sic Fîrûsâbâdensis verbo صَبَا *iuvenilis fuit* etiam infinitivum صَبًى tribuit; Kâmûs pag. 1903.

Infinitivi فِعَالَةٌ فَعَالَةٌ فَعَلَانٌ فَعْلٌ et qui huius generis alii sunt, vocalem radicalem in semivocalem convertunt; igitur بَدْوَانٌ بَدْوٌ بِدَاوَةٌ بَدَاوَةٌ بَدَوَانٌ ponuntur; par. 553.

Forma prima passiva.

563. Passivum verborum huius classis a passivo verbi بَنِيَ par. 554. non differt. Nam pro بَدُوَ ponitur بُدِيَ ex regulis par. 210. 560. Igitur in praeterito بُدِيَ بُدِيَتْ بُدِيتَ بُدِيَا بُدُوا بُدِينَ formantur, in futuro يُبْدَى تُبْدَيْنَ يُبْدَيَانِ يُبْدَوْنَ يُبْدَيْنَ. Participium est مَبْدُوَّةٌ مَبْدُوٌّ par. 558; rarius مَبْدِيٌّ fingitur. Verbum رَضِيَ participiis passivis مَرْضُوٌّ ac مَرْضِيٌّ utitur.

Formae ceterae.

564. Ceterae formae verborum huius classis a formis verbi بَنِيَ par. 555. non differunt. Nam formae hae omnes pro tertia radicali Wâwa substituunt Jâın; par. 94. art. 2. par. 543. art. 2. a. Vocalis *i*, quasi natura fortiori praedita, tertiae radicalis locum in his formis occupavit; par. 542. Itaque in forma secunda verborum رَضِيَ بَدَا non بَدَّوْتَ بَدَّا يُبَدِّي رَضَّا رَضَّوْتَ يُرَضِّي sed بَدَّى بَدَّيْتَ يُبَدِّي رَضَّى رَضَّيْتَ يُرَضِّي ponuntur.

Forma *nona* اِفْعَلَّ sive اِفْعَلَلَ a verbo بَدَا ducta est اِبْدَوَى ex regulis par. 543. art. 1. a. Cuius formae exempla, a verbis رَعَا resipuit, دَحَا expandit, حَجَا substitit, حَوِيَ viruit, ducta sunt:

اِرْعِوَاءٌ مُرْعَوٍ يَرْعَوِي اِرْعَوَيْتَ اِرْعَوَى resipuit.

اِدْحِوَاءٌ مُدْحَوٍ يَدْحَوِي اِدْحَوَيْتَ اِدْحَوَى expandit se.

اِحْجِوَاءٌ مُحْجَوٍ يَحْجَوِي اِحْجَوَيْتَ اِحْجَوَى substitit.

اِحْوِوَاءٌ مُحْوَوٍ يَحْوَوِي اِحْوَوَيْتَ اِحْوَوَى viruit.

De qua forma Tebrîsensis exposuit Hamâs. pag. 220.

Forma *undecima* اِفْعَالٌ sive اِفْعَالَّ a verbo بَدَا ducta est اِبْدَاوَى ex regulis par. 543. art. 1. a. Cuius formae exemplum, a verbo حَوِيَ *viruit* ductum, est اِحْوَاوَى *viruit.* Pro quo etiam forma contracta اِحْوَوَّى ponitur; Kâm. pag. 1868.

Formae *duodecimae* اِبْدَوْدَى exempla, a verbis حَلَا dulcis fuit, قَلَا impulit, ducta, sunt اِحْلَوْلَى dulcis fuit, اِقْلَوْلَى festinavit.

565. Quadrilittera defectiva ex iisdem legibus, quas trilittera defectiva sequuntur, vocalem radicalem in singulis temporibus varie conformant. Igitur a verbo سَلْقَى *supinavit* ducuntur:

praeter. سَلْقَى سَلْقَتْ سَلْقَيْتَ سَلْقَيَا سَلْقَتَا سَلْقَوْا سَلْقَيْنَ سَلْقَيْنَا

futur. يُسَلْقِي تُسَلْقِينَ يُسَلْقِيَانِ يُسَلْقُونَ يُسَلْقِينَ يُسَلْقِي نُسَلْقِي

imper. سَلْقِ سَلْقِي سَلْقِيَا سَلْقُوا سَلْقِينَ. partic. مُسَلْقٍ

Vide paragraphum 452.

Caput decimum.

Flexio verbi infirmioris.

566. Verba **infirmiora** ea vocamus, quae infirmitatibus pluribus adficiuntur, quoniam ipsa unam tantum radicalem consonantem, duas vero radicales vocales habent, ut أَزَأَ أَتَى, رَأَى جَاءَ آبَ وَدَأَ يَيِسَ رَوِيَ وَقَى حَيِيَ. Quin verba وَأَى أَوَى آءَ يَيِيَ tres radicales vocales habere dici possunt, quum Elifa hamsata vocalem radicalem *a* repraesentare videatur; par. 336. art. 5. 6. par. 454.

567. Quae verba infirmiora, quum flectuntur, illas vocalium radicalium inmutationes, quas capitibus superioribus singulatim exposuimus, ex solitis regulis recipiunt. Igitur verbum أَزَأَ *satiavit* primam tertiamque radicalem, quia hamsatae sunt, ex regulis verborum hamsatorum propriis par. 457. 471. conformat. Verbum أَتَى *venit* primam radicalem, quia hamsata est, ex regulis verbi hamsati par. 457. conformat, tertiam radicalem vero, quia infirma est, ex regulis verbi infirmi par. 547. Verbum وَقَى *protexit* primam radicalem, quia infirma est, ex regulis verbi adsimilati

par. 494 — 503. conformat, tertiam radicalem vero, quia infirma est, ex regulis verbi infirmi par. 547.

Quae verba vero secundam ac tertiam radicalem infirmam habent, ut لَوَى flexit, كَوَى ussit, قَوِيَ valuit, حَيِيَ vixit, ne formas nimis mutilatas induant, in plerisque flexionibus secundam radicalem in semivocalem vel consonantem convertunt. Unde fit, ut haec verba sicut verba defectiva simplicia بَنَى ac خَشِيَ flectantur; par. 273. 304. 547. 548.

Quae verba et adsimilata, et surda sunt, ut وَدَّ dilexit, يَرَّ caluit, ne formas nimis mutilatas induant, in plerisque flexionibus primam radicalem in semivocalem sive consonantem convertunt. Unde fit ut haec verba sicut verbum surdum simplex مَرَّ flectantur; par. 265. 296. 478. 501. 506.

Iam singulas verborum infirmiorum classes breviter persequamur.

1. *Verbum dupliciter hamsatum.*

568. Verba أَثَأَ iaculatus est, أَجَأَ fugit, أَزَأَ satiavit, أَكَأَ coarguit, primam radicalem ad modum verbi أَمَلَ par. 457., tertiam vero ad modum verbi بَرَأَ par. 471. 472. conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. أَثَأَ أَثَأْتَ أَثَأَتْ يَأْثُو. form. 8. اِيتَثَأَ مُوتَثِئٌ Kâm.

form. 1. أَزَأَ أَزَأْتَ أَزَأَتْ أَزَوُوا أَزَأَنَ. fut. يَأْزُو تَأْزِينَ.

2. *Verbum, quod et hamsatum, et surdum est.*

569. Verba أَدَّ subegit, أَرَّ accendit, أَزَّ bullivit, أَمَّ praecessit, huiusque classis cetera, primam radicalem ex regulis immutandae Elifae par. 221 — 242. 455. secundam, tertiamque, vero ad modum verbi مَرَّ par. 478. conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. أَدَّ أَدَدْتَ أَدَدْتَ يَؤُدُّ يَئِدُّ يَأُدُّ. form. 5. تَأَدَّدَ.

form. 1. أَرَّ أَرَرْتَ أُرِرْتَ. form. 4. آرَّ. form. 8. اِيتَرَّ.

form. 1. أَزَّ يَؤُزُّ يَئِزُّ. form. 8. اِيتَزَّ atque اِتَّزَّ par. 462.

form. 1. أَمَّ يَؤُمُّ مَأْمُومٌ. 2. أَيَّمَ يُؤَيِّمُ. 3. آمَّ يُؤَامُّ مُؤَامٌّ.
5. تَأَمَّمَ. 8. اِيتَمَّ يَأْتَمُّ. 10. اِسْتَأَمَّ يَسْتَئِمُّ.

3. *Verbum, quod et hamsatum, et concavum est.*

a. Cum prima radicali hamsata.

570. Verba أَوَبَ reverti, أَوَدَ incurvare, أَوَلَ redire, primam radicalem ex regulis immutandae Elifae par. 221—242. 455. secundam verò ad modum verbi قَامَ par. 516. conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. آبَ آبَتْ آبُوا أُبْنَ. fut. يَؤُوبُ. imp. أُبْ أُوبِى. part. آيِبٌ. inf. أَوْبٌ. pass. إِيبَ إِبْتَ يُآبُ sive يُوَابُ مَؤُوبٌ.
In praeterito pro آبَ آبَتْ etiam ءَابَ ءَابَتْ scribuntur.

form. 2. أَوَّبَ يُؤَوِّبُ مُؤَوِّبٌ. 3. آوَبَ يُوَاوِبُ مُوَاوِبٌ. 4. آآبَ يُئِيبُ. pass. أُئِيبَ يُآبُ يُآبْنَ. 8. ائْتَابَ sive اتَّابَ.

Intransitivum, quod sicut حَوِلَ par. 519. mediam radicalem in Wâwam convertit, est أَوِدَ أَوِدَتْ أَوِدْتُ يَأْوَدُ أَوَدٌ *curvum esse;* Kâm. pag. 340. Eiusdem generis sunt أَوِبَ succensuit, أَوِلَ praecessit; quae verbis وَبِبَ succensuit, وَأَلَ evasit, cognata esse videntur.

571. Verba أَيِدَ firmum esse, أَيِضَ redire, أَيِنَ tempestivum esse, primam radicalem ex regulis immutandae Elifae par. 221—242. 455. secundam vero ad modum verbi مَالَ par. 528. conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. آدَ آدَتْ إِدْتُ إِدْ يَئِيدُ أَيْدٌ. form. 2. أَيَّدَ يُؤَيِّدُ مُؤَيِّدٌ تَأْيِيدٌ. form. 3. آيَدَ مُؤَايِدٌ. 4. آآدَ يُئِيدُ مُئِيدٌ. Participia formae quartae مُؤْيِدٌ مُؤْيَدٌ ad modum verbi أَغْيَمَ par. 537. ficta sunt.

Intransitivum, quod sicut عَيِنَ par. 530. mediam radicalem in Jâam convertit, est أَيِسَ *desperavit;* form. 2. أَيَّسَ. form. 3. et 4. آيَسَ. Quod cognatum est verbo يَئِسَ *desperavit.* A Fîrûsâbâdensi pag. 738. additur أَيِسْتُ *lenis fui;* quod fortasse pro أَيِسْتُ scripsit; nam praeterito illi futurum يَأْيَسُ adiecit.

b. Cum tertia radicali hamsata.

572. Verba بوأ redire, سوأ male facere, ضوأ lucere, نوأ surgere, secundam radicalem ad modum verbi قَامَ par. 516., tertiam ad regulas immutandae Elifae par. 221 — 242. 455. conformant. Ponuntur igitur: form. 1. praet. بَآءَ بَآءَتْ بُؤْتَ بُؤْتِ بُؤْتُ بَآءَا بَآءَتَا بُؤْتُمَا بَآؤُوا بُؤْنَ بُؤْتُمْ بُؤْتُنَّ بُؤْنَا. fut. يَبُوءُ تَبُوئِينَ يَبُوؤُونَ يَبُوءْنَ. fut. apoc. يَبُؤْ. imp. بُؤْ. particip. بَآئِئٌ. infin. بَوْءٌ. passiv. بِيءَ بِيئَتْ بِيئْتَ يُبَآءُ مَبُوءٌ. partic. contract. مَبُوٌّ par. 239.

form. 2. بَوَّأَ يُبَوِّئُ تَبْوِئَةٌ. form. 3. بَاوَأَ يُبَاوِئُ مُبَاوِئٌ. form. 4. أَبَآءَ أَبَآءَتْ أَبَاتْ أُبِيءَ يُبِيءُ مُبِيءٌ إِبَآءَةٌ. form. 5. تَبَوَّأَ. form. 8. اِبْتَآءَ. form. 10. اِسْتَبَآءَ.

In futuro form. prim. pro يَبُوءُ يَبُوؤُونَ ex more antiquiore, qui vocales parcius significat, a nonnullis ponuntur يَبُوءُ يَبُوؤُونَ par. 218. 272.

In praeterito form. 4. pro أَبَاتْ sermo rudior etiam أَبَيْتُ profert, tertia radicali in Jâam conversa. Sic etiam pro participio بَائِئٌ nonnulli بَآءٍ poni posse censent, quasi radix defectiva sit; par. 473. Ewald gr. ar. vol. 1. par. 444.

Verbum دَآءَ *aegrotavit* in futuro secundae syllabae Fatcham tribuit, sicut نَامَ par. 517. Ponuntur igitur دَآءَ دُؤْتَ يَدَآءُ.

573. Verba جيأ venire, فيأ reverti, قيأ vomere, هيأ paratum esse, secundam radicalem ad modum verbi مَالَ par. 528., tertiam ad regulas immutandae Elifae conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. جَآءَ جَآءَتْ جِئْتَ جِئْتِ جِئْتُ جَآءَا جَآءَتَا جِئْتُمَا جَآؤُوا جِئْنَ جِئْتُمْ جِئْتُنَّ جِئْنَا. fut. يَجِيءُ sive يَجِيئُ تَجِيئِينَ يَجِيئُونَ يَجِئْنَ. fut. apoc. يَجِئْ. imp. جِئْ. partic. جَآئِئٌ. infin. جَيْءٌ. passiv. جِيءَ جِيئَتْ جِئْتَ يُجَآءُ مَجِيءٌ. partic. contract. مَجِيٌّ par. 239.

form. 2. جِيءَ يُجَاءُ يُجِيءُ. form. 3. جَايَأَ يُجَايِئُ. form. 4. أَجَاءَ أَجَاءَتْ أَجَاءَتْ أَجِيءُ يُجِيءُ مُجِيءٌ إِجَاءَةٌ. form. 5. تَجَيَّأَ. form. 8. اِجْتَاءَ. form. 10. اِسْتَجَاءَ.

In futuro pro يَجِيءُ يَجِيئُونَ ex more antiquiore, qui vocales parcius significat, a nonnullis ponuntur يَجِي يَجِيُونَ par. 218. 303.

Pro participio جَائِيٌ nonnulli جَاءٍ ponere permittunt, quasi radix defectiva sit.

Verbum شَاءَ *voluit* in futuro secundae syllabae Fatcham tribuit, sicut خَالَ par. 529. Ponuntur igitur شَاءَ شِئْتَ يَشَاءُ. Verbum هَاءَ *formosus fuit* futuris يَهِيءُ ac يَهَاءُ utitur. Verbum هَيُوءَ هَيُؤْتَ هَيُوءُ *formosus fuit* eadem futura adsciscere videtur.

574. A nomine آءٌ sive آءَةٌ *âa*, quod fructum quendam, quo coria depsuntur, significat, ducitur verbum أَوْأَ *âa depsere*, quod et dupliciter hamsatum, et concavum est. Quod sic flectitur:

praet. آءَ آءَتْ أُوتَ آءَا أُوتُمَا آءُوا أُونَ أُوتُمْ

futur. يَؤُوءُ يَؤُوءِينَ يَؤُوءَانِ يَؤُوءُونَ يَؤُونَ

sive يَأُوءُ تَأُوءِينَ يَأُوءَانِ يَأُوءُونَ يَأُونَ

imper. أُوءْ أُوءِى أُوءَا أُوءُوا أُونَ. part. آيِئٌ مُوءٌ

Pro آءَ آءَتْ etiam ءَاءَ ءَاءَتْ scribuntur.

4. *Verbum, quod et hamsatum, et defectivum est.*

a. Cum prima radicali hamsata.

575. Verba أَتَى *venit*, أَدَى *abundavit*, أَنَى *maturuit*, primam radicalem ad regulas immutandae Elifae, tertiam ad modum verbi بَنَى par. 547. conformant. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. أَتَى أَتَتْ أَتَيْتَ أَتَيَا أَتَوْا. fut. يَأْتِي تَأْتِينَ يَأْتُونَ يَأْتِينَ. imp. اِيتِ vel تِ et تِهْ par. 460. part. آتٍ آتِيَةٌ. pass. أُتِيَ يُؤْتَى.

form. 2. أَنَّى .يُؤَنِّي. 3. آنَى .يُؤَانِي. 4. آنَى .يُؤْنِي. 5. تَأَنَّى .يَتَأَنَّى.

Pro forma 3. آنَى etiam هَاتَى يُهَاتِي et هَاطَى يُهَاطِي ponuntur; par. 375. 465.

A verbo أَنَى ducitur forma decima اِسْتَأْنَى *exspectavit*, quam sermo rudior in اِسْتَنَّى contrahit; Fleischer de glossis Habichtianis; pag. 23.

Verbum أَبَى *renuit* futuris يَأْبَى ac يَأْبِي utitur.

576. Verba أَسِيَ يَأْسَى *moeruit*, أَذِيَ يَأْذَى *laesus fuit*, أَنِيَ يَأْنَى *tardavit*, extremam radicalem ad modum verbi خَشِيَ par. 548. conformant.

Verba أَسَا يَأْسُو *solatus est*, أَدَا يَأْدُو *iuvit*, أَلَا يَأْلُو *defuit*, extremam radicalem ad modum verbi بَدَا par. 558. conformant.

b. Cum secunda radicali hamsata.

577. Verba نَأَى يَنْأَى *abfuit*, تَأَى يَتْأَى *praecessit*, زَأَى يَزْأَى *superbivit*, secundam radicalem ex regulis immutandae Elifae, et maxime quidem ad modum verbi سَأَلَ par. 466. conformant, tertiam ad modum verbi سَعَى par. 550. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. نَأَى نَأَتْ نَأَيْتَ نَأَوْا نَأَيْنَ. fut. يَنْأَى تَنْأَيْنَ يَنْأَوْنَ يَنْأَيْنَ. imp. اِنْأَ اِنْأَيْ. part. نَاءٍ نَائِيَةٌ. pass. نُئِيَ يُنْأَى مَنْئِيٌّ.

form. 2. نَأَّى .يُنَئِّي. 3. نَاأَى sive نَاءَى .يُنَائِي. 4. أَنْأَى .يُنْئِي.

5. تَنَأَّى. 6. تَنَاأَى sive تَنَاءَى. 8. اِنْتَأَى .يَنْتَئِي. 10. اِسْتَنْأَى.

578. Verbum رَأَى *vidit*, quoniam frequentissime usurpatur, Elifam hamsatam, quae post Sukûnum ponenda esset, prorsus pellit, eiusque vocalem in consonantem antecedentem, quae quiescens fuerat, transfert; par. 468. Quod maxime in futuris imperativoque formae primae, atque tota forma quarta, cernitur; nam pro يَرْأَى يَرْأَى أَرْأَى يُرْئِي scribuntur يَرَى يَرَى أَرَى يُرِي. Itaque hoc verbum sic flectitur:

Form. 1. praet. رَأَى رَأَتْ رَأَيْتَ رَأَيَا رَأَتَا رَأَوْا رَأَيْنَ

fut. ind. نَرَى يَرَيْنَ يَرَوْنَ يَرَيَانِ أَرَى تَرَيْنَ تَرَى يَرَى

fut. subj. نَرَى يَرَيْنَ يَرَوْا يَرَيَا أَرَى تَرَيْ تَرَى يَرَى

fut. dec. نَرَ يَرَيْنَ يَرَوْا يَرَيَا أَرَ تَرَيْ تَرَ يَرَ

fut. nerv. نَرَيَنَّ يَرَيْنَانِّ يَرَوُنَّ يَرَيَانِّ أَرَيَنَّ تَرَيِنَّ تَرَيَنَّ يَرَيَنَّ

imperat. رَ sive رَهْ رَيْ رَيَا رَوْا رَيْنَ

imp. nerv. رَيَنَّ رَيِنَّ رَيَانِّ رَوُنَّ رَيْنَانِّ. part. رَآءٍ رَآئِيَةٌ

pass. مَرْئِيَّةٌ مَرْئِيٌّ يُرَوْنَ. يُرَى رُؤُوا رُئِيَ.

Form. 2. رَأَّى يُرَأِّي تَرْئِيَةٌ مُرَأًّى. 3. رَاءَى يُرَائِي مُرَاءَاةٌ.
4. أَرَى أَرَتْ أَرَيْتَ يُرِي مُرٍ إِرَاءَةٌ. imp. أَرِ. part. pass. مُرًى.
5. تَرَأَّى. 6. تَرَاءَى. 8. اِرْتَأَى. 10. اِسْتَرْأَى.

Poetae nonnunquam etiam ex praeterito formae primae Elifam hamsatam pellunt, ergoque pro رَأَيْتَ *vidisti*, أَرَأَيْتَ *num vidisti?* ponunt رَيْتَ أَرَيْتَ.

Contra in futuro imperativoque formae primae, ac forma quarta, Elifam hamsatam poetae nonnunquam retinent, ergoque scribunt يَرْأَى أَرْأَى أَرْأِ. Forma quarta imminuta أَرَى significat *ostendit;* formam plenam أَرْأَى vero etiam ad sensum singularem *prudens fuit* significandum ponunt; conf. par. 526.

In nonnullis nominum formis Elifa hamsata verbi رَأَى in semivocalem Jâam vel Wâwam abire videtur. Nam pro رِئَآءٌ simulatio, مَرْآةٌ spectatio, رُؤْآءٌ adspectus, scribuntur رِيَاءٌ مَرَايَاةٌ رُوَآءٌ. Atque pro رَأْيَةٌ *signum* scribitur رَايَةٌ cum Elifa hamsata in quiescentem conversa; par. 469. 470.

579. Nonnulli grammatici etiam verba نَأَى تَأَى huiusque classis cetera ex forma quarta Elifam hamsatam pellere posse tradunt. Itaque pro أَنْأَى يُنْئِي ponerentur أَنَى يُنِي.

580. Verba بَأَا sive بَأَو يَبْؤُو gloriatus est, ذَأَا sive ذَأَو يَذْؤُو pepulit, quae extremam radicalem Wâwam habent, secundam radicalem ex regulis immutandae Elifae, et maxime quidem ad modum verbi سَأَلَ par. 466. conformant, tertiam radicalem ad modum verbi بَدَا par. 588. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. بَأَا بَأَتْ بَأَوْتَ بَأَوُا بَأَوْنَ. fut. يَبْؤُو تَبْئِينَ يَبْؤُونَ. imp. اُبْؤُ اُبْئِي. part. بَاءٍ بَائِيَةٌ. infin. بَأْوٌ. pass. بُئِيَ يُبْأَى مَبْؤُوٌّ. Ceterae horum verborum formae a formis verbi نَأَى par. 577. non differunt; par. 564.

Verbum ذَأَا futuris يَذْؤُو ac يَذْأَى utitur; Kâmûs pag. 1878.

5. *Verbum, quod et adsimilatum, et surdum est.*

581. Verba وَدَّ يَوَدُّ dilexit, يَبِرَ يَبَرُّ durus fuit, يَسَّ يَيَسُّ incessit, sicut cetera verba surda flectuntur, primamque radicalem, quam in semivocalem convertunt, in plerisque formis retinent; par. 501. 506. 567. Ponuntur igitur:

form. 1. وَدَّ وَدِدْتَ وَدَدْتَ يَوَدُّ تَوَدُّ. imper. اِيدَدْ اِيدَدِي. part. وَادٌّ. pass. وُدَّ يُوَدُّ مَوْدُودٌ. form. 5. تَوَدَّدَ. form. 6. تَوَادَّ.

Pro prima radicali Elifa verba surda satis multa etiam Jâam adsciscunt. Sic pro أَرَّ caluit, أَشَّ alacer fuit, أَمَّ petiit, تَأَمَّ contendit, etiam تَيَمَّمَ يَمَّ يَشَّ يَرَّ usurpantur; par. 569.

6. *Verbum, quod et adsimilatum, et hamsatum est.*

a. Cum secunda radicali hamsata.

582. Verba وَأَبَ يَيْئِبُ puduit, وَأَرَ يَئِرُ terruit, وَأَلَ يَئِلُ confugit, primam radicalem ad modum verbi وَصَفَ par. 495 — 503., secundam vero ex regulis immutandae Elifae conformant. Ponuntur igitur: form. 1. وَأَبَ يَيْئِبُ اِيبْ وَايْئِبْ إِبَةٌ. pass. وُئِبَ يُوأَبُ مَوْءُوبٌ. 2. وَأَّبَ يُوَئِّبُ. 3. وَاءَبَ يُوَائِبُ مُوَاءَبَةٌ. 4. أَوْأَبَ يُوئِبُ. 5. تَوَأَّبَ يَتَوَأَّبُ. 8. اِتَّأَبَ يَتَّئِبُ.

Verbum وَثَبَ *succensuit* fortasse futurum يَوْأَبُ fingit, quemadmodum وَجِلَ utitur futuro يَوْجَلُ par. 499.

583. Verbum وَأَى *promisit*, quod non modo adsimilatum et hamsatum, verum etiam defectivum est, extremam radicalem ad modum verbi بَنَى par. 547. conformat. Itaque tempora sua sic fingit:

praet. وَأَى وَأَتْ وَأَيْتَ وَأَيَا وَأَتَا وَأَوْا وَأَيْنَ

fut. ind. يَيِى تَيِى تَيِينَ أَيِى يَيِيَانِ يَوُونَ يَيِينَ

sive يَأْى تَأْى تَأْينَ أَءى يَأْيَانِ يَأُونَ يَأْينَ

fut. subi. يَيِيَ تَيِيَ تَيِي أَيِيَ يَيِيَا يَوُوا يَيِينَ

fut. dec. يَيِ تَيِ تَيِي أَيِ يَيِيَا يَوُوا يَيِينَ

imper. إِ sive إِهْ إِي إِيَا أُوا إِينَ. part. وَآءٍ وَايِيَةٌ.

Form. 6. تَوَآءى. infin. تَوَآءٍ. form. 8. أَتَّأَى يَتَّيِى. form. 10. أَسْتَوْأَى يَسْتَوْءِى.

584. Verbum يَئِسَ *desperavit* primam radicalem ad modum verbi يَبِسَ par. 505. conformat. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. يَئِسَ. fut. يَيْأَسُ et يَيْئِسُ et يَاءَسُ et يِيأَسُ.

imp. أَيْأَسْ et أَيْئِسْ. infin. يَأْسٌ. part. يَائِسٌ. pass. يُئِسَ يُوءَسُ مَيْؤُوسٌ.

form. 4. أَيْأَسَ يُوئِسُ. form. 8. أَتَّأَسَ. form. 10. أَسْتَيْأَسَ et أَسْتَاءَسَ quod sermo rudior in أَسْتَيْسَ contrahit.

Pro verbo يَئِسَ nonnunquam, litteris transpositis, substituitur أَيِسَ par. 571.

b. Cum tertia radicali hamsata.

585. Verba وَدَأَ يَدَأُ complanavit, وَذَأَ يَذَأُ vituperavit, وَرَأَ يَرَأُ pepulit, وَمَأَ يَمَأُ innuit, sicut وَضَعَ par. 498. et بَرَأَ par. 471. flectuntur. Ponuntur igitur:

Form. 1. وَدَّ يَدَّ وَدَأَ. 2. وَدَّأَ يُوَدِّئُ. 3. وَادَأَ يُوَادِئُ. 4. أَوْدَأَ يُودِئُ. 5. تَوَدَّأَ يَتَوَدَّأُ. 8. اتَّدَأَ يَتَّدِئُ.

586. Verba وَطِئَ يَطَأُ calcavit, وَثِئَ يَثَأُ luxatus fuit, sicut وَذِرَ يَذَرُ par. 498. formas suas fingunt. Ponuntur igitur: form. 1. imper. طَأْ طَايِ. 2. وَطَّأَ يُوَطِّئُ. 3. وَاطَأَ. 8. اتَّطَأَ. 10. اسْتَوْطَأَ.

Verbum وَبِئَ *aegrotavit* ad modum verbi وَجِلَ futuris يَوْبَأُ et يِيْبَأُ utitur; par. 499.

Verba وَضُؤَ يَوْضُؤُ nitidus fuit, وَطُؤَ يَوْطُؤُ aequabilis fuit, sequuntur verbum وَجُهَ par. 500.

587. Verbum quadrilitterum يَأْيَأَ *acclamavit* ex regulis solitis sic flectitur: praet. يَأْيَأَ يَأْيَأَتْ يَأْيَأَتَ يَأْيَؤُوا. fut. يُوَأْيِئُ تُوَأْيِئِينَ يُوَأْيِئُونَ يُوَأْيِئْنَ. imp. يَأْيِئْ يَأْيِئِي يَأْيِئَا يَأْيِئُوا يَأْيِئْنَ. par. 474.

7. ***Verbum, quod et adsimilatum, et defectivum est.***

588. Hoc verbum Arabes لَفِيفٌ مَفْرُوقٌ *complicatum diremtum* vocant, quia in eo radicales infirmae interposita littera firma diremtae sunt; par. 593.

589. Verba وَفَى يَفِي persolvit, وَقَى يَقِي cavit, وَشَى يَشِي coloravit وَعَى يَعِي servavit, primam radicalem ad modum verbi وَصَفَ par. 495—503., tertiam ad modum verbi بَنَى par. 547. conformant. Igitur ponuntur:

form. 1. praet. وَفَى وَفَتْ وَفَوْا وَفَيْنَ. fut. يَفِي تَفِي تَفِينَ يَفُونَ يَفِينَ. fut. decurt. يَفِ يَفُوا. imp. فِ vel فِهْ فِي فِيَا فُوا فِينَ. part. وَافٍ. pass. وُفِيَ يُوفَى مَوْفِيٌّ.

form. 2. وَفَّى يُوَفِّي. 3. وَافَى يُوَافِي. 4. أَوْفَى يُوفِي. 5. تَوَفَّى يَتَوَفَّى. 6. تَوَافَى يَتَوَافَى. 8. اتَّقَى يَتَّقِي. 10. اسْتَوْفَى يَسْتَوْفِي.

Infinitivorum formae primae par. 553. exempla adponimus وَفَآءٌ وَفَى persolvit, وَفَى وُفِيَ perfectus fuit, وِقَايَةٌ وَقْىٌ وَقَى cavit, دِيَةٌ يَدِى وَدَى pecuniam solvit pro caede facta; par. 497.

Verbum وَشَى pro forma octava اِتَّشَى etiam formam اِيتَشَى usurpat; par. 503. Kâmûs pag. 1960.

590. Atque etiam verba intransitiva وِلَايَةٌ يَلِى وَلِىَ adhaesit, وَرِىَ رِيَةٌ يَرِى flagravit, وَهِىَ يَهِى وَهْىٌ ruptus fuit, in futuris imperativisque flexionem verbi وَفَى sequuntur.

Solum verbum وَجِىَ يَوْجَى يَوْجَ اِيجَ اِيجَىْ *ungula laboravit* flexionem verborum وَجِلَ par. 499. ac خَشِىَ par. 548. sequitur.

591. Verbum يَدَى يَيْدِى. form. 3. يَادَى. form. 4. اَيْدَى *benefecit* flexionem verbi يَسَرَ par. 504. sequitur; verbum يَدِىَ يَيْدَى *manum laesam habuit* flexionem verbi يَمِنَ par. 505.

8. *Verbum, quod et adsimilatum, et concavum est.*

592. Verbum يَوِمَ *per diem exstitit* fortasse futuris يَيْوَمُ ac يَوِمُ utitur. Nam Fîrûsâbâdensis pag. 1715. hoc verbum sicut verba فَرِحَ يَفْرَحُ ac وَرِمَ يَرِمُ conformatum esse tradit. Sic حَوِلَ futuro يَحْوَلُ uti videtur par. 519. Golius vero verbum يَوِمَ futurum يُوَيِمُ fingere perhibet.

Forma tertia est يَاوَمَ يُيَاوِمُ مُيَاوَمَةٌ ac يِوَامٌ Kâm.

9. *Verbum, quod et concavum, et defectivum est.*

593. Hoc verbum Arabes لَفِيفٌ مَقْرُونٌ *complicatum coniunctum* vocant, quia in eo radicales infirmae positae sunt contiguae; par. 588.

Mediam vero radicalem Wâwam vel Jâam haec verba ubique fere consonantem retinent, igiturque sicut verba defectiva simplicia flectuntur; par. 567.

a. Cum media radicali Wâwa.

594. Verba شَوَى يَشْوِى assavit, طَوَى يَطْوِى complicuit, نَوَى يَنْوِى intendit, هَوَى يَهْوِى decidit, flexionem verbi بَنَى par. 547. sequuntur. Ponuntur igitur: forma 1. imp. اِشْوِ. part. شَاوٍ. pass. شُوِىَ يُشْوَى. مَشْوِىٌّ. form. 2. شَوَّى يُشَوِّى. مُشَوٍّ. 3. شَاوَى يُشَاوِى. 4. أَشْوَى. 8. اِشْتَوَى.

595. Verba intransitiva طَوِىَ يَطْوَى complicatus fuit, خَوِىَ يَخْوَى vacuus fuit, ac حَوِىَ يَحْوَى viruit, قَوِىَ يَقْوَى valuit, quae pro حَوِوَ قَوِوَ par. 560. poni videntur, flexionem verbi خَشِىَ par. 548. sequuntur. Ponuntur igitur: form. 1. imp. اِطْوَ. part. طَاوٍ. pass. طُوِىَ يُطْوَى. مَطْوِىٌّ. form. 2. طَوَّى. 4. أَطْوَى. 7. اِنْطَوَى. 8. اِطَّوَى.

Verbum حَوِىَ formam nonam اِحْوَوَى atque undecimam اِحْوَاوَى fingit par. 564.

596. Infinitivi nominaque, quae secundam radicalem quiescentem ponunt, ut formae فَعْلٌ فُعْلٌ فِعْلٌ فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ ceteraeque, syllabas *auju iuju úju* in *ajju ijju ujju* contrahunt, syllabas *auwu úwu* in *awwu uwwu* par. 269. 271. 300. 302. Igitur nomina haec contracta sic finguntur:

forma	verbum	nomen integrum	nomen contractum
فَعْلٌ	طَوَى شَوَى	طَوْىٌ شَوْىٌ	طَىٌّ شَىٌّ
فُعْلٌ	لَوَى	لُوْىٌ	لُىٌّ Kâm.
فَعْلَةٌ	كَوَى لَوَى	كَوْيَةٌ لَوْيَةٌ	كَيَّةٌ لَيَّةٌ
فِعْلَةٌ	طَوَى نَوَى	طِوْيَةٌ نِوْيَةٌ	طِيَّةٌ نِيَّةٌ
فُعْلَةٌ	حَوِوَ قَوِوَ	حُوْوَةٌ قُوْوَةٌ	حُوَّةٌ قُوَّةٌ

Sed etiam verba عَوَى latravit, ثَوَى habitavit, هَوَى decidit, nomina عَوَّةٌ ثَوَّةٌ هَوَّةٌ habent, in quibus Wâwa praevaluit, quasi tertia quoque radicalis Wâwa esset; par. 542.

Quae infinitivorum formae secundam radicalem motam ponunt, ut مَفْعَلٌ فَعَلٌ ceteraeque, eas verba طَوِىَ طَوَى شَوَى huiusque classis reliqua eodem modo quo verbum بَنَى fingunt; par. 553.

597. Verbum أَوَى *se recepit*, quod etiam hamsatum est, primam radicalem ex solitis immutandae Elifae regulis par. 221 — 242. 455. conformat. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. أَوَى أَوَتْ أَوَيْتَ أَوَوْا. fut. يَأْوِى يَأْوُونَ fut. dec. يَأْوِ. imp. ٱيْوِ. part. آوٍ آوِيَةٌ. infin. أُوِىٌّ إِوِىٌّ. pass. أُوِىَ يُووَى مَأْوِىٌّ.

form. 2. أَوَّى يُوَوِّى تَأْوِيَةٌ. 4. آوَى يُؤْوِى. 5. تَأَوَّى. 6. تَآوَى. ٱيتَوَى ac ٱتَّوَى.

b. Cum media radicali Jâa.

598. Verba حَيِىَ vixit, عَيِىَ fessus fuit, flexionem verbi خَشِىَ par. 548. sequuntur. Ponuntur igitur:

form. 1. praet. حَيِىَ حَيِيَتْ حَيِيتَ حَيُوا حَيِينَ. fut. يَحْيَا تَحْيَا أَحْيَا نَحْيَا يَحْيَيَانِ يَحْيَوْنَ يَحْيَيْنَ. fut. dec. يَحْىَ. imp. اِحْيَ اِحْيَىْ اِحْيَوْا اِحْيَيْنَ. part. حَاىٍ. infin. حَيَاةٌ حَيَوةٌ حَيَوَةٌ حَيَآءٌ par. 553. 262. Nam حَيِىَ pro حَيِوَ poni videtur. Pass. حُيِىَ يُحْيَا مَحْيِىٌّ.

form. 2. حَيَّى يُحَيِّى تَحِيَّةٌ. 3. حَايَا يُحَايِى مُحَايَاةٌ. 4. أَحْيَا يُحْيِى مُحْيٍ إِحْيَآءٌ. 5. تَحَيَّا يَتَحَيَّا. 10. ٱسْتَحْيَا يَسْتَحْيِى ٱسْتَحْيِ مُسْتَحْيٍ. Pro hac forma decima passim alia, quae ex regula par. 287. imminuta est, ponitur; quae est ٱسْتَحَى يَسْتَحِى ٱسْتَحِ مُسْتَحٍ.

Vocabula يَحْيَا حَايَا أَحْيَا ٱسْتَحْيَا ex regula par. 95. pro يَحْيَى حَايَى أَحْيَى ٱسْتَحْيَى scribuntur. Pro quibus Fîrûsâbâdensis etiam vocabula decurtata يَحْىِ حَاىِ أَحْىِ ٱسْتَحْىِ ponere videtur; conf. par. 96. Infinitivus formae 2. تَحِيَّةٌ ex تَحْيِيَةٌ contractus est; par. 202. b.

599. Verbum حَيِيَ in *forma prima* a nonnullis ut verbum surdum par. 477. in حَيَّ contrahitur, atque in praeteriti personis tertiis, femina plurali excepta, itemque in futuro ut verbum surdum flectitur. Ponuntur igitur حَيَّ حَيَّتْ حَيَّا حَيَّتَا حَيُّوا يَحَيُّ. Ita etiam infinitivus formae secundae contrahitur par. 598. Pro praeterito حَيَّ nonnulli etiam حِيَّ poni posse dicunt; Sacy gr. tom. 1. par. 581.

Atque verbum عَيِيَ quoque in praeterito formae primae sic contrahitur: عَيَّ عَيَّتْ عَيَّا عَيَّتَا. Freytagius in lexico etiam futurum contractum يَعَيُّ adposuit.

600. Verbum أَيِيَ *se recepit*, quod verbo أَوَى par. 597. cognatum est, nonnisi in formis 5. ac 6. تَأَيَّى تَآيَى usitatum reperitur; par. 510.

Praeterea huius generis verba exstant أَيَّا يُؤَيِّي *inclamavit camelos* ac يَيَّى يُيَيِّي *Jâam scripsit* Kâmûs pag. 1969. 1976.

601. Passim fit, ut verbum infirmum formis temporibusque utatur, quae a verbo infirmo cognato par. 337. ducta sunt; quemadmodum apud Hebraeos הָלַךְ *ivit* plerumque futuro יֵלֵךְ utitur, quod ab יָלַךְ ductum est. Ita Fîrûsâbâdensis ad وَطِئَ وَطَأَ أَوْطَأَ *calcavit* addit آطَأَ أَطَأَ quasi ab أَطَأَ ducta. Ad أَوَبَ *succensuit* addit formam quartam أَوْأَبَ ab وَيَبَ ductam. Ad وَمَأَ وَامَأَ يُوَامِئُ *innuit* etiam يُوَايِمُ addit, ab وَأَمَ ductum, quod ipse لُغَةٌ مَقْلُوبَةٌ *vocabulum inversum* vocat.

602. Ex *verbis secundariis* par. 363. etiam ea sunt, quae a forma octava nonnullorum verborum, quae primam radicalem hamsatam habent, nonnullorumque verborum adsimilatorum, ducta esse videntur; par. 506. Verba enim haec hamsata atque adsimilata in forma 8. primam radicalem ex adsimilationis lege in Tâam sequentem convertunt, ut أَخَذَ اتَّخَذَ وَجَهَ اتَّجَهَ par. 462. 503. Itaque, hanc Tâam quasi radicalem habentes, ab illis formis octavis nova verba secundaria ducunt, quibus Tâa prima radicalis tribuitur, ut تَخِذَ تَجِهَ. Quae quidem verba secundaria maxime in forma prima ac quarta ponuntur, atque sicut cetera verba flectuntur. Eademque ratione a formis illis octavis etiam nomina ducuntur. Sic

ab أَخَذَ cepit, ٱتَّخَذَ cepit, ductum est تَخِذَ cepit, quo vocabulo tribus Hudseilitarum utebatur;

ab أَجَرَ mercedem dedit, ٱتَّجَرَ mercatus est, ducta sunt يَتْجَرُ تَجَرَ mercator fuit, تَاجِرٌ mercator;

ab وَكَأَ innisus est, ٱتَّكَأَ fultus est, ducta sunt يَتْكَى أَتْكَأَ fulsit, تُكَأَةٌ fulcimentum;

ab وَجَهَ faciem petiit, ٱتَّجَهَ faciem advertit, ducuntur يَتْجَهُ تَجَهَ convertit se, تُجَاهَ regio adversa;

ab وَخِمَ cruditate laboravit, ٱتَّخَمَ cruditate laboravit, ducta sunt تَخِمَ يَتْخَمُ cruditate laboravit, أَتْخَمَ يُتْخِمُ cruditate adfecit, تُخَمَةٌ cruditas;

ab وَقَى cavit, ٱتَّقَى timuit, ducta sunt يَتْقِي تَقَى timuit, تُقًى تِقَآءٌ تَقْوَى تَقِيَّةٌ pietas;

ab وَلَدَ procreavit, ٱتَّلَدَ comparatus est, ducta sunt يَتْلِدُ تَلَدَ vernaculus fuit, أَتْلَدَ يُتْلِدُ paravit, تَلِيدٌ vernaculus.

Vocalis Damma. quae in vocabulis تُكَأَةٌ تُخَمَةٌ تُجَاهَ تُقًى ponitur fortasse ex prima radicali Wâwa, quam expulerunt, fluxit; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 378.

Caput undecimum.

De verbis negandi, laudandi, vituperandi, admirandi.

603. Sunt quaedam verba manca, vel vocabula ad modum verborum aut conformata, aut usurpata, quae nonnisi in paucis temporibus, personisque usitata reperiuntur. Arabes ea vocant جَامِدَةٌ *inanima*, atque غَيْرُ مُشْتَقَّةٍ *non derivata.* De quibus haec adnotari oportet.

1. *Verbum negandi.*

604. Verbum negandi, quod Arabes كَلِمَةُ ٱلنَّفْيِ *vocabulum negationis* vocant, est لَيْسَ *non est.* Quod nonnisi in praeterito formae primae ponitur, atque ad modum verborum concavorum sic flectitur:

	sing.	dual.	plural.
3.	لَيْسَ لَيْسَتْ	لَيْسَا . لَيْسَتَا	لَيْسُوا . لَسْنَ
2.	لَسْتَ لَسْتِ	لَسْتُمَا	لَسْتُمْ لَسْتُنَّ
1.	لَسْتُ		لَسْنَا

605. Vocabulum لَيْسَ ex لَا *non* atque إِيسَ sive أَيْسَ *est*, quod quidem יֵשׁ apud Hebraeos, ab Aramaeis vero אִית scribitur, conflatum esse grammatici Arabes censent. Atque sic apud Aramaeos ex לָא *non* atque אִית *est* ortum est לֵית *non est*. Ex sermone arabico usitatiori quidem vocabulum إِيسَ paene evanuit; sed hanc tamen dictionem, in qua ponitur, Kâmûs pag. 801. adfert: أَئْتِنِى مِنْ حَيْثُ أَيْسَ وَلَيْسَ pete me undecunque sit ac non sit! i. e. undecunque velis. Quo loco أَيْسَ fortasse propter sequentis vocabuli لَيْسَ sonum pro إِيسَ ponitur.

606. Vocabulum لَيْسَ sibi adsciscit praedicatum aut in accusativo positum, ut لَيْسَ زَيْدٌ جَاهِلًا *Seidus insipiens non est;* aut cum praepositione بِ coniunctum, ut لَيْسَ زَيْدٌ بِجَاهِلٍ *Seidus insipiens non est.* Porro لَيْسَ etiam verbum sibi adsciscit, plerumque in eadem persona positum, ut لَيْسَ يَعْنِى بِهِ ٱلْمَلِكَ *non significat eo regem*, ac لَسْتُ أَقْصِدُ حَرْبًا *non intendo bellum.*

607. Pro لَيْسَ perraro ponitur vocabulum لَاتَ vel لَاتِ *non est,* quod prorsus non flectitur. Plerumque sibi adsciscit nomen, quod tempus quoddam significat, in accusativo positum, ut لَاتَ حِينَ خُرُوجٍ *non est tempus prodeundi.* Rarius nomen sibi adiungit in nominativo positum, ut يَبْغِى جِوَارَكَ حِينَ لَاتَ مُجِيرُ *petit patrocinium tuum quando non adest defensor;* Sacy anthol. pag. 337. gr. ar. tom. 1. pag. 263. Ortum esse videtur لَاتَ ex particula لَا *non*, cui, quemodmodum in vocabulis ذَيْتَ *sic*, كَيْتَ *sic*, لَيْتَ *utinam*, factum est, adiecerunt syllabam تَ claudentem; Ewald gr. ar. vol. 1. pag. 350. Sacyus لَاتَ ex vocabulis aramaeis לָא אִית ortum esse suspicatur gr. ar. tom. 1. pag. 263.

2. *Verbum laudandi.*

608. Verbum laudandi, quod Arabes فِعْلُ ٱلْمَدْحِ *verbum laudationis* vocant, est نِعْمَ *praeclarus est!* Quod nonnisi in persona tertia praeteriti formae primae ponitur:

sing.		dual.	plural.
نِعْمَ	نِعْمَتْ	نِعْمَا	نِعْمُوا

609. Hoc verbum نِعْمَ a نَعِمَ *praestat* ductum est, contractione facta, ut forma brevior sensum interiectionis significet. Media radicalis verbi نَعِمَ vocalem suam pellit; sed eadem vocalis, quum sensum intransitivum significet, ad primam radicalem trahitur; Sacy gr. tom. 2. pag. 225.

Poetae pro نِعْمَ rarius ponunt نِعِمَ par. 206. a. vel نِعِمَ par. 206. c. vel نَعِمَ نَعْمَ. Ubi verbum laudandi cum pronomine مَا *quod* coniungitur, ponuntur نِعِمَّا ac نِعِمَّا Kâm. pag. 1701. 1972. Sacyus addit نَعِمَّا gr. tom. 2. pag. 224.

610. Verbum نِعْمَ sibi adiungit subiectum in nominativo positum, ut نِعْمَ جَلِيسُ سُلْطَانٍ *praeclarus est, qui familiaris principis est!* vel: o praeclarum illum, qui familiaris principis est! De qua structura parte huius libri tertia plura exponentur.

611. Ad laudandum ponitur etiam حَسُنَ *pulcher est!* a verbo حَسُنَ *excelluit* ductum; conf. par. 609. Sacy gr. tom. 1. pag. 264; tom. 2. pag. 225. Porro ad laudandum ponitur حَبَّذَا *gratus est!* ex حَبَّ *placuit* ac ذَا *hoc* conflatum; quod prorsus non flectitur.

3. *Verbum vituperandi.*

612. Verbum vituperandi, quod Arabes فِعْلُ ٱلذَّمِّ *verbum vituperationis* vocant, est بِئْسَ *pravus est!* بِئْسَتْ *prava est!* neque personas plures fingit. A بَئِسَ *vilescit* ductum est, sibique subiectum in nominativo positum adiungit, ut بِئْسَ زَيْدٌ *pravus est Seidus!*

Fîrûsâbâdensis verbum بِيسَ ceteras quoque illas formas, quibus verbum نِعْمَ par. 609. utitur, induere tradit pag. 738.

613. Porro alia verba, ut exclamationem significent, in formam illam contractam فَعُلَ vel فُعْلَ rediguntur. Sic a بَعُدَ *distat* ducitur بُعْدَ *longinquus est!* ut بُعْدَ مَا مُتَأَمَّلِي *longinquum sane erat, quod a me contemplabatur!* Sacy gr. tom. 1. pag. 264.

4. *Verbum admirandi.*

614. Verbum admirandi, quod Arabes فِعْلُ ٱلتَّعَجُّبِ *verbum admirationis* vocant, a forma prima cuiusvis verbi trilitteri, quum sani, tum infirmi, ducitur, sed prorsus non flectitur. Sunt vero eius genera duo.

615. Primum genus verbi admirandi est مَا أَفْعَلَ. Quod sic fingitur, ut radicis trilitterae forma quarta in persona 3. masc. sing. praet. ponatur, cum praemisso pronomine مَا *quam!* Quod quidem genus sibi adiungit subiectum in accusativo positum. Igitur a verbis trilitteris كَرُمَ generosus fuit, عَفَّ castus fuit, قَوِيَ validus fuit, نَوْلَ نَالَ largitus est, كَاسَ كَيْسَ ingeniosus fuit, haec ducuntur verba admirandi:

مَا أَكْرَمَ زَيْدًا quam generosus est Seid!

مَا أَعَفَّ نَفْسَهُ quam castus est eius animus!

مَا أَقْوَى مَحْمُودًا quam validus est Machmûd!

مَا أَنْوَلَ مُحَمَّدًا quam munificus est Mohammed!

مَا أَكْيَسَ ٱلْجَارِيَةَ quam ingeniosa est haec puella!

Itaque verba concava, si in hac forma admirandi ponuntur, mediam radicalem in consonantem convertunt; conf. par. 526. 537; Sacy anthol. pag. 80. Sacyus quidem ab نَالَ etiam verbum admirandi مَا أَنَالَ duci perhibet gr. ar. tom. 1. par. 588; sed exempla huius formae adhuc non repperi.

616. Si verbum admirandi cum sensu temporis praeteriti ponere volunt, tum aut praemittunt verbum كَانَ verbo admirandi, ut مَا كَانَ أَكْرَمَ زَيْدًا *quam generosus fuit Seid!* par. 397. art. 1. aut

subiungunt verbum كَانَ cum pronomine مَا coniunctum verbo admirandi, ut مَا أَكْرَمَ مَا كَانَ زَيْدًا *quam generosus fuit Seid!*

Sic verbo admirandi etiam alia *verba temporis*, ut أَصْبَحَ fuit, factus est, أَمْسَى fuit, factus est, praemittuntur; ut مَا أَصْبَحَ أَبْرَدَهَا *quam frigida facta est!* مَا أَمْسَى أَدْفَأَهَا *quam calida facta est!* Sacy anthol. pag. 364.

Primum genus verbi admirandi etiam in forma nominum deminutiva أُفَيْعِلَ ponitur. Sic ab مَلُحَ *pulcher fuit* atque مَا أَمْلَحَ *quam pulcher fuit!* ducitur verbum admirandi in forma deminutiva positum مَا أُمَيْلِحَ *quam pulchellus fuit!* Quod exhibent verba يَا مَا أُمَيْلِحَ غِزْلَانًا نَشَرْنَ لَنَا *o quam pulchelli hinnuli quidam, qui adparuerunt nobis!* Sacy gr. tom. 1. pag. 315.

617. Secundum genus verbi admirandi, quod quidem rarius quam primum ponitur, est أَفْعِلْ بِ. Quod sic fingitur, ut radicis trilitterae forma quarta in pers. masc. sing. imperativi ponatur, cum subiuncta praepositione بِ quae, sicut ceterae praepositiones, nomen sibi adiungit in genitivo positum. Igitur a verbis illis trilitteris, quae in par. 615. adposuimus, haec ducuntur verba admirandi:

أَكْرِمْ بِزَيْدٍ quam generosus est Seid!

أَعْفِفْ بِنَفْسِهِ quam castus est eius animus!

أَقْوِ بِمَحْمُودٍ quam validus est Machmûd!

أَنْوِلْ بِمُحَمَّدٍ quam munificus est Mohammed!

أَكْيِسْ بِٱلْجَارِيَةِ quam ingeniosa est haec puella!

Itaque verba concava in hac quoque admirandi forma mediam radicalem in consonantem convertunt; par. 615. Sacy anthol. pag. 80. Sacyus quidem ab نَالَ etiam verbum admirandi أَنِلْ بِ duci perhibet, gr. ar. tom. 1. par. 588; sed exempla huius formae adhuc non repperi.

618. Verba admirandi non ducuntur a verbi trilitteri forma secunda, neque tertia, ceterisve, neque a verbis quadrilitteris, neque a forma

prima eorum verborum trilitterorum, quae aut colorem, aut corporis deformitatem significant, ut بَاضَ albedine superavit, عَوِرَ luscus fuit. Quorum verborum sensus si modo admirante significandus est, tum aliud verbum admirandi auxiliare adsciscunt. Igitur non ponuntur مَا أَبْيَضَ هٰذَا ٱلثَّوْبَ quam alba est haec vestis! مَا أَعْوَرَ هٰذَا ٱلْفَرَسَ quam luscus est hic equus! sed ponuntur مَا أَحْسَنَ بَيَاضَ هٰذَا ٱلثَّوْبِ quam praestans est albedo huius vestis! مَا أَقْبَحَ عَوَرَ هٰذَا ٱلْفَرَسِ quam foeda est luscitio huius equi! Sacy anthol. pag. 74. text. arab. pag. 34. Atque sic, si verbi نَقَلَ *transtulit* forma octava أَنْتَقَلَ *migravit* modo admirante significanda est, ponitur مَا أَحْسَنَ أَنْتِقَالَهُ quam pulchra est eius migratio! Sacy gr. tom. 1. pag. 265.

Neque ab iis verbis, quae conditionem significant nullum incrementum admittentem, ut مَاتَ *mortuus est*, neque ab iis, quae ipsam conditionem imperfecte tantum significant, ut كَانَ *fuit*, صَارَ *factus est*, verba admirandi ducuntur; Sacy Alfiyya pag. 113. Quam ob causam ab his verbis verba admirandi non deriventur, exponetur par. 620. c.

A nonnullorum verborum forma quarta, ut آتَى *largitus est*, أَوْلَى *liberalis fuit*, verba admirandi duci nonnulli perhibent, quum dicatur مَا آتَاهُ لِلْمَعْرُوفِ quum largus beneficiis ille est! مَا أَوْلَاهُ لِلْمَعْرُوفِ quam liberalis beneficiorum ille est! Sacy anthol. pag. 389. Sed fortasse ab ipsis formis primis أَتَى *dedit*, وَلِيَ *iuvit*, verba illa admirandi ducta esse dici possunt.

619. Quum verba admirandi prorsus non flectantur, formae illae مَا أَفْعَلَ atque أَفْعِلْ بِ subiecta utriusque generis sibi adiungunt, quum singularia, tum dualia ac pluralia; ut مَا أَكْرَمَ ٱلْمُؤْمِنِينَ et أَكْرِمْ بِٱلْمُؤْمِنِينَ quam generosi sunt viri pii! مَا أَكْرَمَ ٱلْمُؤْمِنَاتِ et أَكْرِمْ بِٱلْمُؤْمِنَاتِ quam generosae sunt feminae piae!

Neque, si quis verbo أَفْعِلْ بِ plures invocat, verbum illud, quod quasi imperativum *fac!* significare videtur, flectere licet. Ponuntur enim

يَا زَيْدَانِ أَكْرِمْ بِعَمْرٍو o gemini Seidi, quam generosus est Amr! يَا زَيْدُونَ أَكْرِمْ بِعَمْرٍو o Seidi, quam generosus est Amr! Sacy gr. tom. 2. pag. 218. Harîri pag. 30.

620. Grammatici Arabes quidem dictiones مَا أَفْعَلَ ac أَفْعِلْ بِ vera verba continere perhibent.

Dictio مَا أَكْرَمَ زَيْدًا a Chalîlo ben achmed idem quod شَيْءٌ أَكْرَمَ زَيْدًا *quaedam res generosum reddidit Seidum* significare dicitur. Alii eam pro مَا أَكْرَمَ زَيْدًا شَيْءٌ *quod generosum reddidit Seidum, quaedam res est*, poni tradunt, vocabulo شَيْءٌ suppleto; Sacy anthol. pag. 364. 390. gr. tom. 2. pag. 584. Atque praeterea مَا أَكْرَمَ زَيْدًا ad verbum: quam generosum reddidit Seidum *deus*, significare coniici posset.

Dictio أَكْرِمْ بِزَيْدٍ ad verbum: *generosum redde Seidum!* significare, sed pro أَكْرَمَ زَيْدٌ *generosus redditus est Seidus* poni ab Arabibus censetur; Harîri pag. 30.

Sed rectius, quod in dictione مَا أَكْرَمَ زَيْدًا ponitur, vocabulum أَكْرَمَ esse existimatur adiectivum comparativum أَكْرَمُ *generosior* in accusativo positum, igiturque dictionem illam ad verbum significare: *quam generosiorem Seidum!* vel: *quam generosum Seidum!* conf. Ewald gr. ar. vol. 1. pag. 371. Quod his argumentis confirmari potest:

a. vocabulum أَفْعَلَ in illa dictione positum, si a radice concava ducitur, mediam radicalem in semivocalem convertit, quod idem facit adiectivum comparativum, ut أَطْوَلُ longior, أَكْيَسُ ingeniosior; par. 615. 617. 687. art. 2.

b. vocabulum أَفْعَلَ in illa dictione positum etiam formam deminutivam, nominum propriam, induit; par. 616.

c. vocabulum أَفْعَلَ in illa dictione positum ab iis verbis non ducitur, quae adiectivum comparativum أَفْعَلُ non pariunt. Verba enim ea, exempli gratia, quae aut colorem, aut corporis deformitatem significant, adiectivo أَفْعَلُ significationem positivam tantum, sive absolutam, tribuunt, ut أَبْيَضُ candidus, أَعْوَرُ luscus, quae non significant *candidiorem*,

magis luscum. Neque verba صَارَ كَانَ مَاتَ adiectivum comparativum أَفْعَلُ pariunt, par. 687.; unde fit, ut neque verbum admirandi ab iis ducatur; par. 618.

Vocabulum أَفْعِلْ vero, quod in dictione أَفْعِلْ بِ ponitur, adiectivum comparativum أَفْعَلُ decurtatum esse existimat Ewaldus, quod forma sua breviori vocativum significet. Quaedam igitur similitudo inter nomen vocativum أَفْعِلْ ac nomen vocativum فَعَالِ cap. sext. intercedere putanda esset. Sed naturam vocabuli أَفْعِلْ paulo obscuriorem adhuc mihi videri fateor.

Liber sextus.

De conformatione ac flexione nominum.

Caput primum.

De variis nominum classibus.

621. Quaevis radix, ex qua nomina prodeunt, *nomina varia*, eaque igitur cognata quidem, sed certis tamen formis, significationibusque, distincta parere solet, par. 351. Unde fit, ut in classes varias nomina dispertiri possint.

Nomina arabica, terminationibus immutatis, in genera duo, masculinum ac femininum, numeros tres, singularem, dualem, pluralem, ac casus tres, nominativum, genitivum, accusativum deflectuntur. Ad finem nominum sermo arabicus, ut casus apertius distinguantur, vocales breves adiicit mutabiles, quae Tenwînum adsciscunt ubicunque nomina primae declinationis indefinita ponuntur; par. 117. 361. 636. Arabes nomen أَسْمٌ plur. أَسْمَآءٌ vocant, par. 349.

A. *Nominum classes formis variis distinctae.*

622. Si formae nominum variae spectantur, distingui possunt:

1. *nomina simplicia*, quae solas litteras radicales exhibent, ut كُبْرٌ granditas.

2. *nomina geminantia*, quae litteram aliquam radicalem geminant, ut كُبَّارٌ corpulentus.

3. *nomina praefigentia*, quae radicalibus litteras alias praefigunt, ut مَكْبَرٌ grandaevitas.

4. *nomina suffigentia*, quae radicalibus litteras alias suffigunt, ut كِبْرِيَآءُ superbia.

Praeterea nomina reperiuntur, quae et geminantia, et praefigentia sunt, ut أَكْبَرُ maior natu; atque alia, quae et praefigentia, et suffigentia

sunt, ut مُكْرُمَانٌ pergenerosus. Porro sunt *nomina plurilittera,* quae quattuor vel quinque radicales habere censentur; par. 338. 339. Atque *nomina deminutiva* quoque singularem quandam classem, forma peculiari distinctam, efficere dici possunt cap. octav.

623. Ipsi grammatici Arabes, formarum rationem habentes, plures nominum classes distinguunt. Primo illi nomina dividunt in 1. أَسْمٌ جَامِدٌ *nomen solidum*, sive primitivum, quod a verbo non ductum esse videtur, ut شَمْسٌ sol, رَجُلٌ vir; 2. أَسْمٌ مُشْتَقٌّ *nomen derivatum*, quod a verbo ductum esse censetur, ut كَاتِبٌ scriba, قِتَالٌ dimicatio; Sacy gr. tom. 1. par. 599.

Porro Arabes distinguunt أَسْمٌ مُعَرًّى *nomen nudum*, quod solas radicales exhibet, atque أَسْمٌ مُسْتَزَادٌ *nomen auctum*, quod radicalibus litteras alias adiecit. Porro, numerum radicalium respicientes, distinguunt ثُنَائِيٌّ bilitterum, ثُلَاثِيٌّ trilitterum, رُبَاعِيٌّ quadrilifterum, خُمَاسِيٌّ quinquelitterum.

624. Quotiescunque a radice infirma, id est hamsata, vel surda, vel adsimilata, vel concava, vel defectiva, vel infirmiori, nomen ducitur, in forma huius nominis constituenda observantur *syllabarum leges*, quae ad consonantes concurrentes, ac consonantium infirmarum, Elifae, Wâwae, Jâae, immutationes spectant; lib. 3. cap. 1. 2. 3. 4. 5. Unde fit, ut nomen formae فُعُولٌ a verbo sano جَنَبَ ductum quidem sit جُنُوبٌ *declinatio*, a verbo defectivo مَضَى vero ductum non مُضُوىٌ sit, sed مُضِيٌّ *itio*, propter regulam par. 300. Atque inter porro fit, ut nomen formae مَفْعَلٌ a verbo sano كَتَبَ ductum quidem sit مَكْتَبٌ *schola*, a verbo defectivo رَعَى vero ductum non مَرْعَىٌ sit, sed مَرْعًى *pascuum*, propter regulam par. 293. art. 1. Atque eiusdem formae nomen a verbo concavo قوم ductum non مَقْوَمٌ est, sed مَقَامٌ *statio*, propter regulam par. 256.

B. *Nominum classes significationibus distinctae.*

625. Si significationes nominum variae spectantur, primo substantiva atque adiectiva distingui possunt. Arabes substantivum vocant مَوْصُوفٌ *descriptum*, subiectum quod describitur, vel مَنْعُوتٌ *designatum*, subiectum,

quod designatur. Adiectivum vocant صِفَةٌ *descriptionem*, attributum, vel نَعْتٌ *designationem*, praedicatum.

1. Substantiva.

626. Substantiva significant *ipsa subiecta nuda*, id est: 1. personas, ut رَجُلٌ vir; 2. res, ut ثَوْبٌ vestis; 3. qualitates, ut حُسْنٌ pulchritudo; 4. conditiones, ut فَرَحٌ gaudium; 5. actiones, ut قِتَالٌ dimicatio.

Grammatici nostri nomina illa qualitatum, conditionum, actionum, etiam *nomina abstracta*, vel nomina abstractorum, nuncupare solent, quia his nominibus notiones universales significantur, quae cogitatione ab ipsis naturis, sive rebus singularibus, quasi abstractae sunt. Atque sic etiam Arabes nomina abstractorum vocant ٱسْمُ مَعْنًى *nomen significationis*, cetera nomina vero ٱسْمُ عَيْنٍ *nomen naturae*.

Terminatio substantivorum masculina est littera radicalis, ut in رَجُلٌ *vir*; terminationes femininae sunt syllabae ....ةٌ ....ى ....آءُ ad extremam radicalem adiectae, ut in مَلِكَةٌ regina, عَذْرَآءُ virgo; par. 354.

627. Ex substantivis igitur etiam sunt:

1. infinitivi verborum, quos Arabes ٱسْمُ ٱلْفِعْلِ *nomen actionis*, sive مَصْدَرٌ *exitum*, *fontem*, vocant, de quibus supra dictum est par. 395. 424—440. Quae quidem nomina sibi complementa, quum in genitivo, tum in accusativo posita, adiungunt, igiturque et nominum, et verborum natura iuxta induta esse videntur; par. 395. Quaenam potissimum nomina abstracta ab Arabibus *nomina actionis* esse existimentur, par. 425. seqq. exposuimus. Sed saepe tamen, *nomen actionis* sive Masdarum, quod Arabes vocant, a ceteris nominibus abstractis, quae ex eadem radice prodierunt, distinguere, difficile est; quam ob rem lexica, quaenam nomina actionis, quaeque mera nomina abstracta sint, indicare solent. Sic Fîrûsâbâdensis in exponenda radice غَسَلَ *lavit* dicit: غَسْلٌ *lavatio* est مَصْدَرٌ fons; sed غُسْلٌ *lavacrum* est ٱسْمٌ nomen; conf. Sacy gr. tom. 1. par. 623—628.

Si verbo cuidam nomina actionis tribuuntur non solito more ficta, ea ٱسْمٌ لِلْمَصْدَرِ *nomen pro fonte positum* vocantur. Sic verbum formae

secundae كَلَّمَ *loquutus est* solito quidem nomine actionis تَكْلِيمٌ *loquutio* utitur; sed praeterea ei tribuitur etiam nomen actionis كَلَامٌ *loquela*, quod ٱسْمٌ لِلْمَصْدَرِ esse ferunt; Sacy gr. tom. 2. par. 273.

2. nomina propria, quae ab Arabibus عَلَمٌ *signum* vocantur, certisque subiectis singulis significandis destinata sunt, ut يَزِيدُ *Jesîd*, nomen viri, فَاطِمَةُ *Fâtima*, nomen feminae, مَكَّةُ *Mekka*, nomen civitatis; cap. non. Cetera nomina omnia, quae totam subiectorum speciem significant, ut *homo*, *arbor*, quaeque grammatici nostri *appellativa* vocare solent, ab Arabibus ٱسْمُ ٱلْجِنْسِ *nomen speciei* nuncupantur.

3. nomina collectiva, quae ab Arabibus شِبْهُ ٱلْجَمْعِ *simile plurali* vocantur, quia ipsa copiam quandam sive congeriem subiectorum eiusdem speciei significant, ut ذَهَبٌ aurum, شَجَرٌ arbores, virgultum, تَمْرٌ dactyli. A quibus nominibus collectivis Arabes *nomina unitatis* ducunt, terminatione feminina ةٌ.... adiecta, ut ذَهَبَةٌ una particula auri, شَجَرَةٌ arbor una, تَمْرَةٌ dactylus unus; par. 640. art. 1. Sacy gr. tom. 1. par. 889.

4. nomina numeralia cardinalia, quae ab Arabibus ٱسْمُ ٱلْعَدَدِ *nomen numeri* vocantur. Haec enim plerumque sicut substantiva complementum, aut in genitivo, aut in accusativo positum sibi adiungunt, ut ثَلَاثَةُ رِجَالٍ *trinitas virorum* i. e. tres viri. Rarius ipsa subiectis, quae numerantur, adposita subiunguntur, ut رِجَالٌ ثَلَاثَةٌ *viri, trinitas*, i. e. viri tres.

628. Praeterea Arabes alias quasdam substantivorum classes certis nominibus impositis distinguunt, ut:

1. ٱسْمُ ٱلْمَرَّةِ nomen vicis simplicis, par. 640. art. 1.; Sacy gr. tom. 1. par. 674.

2. ٱسْمُ ٱلنَّوْعِ nomen modi; par. 654.; Sacy par. 679.

3. ٱسْمُ ظَرْفٍ nomen vasis; par. 692.; Sacy par. 681.

4. ٱسْمُ ٱلْكَثْرَةِ nomen abundantiae, par. 692; Sacy par. 689.

5. ٱسْمُ آلَةٍ nomen instrumenti, par. 694; Sacy par. 691.

6. اِسْمُ ٱلْوِعَاءِ nomen receptaculi, par. 694; Sacy par. 691.

2. Adiectiva.

629. Adiectiva significant *subiecta quodam attributo notata*, ut خَشِنٌ asper, حَسَنٌ pulcher, صَعْبٌ difficilis, فَاضِلٌ praestans, عَظِيمٌ magnus, أَعْظَمُ maior, أَكَّالٌ edax, سَكْرَانُ ebrius. Igitur substantiva quasi recta via subiecta significant, adiectiva vero quadam circuitione.

Adiectivum, quod substantivo subiungitur proxime adpositum, ut in رَجُلٌ عَالِمٌ *vir doctus*, attributum sive epithetum vocari solet. Quod vero, verbo interposito, ad substantivum refertur, ut in اَلرَّجُلُ كَانَ عَالِمًا *vir ille erat doctus*, praedicatum nuncupatur. Adiectiva singula in utrumque genus deflectuntur, id est formis geminis utuntur, quarum altera subiecta masculina, altera feminina demonstrat. Terminationes adiectivorum femininorum eaedem sunt, quibus substantiva feminina utuntur, id est syllabae ةٌ..... ى...... آءُ...... ad extremam radicalem adiectae. Igitur adiectiva masculina sunt جَمِيلٌ venustus, أَكْبَرُ grandior, أَزْرَقُ caeruleus; feminina vero جَمِيلَةٌ venusta, كُبْرَى grandior, زَرْقَآءُ caerulea.

630. Adiectiva, si attributi gradum, qui significatur, spectamus, dispertire possumus in:

1. simplicia, ut غَضِبٌ iracundus, كَاذِبٌ mentiens.
2. intensiva, ut غَضُوبٌ periracundus, كَذَّابٌ permendax.
3. comparativa, ut أَغْضَبُ iracundior, أَكْذَبُ mendacior.

631. Ex adiectivis etiam *verborum participia* sunt, quum activa اِسْمُ ٱلْفَاعِلِ *nomen agentis*, tum passiva اِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ *nomen patientis*, de quibus supra dictum est, par. 396. 441. Quae quidem nomina, pariter atque nomina actionis sive infinitivi, complementa quum in genitivo, tum in accusativo posita, sibi adiungunt; par. 396. 627. art. 1.

Ex adiectivis porro sunt *nomina numeralia ordinalia*, quae ad modum participii activi formae verborum primae finguntur. Sic a cardinalibus خَمْسَةٌ quinque, تِسْعَةٌ novem, ducuntur خَامِسٌ quintus, تَاسِعٌ nonus.

632. Singularem adiectivorum classem, certa forma distinctam, *adiectiva gentilitia* sive relativa efficiunt, quae ab Arabibus نِسْبَةٌ *gentilitas, origo*, vocantur. Quae quidem a nominibus aliis, terminatione ىٌّ...... adiecta, ducuntur. Sic ab مِصْرُ Aegyptus, ducitur مِصْرِيٌّ Aegyptius; par. 726.

633. Haud raro pro substantivo sive ipso subiecto solum adiectivum ponitur, si ex universo loci sensu, vel usu loquendi, quodnam substantivum hoc adiectivo notetur, satis apertum est. Sic pro اَلرَّجُلُ اَلشَّرِيفُ *vir nobilis* saepe اَلشَّرِيفُ *nobilis* ponitur, ac pro اَلْحَيَوةُ اَلْآخِرَةُ *vita postrema* solum vocabulum اَلْآخِرَةُ *postrema*. Unde fit, ut etiam adiectiva, si hoc modo substantivorum vicem explent, sicut substantiva complementum in genitivo positum sibi adiungant, ut ضَارِبُ زَيْدٍ *feriens Seidi*, qui Seidum feriit, أَحَبُّ شَيْءٍ *carissimum rei*, carissima res, Sacy gr. tom. 2. par. 244. 250. 420; عَاجِلُ طَعْنَةٍ *rapidum percussionis*, rapida percussio, Ewald gr. ar. vol. 2. par. 532. 533.

3. Aliae quaedam nominum classes.

634. Nomina *deminutiva*, quae ab Arabibus تَصْغِيرٌ *deminutio* vocantur, partim substantiva sunt, ut رُجَيْلٌ homunculus, partim adiectiva, ut أُمَيْلِحُ pulcellus; par. 620. art. b; Sacy gr. tom. 1. par. 695. 696. Atque etiam a pronominibus demonstrativis ac relativis deminutiva ducuntur.

635. Nomina *verbalia* a grammaticis nostris nomina actionis ac participia Arabum vocari solent. Ipsi Arabes vocabulo اَلْأَسْمَآءُ اَلْمُتَّصِلَةُ بِالْأَفْعَالِ *nomina verbis affinia* non modo nomina actionis ac participia nuncupant, verum etiam nomina locorum, temporum, instrumentorum, ceteraque a verbis ducta, ut مَجْلِسٌ consessus, مَكْتَبٌ schola, مِفْتَاحٌ clavis, quae etiam مُشْتَقَّةٌ adpellantur, par. 623; Sacy gr. tom. 1. par. 595. art. 6.

636. Nomina, quum substantiva, tum adiectiva, aut *definita*, aut *indefinita*, ponuntur.

Definita, quae ab Arabibus مُعَرَّفٌ *notum* vocantur, sunt: 1. quae articulum definientem أَلْ praefixum habent, ut اَلثَّوْبُ *illa vestis;* 2. quae pronomen suffixum habent, ut ثَوْبِي *vestis mea;* 3. quae cum genitivo

definiente connexa sunt, ut ثَوْبُ ٱلْعَبْدِ *vestis illius servi.* Porro nomina propria apud Arabes in numerum definitorum referuntur, ac denique pronomina personalia, demonstrativa, relativa. Substantivum definitum sibi adiungit attributum definitum, ut ٱلْبَيْتُ ٱلْوَسِيعُ domus ampla, أَخُوهُ ٱلْأَكْبَرُ frater eius maior; par. 629. Idem nomen dupliciter definitum reddere non licet. Igitur, si alicui nomini pronomen suffixum est, articulum definientem praefigere non licet; ergo non ٱلْبَيْتِي sed بَيْتِي *domus mea* ponendum est.

Indefinita, quae ab Arabibus مُنَكَّرٌ *ignotum* vocantur, omnia ea nomina sunt, quae neque articulum definientem praefixum, neque pronomen suffixum habent, neque cum genitivo definiente connexa sunt, neque ex nominibus propriis, nec pronominibus sunt; ut ثَوْبٌ aliqua vestis, رَجُلٌ vir aliquis. Substantivum indefinitum sibi adiungit attributum indefinitum, ut ثَوْبٌ حَسَنٌ vestis aliqua pulchra, رَجُلٌ عَالِمٌ vir aliquis doctus; par. 629.

637. Quum in nominum numerum Arabes etiam pronomina referant par. 349. vera nomina, ut *homo*, *pugna*, ab iis ٱسْمٌ ظَاهِرٌ *nomen apertum* vocantur, pronomina personalia vero ٱسْمٌ مُضْمَرٌ *nomen cogitatum*, pronomina demonstrativa ac relativa ٱسْمٌ مُبْهَمٌ *nomen occultum*; Sacy gr. tom. 1. par. 595.

Porro Arabes nominibus adnumerant *adverbia temporis ac loci*, quae ab ipsis ظُرُوفٌ *vasa* adpellantur, ut قَبْلُ ante, تَحْتُ sub, par. 346. 353; Sacy gr. tom. 2. par. 145; atque denique *dictiones quasdam verbales*, quae et ipsae vocabulo أَسْمَآءُ ٱلْأَفْعَالِ *nomina verborum* nuncupantur, ut هَيْهَاتَ absit! نَزَالِ descende! Sacy gr. tom. 1. par. 595. art. 6. par. 955. 1190.

C. *Formarum ad significationes accommodatio.*

638. Certae nominum formae certis significationibus indicandis destinatae sunt; unde fit, ut ex formis plerumque significationes pendeant; par. 354. Sic formae فُعُولٌ فَعَالٌ فُعَالٌ فِعَالٌ فِعَلٌ فَعِلٌ فَعَلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ فَعْلٌ مِفْعَالٌ مَفْعِلٌ مَفْعَلٌ فَعَلَانٌ maxime substantivis significandis destinatae esse videntur, formae فُعْلَانُ فَعْلَانُ فُعَلَةٌ أَفْعَلُ فَعُولٌ فَعِيلٌ فَاعِلٌ فَعِلٌ vero

adiectivis. Formae geminantes فُعَّلٌ فِعَّلٌ فُعُّلٌ فُعُولٌ فُعُّولٌ فِعِّيلٌ فَعَّالٌ فُعَّالٌ فِعْلِيلٌ فِعِّلٌ فِعَّلٌ significationes intensivas indicant. Quae formae in terminationes ـَةٌ...... ـآءٌ...... ـَى...... radici adiectas desinunt, eae nomina feminina significant.

639. Sed in multorum tamen vocabulorum usu hoc factum esse videmus, ut forma quaedam a significatione ipsius propria ad aliam traducta sit; cuius traductionis occasionem quaedam significationis propriae conversio, vel deflexio, quae admittitur, praebere solet. Ita, forma substantiva فَعْلٌ ad adiectivum traducta, iam vocabulum صَعْبٌ adiectivo *difficilis* significando destinatum est. Contra vero, forma adiectiva فَعِلٌ ad substantivum traducta, iam vocabulum فَخِذٌ substantivo *femur* significando destinarunt.

Neque raro fit, ut idem nomen formas plures induat, ex euphoniae legibus variatas. Ponuntur فَخِذٌ فَخْذٌ فِخْذٌ فِخِذٌ femur, ac عَضْدٌ عَضِدٌ عُضُدٌ عُضْدٌ عِضْدٌ عَضُدٌ brachium; par. 206. Formae usitatiores فَخِذٌ ac عَضُدٌ sunt. Si forma فَخِذٌ primitiva est, fortasse hoc vocabulum proprie *trepidantem, subsilientem,* significat; nam apud Hebraeos radices פָּחַד ac פָּחַז trepidare, subsilire, significant. Si vero forma فَخْذٌ primitiva est, hoc vocabulo substantivum abstractum *saltatio* significatum esse coniicere possumus.

640. Inprimis vero *formae femininae* ad significationes alienas traducuntur. Non modo enim vera feminina, ut مَلِكَةٌ regina, عَذْرَآءُ virgo, formis femininis significantur, verum etiam feminina multa tropica, sive res, quae propter naturam suam quasi femininae esse cogitabantur. Unde fit, ut apud Arabes nomina feminina traducantur:

1. ad significandam rem singulam ex magna eiusdem speciei copia desumtam, ut ذَهَبٌ aurum, ذَهَبَةٌ una auri particula, خَشَبٌ lignum, خَشَبَةٌ unum ligni fragmentum; quae quidem feminina Arabes nomina unitatis vocant, par. 627. art. 3. Atque inde fit, ut in lexicis rem singulam, sive numerum singularem, vocabulo ٱلْوَاحِدَةُ *una* significent; quemadmodum Fîrûsâbâdensis pag. 1604. dicit:

وَٱلْحُمُرُ كَصُرَدٍ ٱلْفَحْمُ وَاحِدَتُهُ بِهَآءٍ

i. e. „vocabulum حُمَمٌ iisdem vocalibus, quibus صُرَدٌ pronuntiatur, instructum significat carbones; singulus carbo cum adiecta littera He i. e. حُمَمَةٌ scribitur." Rem singulam sive particulam unam fortasse rem quasi debiliorem, ideoque femininam, cogitarunt; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 295.

Atque sic Arabes etiam actionem singulam, sive semel peractam, nomine feminino significant; ut ضَرْبٌ percussio, ضَرْبَةٌ percussio una, اَنْقِلَابٌ conversio, اَنْقِلَابَةٌ conversio una. Quae nomina ab Arabibus اَسْمُ اَلْمَرَّةِ *nomen vicis simplicis* vocantur; Sacy gr. tom. 1. par. 674; Ewald gr. par. 295.

2. ad significandum adiectivum latinum neutrum, praesertim in plurali positum. Sic ab Arabibus ponuntur feminina singularia عَجِيبَةٌ mira, res mira, mirum, دَقِيقَةٌ subtilis, res subtilis, subtile; ac feminina pluralia اَلصَّالِحَاتُ honestae i. e. honesta, اَلْفَاحِشَاتُ turpes, i. e. turpia. Terminationem generis neutrius propriam sermo arabicus non finxit.

3. ad significandum nomen abstractum; nam neutra atque abstracta quadam affinitate coniuncta sunt. Itaque Arabes ponunt اِمَارَةٌ principatus, رُؤْيَةٌ visio, رُؤْيَا somnium, ذِكْرَى recordatio, نَجْوَى insusurratio, كِبْرِيَآءُ superbia, اُغْنِيَّةٌ cantatio, دَاهِيَةٌ calamitas, كَيْفِيَّةٌ qualitas, اَلْجَاهِلِيَّةُ paganitas.

4. ad significandum nomen plurale; nam pluralia atque abstracta quadam affinitate coniuncta sunt. Itaque Arabes ponunt حَرَامِيَّةٌ latrones, quasi latronitas, اَلصُّوفِيَّةُ monachi, quasi monachitas, مَشْيُوخَآءُ senes, quasi senilitas, قَتْلَى occisi, اَسْرَى capti; Sacy gr. tom. 1. par. 883. Ewald gr. ar. vol. 1. par. 286. 323.

5. ad significandam personam masculinam; quae nomen abstractum sive qualitatem quandam quasi repraesentat. Sic ponuntur دَاهِيَةٌ vir astutus, quasi ipsa astutia, خَلِيفَةٌ successor, quasi successio, رَاوِيَةٌ recitator, quasi recitatio, عَلَّامَةٌ pereruditus, quasi eruditio, تَجَابَةٌ homo permirus, quasi admiratio, ضُحَكَةٌ risor, quasi risus, شَكُورَةٌ gratus, quasi gratitudo; Sacy gr. tom. 1. par. 742. 744. Ewald loc. cit. par. 284. Arabes his nominibus litteram Hêam لِلْمُبَالَغَةِ *ad vim* significandam adiici dicunt.

641. Formae *nominis instrumenti* مِفْعَلٌ مِفْعَالٌ مِفْعِيلٌ par. 628. ad personam traducuntur, quae instrumentum quoddam quasi repraesentat. Sic ponuntur مِحْرَبٌ ac مِحْرَابٌ bellator, quasi instrumentum bellatorium, مِزْحَمٌ premens, quasi instrumentum pressorium, مِعْطَارٌ unguens se, quasi instrumentum unctorium, مِنْطِيقٌ eloquens, quasi instrumentum locutorium; Sacy gr. tom. 1. par. 744; anthol. ar. pag. 92. Hamâs. pag. 37. Ewald gr. ar. vol. 1. par. 248. 284.

642. Formae *nominis abstracti* permultae ad significanda nomina pluralia traducuntur; ut آلِهَةٌ dii, quasi divinitas. Quae quidem pluralia ab Arabibus *pluralia fracta* vocantur, atque, qualicunque terminatione utantur, feminina esse ita censentur, ut praedicata feminina, quum adiectiva, tum verba, iis adponantur. Nam nomina abstracta existimantur natura quodammodo nomina feminina referre; Ewald gr. ar. vol. 1. par. 304.

643. Iam singulae nominum arabicorum singularium classes, quarum alterae formis, alterae significationibus, distinguuntur, accuratius recensendae sunt. Sed tanta in nominibus arabicis formarum multitudo est, atque significationum conversio tam multiplex, ut qui omnium formarum causas ac significationes plene exponere vellet, opus magnum conditurus esset. Quam ob rem hoc loco potiora tantum quaedam significare possumus. De nominum arabicorum pluralium formis infra exponetur.

Hoc in universum tenendum est, si ad formas masculinas فَعْلٌ فَعَلٌ فُعْلٌ فِعْلٌ فَعَالٌ فَعَّالٌ ceterasque terminatio feminina ةٌ...... adiiciatur, tum his nominibus femininis primo vera feminina, id est personas feminas, bestias feminas, adiectiva feminina, deinde nomina unitatis, ceteraque feminina tropica significari; par. 640.

Caput secundum.

Nomina simplicia.

644. Nomina simplicia solas litteras radicales exhibent, vocalibus variis, quum brevibus, tum productis, motas; par. 622. Masculina clauduntur littera radicali, feminina vero terminatione ةٌ...... adiecta. Singulae nominum simplicium formae hae fere sunt.

1. فَعْل فِعْل فُعْل

645. Haec nomina, quum ex infinitivis formae verborum primae par. 425. sint, substantiva, ac maxime *actiones* et *qualitates* significant, ut جَمْع collectio, قَوْل dictio, بَيْص confusio, مَحْو exstinctio, شَيْء voluntas, حِلْف iuramentum, بُخْل avaritia.

Forma فَعْل frequentior est, atque ad verba transitiva potissimum pertinet. Formae rariores فِعْل ac فُعْل quasi vocales illas i atque u, quibus verba intransitiva ac passiva distinguuntur, referre videntur; nam ab عَلِمَ scivit, ducitur عِلْم scientia; a نَبُلَ excelluit, ducitur نُبْل excellentia; Ewald gr. par. 239. Sic porro بَأْس *fortitudo* quasi forma activa est, بُؤْس *calamitas* vero forma passiva; par. 654. Sed non in omnibus haec lex observatur. A قَبُحَ *deformis fuit* ducuntur قُبْح et قَبْح *deformitas*.

646. Porro haec nomina iam *personas* quoque ac *res* significant, ut مَرْء vir, أَرْض terra, رِجْل pes, تِبْن stramen, ظُفْر unguis, حُوت piscis, أُمّ mater.

647. Nonnulla nomina formae فَعْل frequenti usu attrita esse videntur. Pro أَبْو أَخْو حَمْو غَدْو هَنْو يَدْي poni existimantur decurtata أَب pater, أَخ frater, حَم socer, غَد dies crastina, هَن res, يَد manus; par. 255. 286; Sacy gr. tom. 1. par. 604; Ewald gr. par. 411. Atque re vera etiam أَخْو حَمْو غَدْو usurpata reperiuntur. Vocabuli أَب formam primitivam أَبَو esse Arabes perhibent.

Sic etiam vocabuli دَم *sanguis* formam primitivam دَمْي vel دَمَي vel دَمْو vel دَمَو esse censent; Sacy gr. tom. 1. par. 783; Kâmûs pag. 1877; Freytag lexic. Usurpantur enim vocabula دَمِيَ cruentus fuit, دَمَوِيّ sanguineus. Ewaldus vero pro أَدَم *rubicundus* decurtatum poni دَم *sanguis* suspicatur, ad fingenda vero derivata illa radicalem infirmam ad finem adiici; par. 222. art. 1. c. par. 648; Ewald gr. par. 421.

648. Porro etiam nonnulla nomina formae فِعْل frequenti usu attrita esse videntur. Pro بِنْي سِمْي سِنْي ثِنْي مِسْي poni existimantur decurtata

اِبْنٌ filius, اِسْمٌ nomen, اِسْتٌ sedes, nates, اِثْنَانِ duo, أَمْسِ dies hesternus, par. 255. 286; Ewald gr. par. 409. Vocabulum سَتٌ sedes idem quod aramaeum שְׁתָיָא fundamentum, positio, a radice שְׁתָה ponere ortum, esse videtur.

649. Nominibus nonnullis decurtatis, vel ipsa sua natura perbrevibus, ut facilius derivata vel nomina secundaria par. 363. ab iis duci possint, quasi nova radicalis adiici videtur littera Hê. E quibus nominibus haec sunt:

أَبٌ pater. أُبَّهَاتٌ patres. أُمٌّ mater. أُمَّهَاتٌ matres.

هَنٌ res. هُنَيْهَةٌ recula. فُوهٌ os. أَفْوَاهٌ ora. فَاهَ oravit.

اِسْتٌ sedes. أَسْتَاهٌ nates. سَتَهٌ sedes. سَتَهَ nates percussit.

مَآءٌ aqua. مِيَاهٌ aquae. مَاهٌ aqua. مَاهَ aquosus fuit.

شَاةٌ ovis. شِيَاهٌ oves. شُوَيْهَةٌ ovicula. شَاوِيٌّ oves possidens.

شَفَةٌ labium. شِفَاهٌ labia. شَفَهَ labia percussit; par. 655.

سَنَةٌ annus. سَنَهَاتٌ anni. سَنِهَ annosus fuit; par. 655.

Quam Hêam adiectam Arabes primitivam radicalem esse ita existimant, ut vocabulorum اِسْتٌ مَآءٌ formas primitivas سَتَهٌ مَاهٌ esse perhibeant; Sacy gr. tom. 1. par. 726; Ewald gr. par. 413. 442.

650. Rarius formae فَعْلٌ فُعْلٌ فِعْلٌ ad adiectiva traducuntur par. 639. E quo genere sunt صَعْبٌ difficilis, سَهْلٌ lenis, عَبْدٌ serviens, رَخْوٌ tener, قِتْلٌ adversarius, رِخْوٌ tener, جِلٌّ grandis, قُتْلٌ interficiens, حُلْوٌ dulcis, رُخْوٌ tener; Sacy gr. tom. 4. par. 738.

651. A radicibus concavis multis praeter nomina formae فَعْلٌ diphthongo mota, cuius modi قَوْلٌ dictio ac بَيْصٌ confusio par. 644. sunt, nomina alia ducuntur, quae diphthongi illius loco vocalem â productam accipiunt, ut قَالٌ dictio, بَاصٌ confusio. Sic a radice حول converti ducuntur حَوْلٌ conversio, حَالٌ vicissitudo, atque praeterea nomen formae فَعَلٌ id est حَوَلٌ dirimens. Eiusdem generis sunt قَوْسٌ mensura, قَاسٌ quantitas, عَيْبٌ

vitium, عَابٌ vitium. Pro مَاىٌ positum esse videtur מָיִם aqua; Ewald gr. par. 442.

Adiectiva quoque, sive personas, haec nomina significant, ut قَاقٌ procerus, طَاعٌ obsequens, طَافٌ circumiens, طَابٌ bonus.

Quae nomina حَالٌ قَالٌ قَاسٌ nomina contracta formae فَعَلٌ esse, igiturque pro حَوَلٌ قَوَلٌ قَوَسٌ poni ex regula par. 212. art. 1. coniici potest. Sed quum haud contracta حَوَلٌ dirimens, عَوَذٌ refugium, قَوَدٌ vindicta, ponantur, utrum vocabula illa حَالٌ قَالٌ قَاسٌ per eiusmodi contractionem orta sint, nec ne, in dubio ponere licet.

2. فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ

652. Haec nomina feminina primo vera feminina significant, id est homines bestiasque feminas, atque adiectiva feminina, par. 643. deinde feminina tropica, id est nomina unitatis, sive res singulas, rerumque particulas, actiones, quae vice simplici peractae cogitantur, qualitates; par. 640. Nam etiam in infinitivis par. 425. haec nomina reponuntur.

653. Forma فَعْلَةٌ significat:

1. vera feminina, quorum masculina nominibus formae فَعْلٌ significantur, ut زَوْجٌ maritus, زَوْجَةٌ marita, جَدٌّ avus, جَدَّةٌ avia, عَمٌّ patruus, عَمَّةٌ amita, بَغْلٌ mulus, بَغْلَةٌ mula; atque adiectiva feminina, ut جَفْرٌ adultus, جَفْرَةٌ adulta, رَخْوٌ tener, رَخْوَةٌ tenera, جَفْلَةٌ frondosa, قَصْلَةٌ flexilis.

2. nomen unitatis, ut تَمْرٌ dactyli, تَمْرَةٌ dactylus unus; par. 640. art. 1. Sacy par. 678.

3. nomen vicis simplicis, ut خَفْقٌ palpitatio, خَفْقَةٌ palpitatio una, رَمْيٌ iactus, رَمْيَةٌ iactus unus; par. 640. art. 1. Sacy par. 674.

4. vasa atque instrumenta, ut جَفْنَةٌ scutella, صَحْفَةٌ patina, قَصْعَةٌ pelvis, رَبْقَةٌ laqueus, رَتْمَةٌ filum. Quae substantiva primitus fortasse partim adiectiva feminina, partim nomina unitatis fuerunt.

654. Forma فِعْلَةٌ significat:

1. vera feminina atque adiectiva feminina, ut قِطٌّ felis mas, قِطَّةٌ felis femina, رِخْوٌ tener, رِخْوَةٌ tenera, جِلٌّ annosus, جِلَّةٌ annosa.

2. nomen unitatis, ut تِبْنٌ stramen, تِبْنَةٌ stipula una, atque maxime *nomen fragmenti*, ut كِسْرَةٌ fragmentum, قِطْعَةٌ segmentum, خِرْقَةٌ lacinia, فِرْقَةٌ pars, خِطَّةٌ portio; Sacy gr. tom. 1. par. 693.

3. nomen modi; quod Arabes ٱسْمُ ٱلنَّوْعِ *nomen speciei* vocant; ut كِتْبَةٌ modus scribendi, جِلْسَةٌ modus sedendi. Sic dicunt: هُوَ حَسَنُ ٱلْكِتْبَةِ ille bonus est, quod adtinet modum scribendi, i. e. bene scribit. Harîrius hoc nomine significari dicit هَيْئَةُ ٱلْفِعْلِ *modum actionis*, Sacy chrest. tom. 3. pag. 517. Sacyus hoc nomen ideo *nomen speciei* vocari perhibet, quia eo posito notio generalis *bonitatis* ad singulam bonitatis speciem, id est bonitatem scripturae, referatur; Sacy par. 679.

4. substantiva intransitiva ac passiva, ut رِخْوَةٌ teneritas, حِكْمَةٌ sapientia, جِبِلَّةٌ indoles, خِدْمَةٌ ministerium, رِشْوَةٌ donum; par. 645.

655. Forma فُعْلَةٌ significat:

1. vera feminina atque adiectiva feminina, ut حُبٌّ carus, حُبَّةٌ cara, رُخْوٌ tener, رُخْوَةٌ tenera, صُفْرٌ vacuus, صُفْرَةٌ vacua.

2. nomen unitatis, ut دُودٌ vermes, دُودَةٌ vermis una, فُولٌ fabae, فُولَةٌ faba una.

3. nomen *quantitatis certae,* quam spatium vel vas quoddam capit, quod ٱسْمُ ٱلْمِقْدَارِ vocari posset, Sacy chrest. tom. 3. pag. 517. E quo genere sunt لُقْمَةٌ buccella, quantum cibi una vice gluti potest, جُرْعَةٌ haustus unus, quantum potus una vice sorberi potest, غُرْفَةٌ captus unus, quantum aquae una vice manu capi potest; Sacy gr. tom. 1. par. 693.

4. substantiva intransitiva ac passiva, ut جُمْعَةٌ collectio, جُمْلَةٌ summa, خُرْقَةٌ stupiditas, فُرْقَةٌ dispersio. Ex intransitivis his etiam *nomina coloris* sunt, ut حُمْرَةٌ rubedo, صُفْرَةٌ flavedo; par. 427. Sacy gr. tom. 1. par. 693. Nominibus passivis fortasse alia quoque huius formae nomina adnumeranda sunt, ut عُلْبَةٌ amphora, حُجْرَةٌ conclave, عُرْوَةٌ ansa.

5. rarius adiectiva passiva, ad personas masculinas traducta, ut ضُحْكَةٌ irrisus, لُومَةٌ vituperatus; par. 640. art. 5.

656. Nonnulla nomina formarum فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ a radicibus defectivis ducta in fine atteri videntur; par. 646. Nam pro شَفْوَةٌ سَنْيَةٌ أَمْوَةٌ كُرْوَةٌ إِرْيَةٌ ponuntur decurtata أَمَةٌ ancilla, سَنَةٌ annus, شَفَةٌ labium, كُرَةٌ globus, إِرَةٌ focus; par. 255. 286. 648. Ewald gr. par. 410. 413. Sacy gr. tom. 1. par. 725.

657. A radicibus concavis praeter nomina formae فَعْلَةٌ diphthongo mota, cuiusmodi قَوْمَةٌ statura, رَوْحَةٌ quies, sunt, nomina alia ducuntur, quae diphthongi illius loco vocalem *â* productam accipiunt, ut قَامَةٌ statura, رَاحَةٌ quies, سَاعَةٌ hora; par. 651.

Ita etiam a ثَوَى mansit, سَوِيَ aequalis fuit, ducta sunt ثَايَةٌ mansio, سَايَةٌ via aequabilis. Atque ab أَوَى طَوَى غَبِيَ orta esse videntur آيَةٌ signum, طَايَةٌ tectum, غَايَةٌ extremum, a quibus adiectiva relativa أَوَوِيٌّ signatorius, طَوَوِيٌّ tectorius, ducuntur; par. 744. Ewald gr. par. 441.

Quae nomina قَامَةٌ رَاحَةٌ nomina contracta formae فَعَلَةٌ esse, igiturque pro قَوَمَةٌ رَوَحَةٌ poni, ex regula par. 212. art. 1. coniici potest. Sed, quod pluralia fracta huius formae, ut حَاكَةٌ textores, خَانَةٌ fraudatores, adtinet, praeter ea etiam formae haud contractae حَوَكَةٌ textores, خَوَنَةٌ fraudatores, ponuntur; par. 651. Sacy gr. tom. 1. par. 233.

3. فَعَلٌ فَعِلٌ فَعُلٌ فَعَلَةٌ فَعِلَةٌ فَعُلَةٌ

658. Ad formas diductiores, quae secundae radicali vocalem brevem induunt, e brevioribus فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ ortas, transimus.

Forma فَعَلٌ significat: 1. infinitivos intransitivos, qualitates animi, ut فَرَحٌ gaudium, غَضَبٌ ira. 2. personas ac res, ut فَتًى iuvenis, جَمَلٌ camelus, ذَهَبٌ aurum. 3. adiectiva, ut حَسَنٌ pulcher, بَطَلٌ fortis.

Forma فِعَلٌ significat: 1. infinitivos intransitivos, qualitates corporis, ut قِصَرٌ brevitas, صِغَرٌ parvitas. 2. res, ut عِنَبٌ uva, ضِلَعٌ costa.

Forma فُعَلٌ significat: 1. infinitivos, ut نُقَبٌ scabies, بُكًى fletus, سُرًى profectio nocturna. 2. res, ut جُعَلٌ scarabaeus, عُضَلٌ locusta. 3. adiectiva intensiva, ut سُرَطٌ vorax, لُهَمٌ gulosus.

659. Formae femininae فَعَلَةٌ فِعَلَةٌ فُعَلَةٌ primo nomina feminina ac nomina unitatis a formis فَعَلٌ فِعَلٌ فُعَلٌ ducta significant, ut فَرَسٌ equus, فَرَسَةٌ equa, فَتًى iuvenis, فَتَاةٌ puella, حَسَنٌ pulcher, حَسَنَةٌ pulchra, عِنَبٌ uva, عِنَبَةٌ una uvae bacca, قَضَفٌ tenuitas, قَضَفَةٌ tenuis arenae globus.

Porro فَعَلَةٌ significat: 1. infinitivos, ut نَعَرَةٌ superbia, شَكَاةٌ querimonia, دَعَةٌ tranquillitas, quod pro وَدَعَةٌ par. 494. 497. ponitur. 2. res, ut رَقَبَةٌ collum.

Porro فِعَلَةٌ ad infinitivos traduci videtur, ut in vocabulo جِبِلَّةٌ conformatio. Confer par. 435.

Porro فُعَلَةٌ significat: 1. infinitivos, ut نُعَرَةٌ superbia. 2. adiectiva intransitiva ad personas masculinas traducta, ut ضُحَكَةٌ homo risor, نُوَمَةٌ homo somnolentus; quae a quocunque verbo trilittero duci possunt; Sacy gr. tom. 1. par. 744. 745.

4. فَعُلٌ فُعُلٌ فَعُلَةٌ فُعُلَةٌ

660. Forma فَعُلٌ ex nomine longiori فَعُولٌ par. 671. fortasse orta significat: 1. adiectiva qualitatis cuidam personae semper inhaerentis, ut جَزُعٌ pavidus, عَجُلٌ festinans, يَقُظٌ vigilans. 2. substantiva, ut رَجُلٌ vir, سَبُعٌ leo, ضَبُعٌ hyaena, عَجُزٌ postica pars. Ab adiectivis haec forma ad substantiva translata esse videtur.

Forma فُعُلٌ ex rarioribus est, significatque item: 1. adiectiva qualitatis inhaerentis, ut جُنُبٌ peregrinus, قُتُلٌ sanguinarius; 2. res, ut عُنُقٌ collum, عُضُدٌ brachium. 3. infinitivos, ut رُحُمٌ clementia.

Formae femininae فَعُلَةٌ فُعُلَةٌ significant nomina feminina a masculinis فَعُلٌ فُعُلٌ ducta, ut سَبُعَةٌ leaena, ضَبُعَةٌ hyaena femina, جُنُبَةٌ res turpis, قُرُرَةٌ residuum iusculi. Porro فَعُلَةٌ infinitivos significat, ut صَدُقَةٌ dos, جُهَةٌ directio, quod pro وُجُهَةٌ ponitur, par. 497.

5. فَعَلَةٌ فَعَلٌ فَعِلَةٌ فَعِلٌ

661. Forma فِعِلٌ perrara est. Significat substantiva, ut إِبِلٌ camelorum grex, إِطِلٌ latus hominis, quae fortasse ex إِبْلٌ إِطْلٌ per diductionem orta sunt; par. 663. Exempla feminini فِعِلَةٌ non repperi.

662. Forma فَعِلٌ frequenter usurpatur, ac proprie pariter atque formae productiores فَاعِلٌ et فَعِيلٌ ad adiectiva intransitiva pertinet. Significat igitur: 1. adiectiva, ut خَشِنٌ asper, فَرِحٌ laetus. 2. res, ut رَحِمٌ uterus, كَتِفٌ scapula. 3. raro infinitivos, ut سَرِقٌ furtum, كَذِبٌ mendacium.

Forma فَعِلَةٌ significat: 1. adiectiva feminina a فَعِلٌ ducta, ut فَرِحَةٌ laeta, خَشِنَةٌ aspera. 2. raro infinitivos, ut سَرِقَةٌ furtum; par. 497.

663. Quod formas has diductiores, quae secundae radicali vocalem brevem indunt, adtinet, in universum adiici potest, substantiva multa et diductiori, et breviori, forma uti. Sic ponuntur; إِبِلٌ إِبْلٌ camelorum grex, ضِلَعٌ ضِلْعٌ costa, كَذِبٌ كِذْبٌ mendacium, عُنُقٌ عُنْقٌ عُنُقٌ collum, سَبُعٌ سَبْعٌ سُبْعٌ leo, فَخِذٌ فَخْذٌ فِخْذٌ فِخِذٌ femur, عَضُدٌ عَضْدٌ عُضْدٌ عُضُدٌ عَضِدٌ عِضْدٌ brachium; par. 206. 360. 639. Ewald gr. par. 240.

6. فَعَالٌ فِعَالٌ فُعَالٌ فَعَالَةٌ فِعَالَةٌ فُعَالَةٌ

664. Ad eas formas transimus, quae secundae radicali vocalem productam indunt. Quae formae vocali illa inserta primo infinitivos sive nomina abstractorum significant par. 431. 626. Ewaldus vocalem longam his formis inserendam primitus *ú* fuisse censet, e vocali *u* passiva ductam, sensim vero pro ea etiam vocales *í* atque *á* admissas esse; gr. ar. par. 241. 242.

Porro formae illae etiam adiectiva significant, adiectivis brevioribus فَعُلٌ فَعِلٌ فَعَلٌ sociae; Ewald gr. par. 244.

665. Itaque forma فَعَالٌ significat: 1. infinitivos intransitivos, ut سَلَامٌ salus, صَلَاحٌ integritas. 2. res, ut غَزَالٌ hinnulus, قَذَالٌ occiput. 3. adiectiva intransitiva, ut جَبَانٌ timidus, شَوَارٌ lenis.

Forma feminina فَعَالَةٌ significat item: 1. infinitivos verborum formae فَعُلَ intransitivorum, ut شَفَارَةٌ libido, صَبَاحَةٌ splendor, Sacy gr. tom. 1. par. 633. 2. nomina unitatis, ut سَحَابٌ nubes, سَحَابَةٌ nubes una, حَبَابٌ bullae, حَبَابَةٌ bulla una. 3. adiectiva, ut جَبَانَةٌ timida.

666. Forma فِعَالٌ significat: 1. infinitivos, ut حِبَابٌ amor, كِتَابٌ scriptura, par. 427. ac potissimum par. 433. infinitivos formae verborum tertiae; 2. res, ut ذِرَاعٌ brachium; 3. adiectiva, ut كِنَازٌ corpulentus.

Forma feminina رِسَالَةٌ infinitivos sive abstracta significat, ut رِسَالَةٌ missio, كِتَابَةٌ scriptio, par. 427. E quibus etiam *nomina dignitatum* sunt, ut اِمَارَةٌ principatus, خِلَافَةٌ chalifatus, وِزَارَةٌ wesîratus, a nominibus أَمِيرٌ princeps, خَلِيفَةٌ chalîfa, وَزِيرٌ wesîrus, ducta; Ewald gr. par. 242.

667. Forma فُعَالٌ significat: 1 infinitivos intransitivos, ut حُبَابٌ amor, ac potissimum morbos, ut سُعَالٌ tussis par. 427. porro clamores, ut نُعَابٌ crocitatio; par. 427; Sacy gr. tom. 1. par. 638. 693. 2. personas ac res, ut غُلَامٌ iuvenis, غُرَابٌ corvus, quae fortasse primitus adiectiva fuerunt; 3. adiectiva, ut شُجَاعٌ intrepidus, عُجَابٌ mirus.

668. Forma feminina فُعَالَةٌ significat: 1. infinitivos, ut يُقَاظَةٌ vigilantia. 2. nomina residui ac quisquiliarum, ut صُبَابَةٌ effusi liquoris residuum in vase, عُلَالَةٌ reliquiae rei, كُسَاحَةٌ purgamenta, quae scopis everruntur, قُصَابَةٌ resecta pars; Sacy gr. tom. 1. par. 693; 3. adiectiva, ut جُهَانَةٌ puella.

7. فَعِيلٌ فَعِيلَةٌ

669. Forma فَعِيلٌ significat: 1. *infinitivos* intransitivos, ut رَحِيلٌ profectio, نَعِيبٌ crocitatio, هَوِىٌّ casus, par. 427. 553; Sacy gr. tom. 1. par. 638; Ewald gr. par. 241. 2. *adiectiva*, ac potissimum intransitiva et passiva, ut جَمِيلٌ venustus, قَتِيلٌ occisus; Sacy gr. tom. 1. par. 738. 740; Ewald gr. par. 244. 3. *res*, ut قَضِيبٌ virga, رَغِيفٌ libum; quae proprie adiectiva esse, atque *abscissum*, *coactum*, significare videntur.

670. Forma فَعِيلَةٌ significat: 1. *infinitivos* sive abstracta, ut حَسِيفَةٌ ira, خَدِيعَةٌ fallacia, خَلِيقَةٌ indoles, شَكِيَّةٌ querimonia, Sacy gr. tom. 1. par. 628; Ewald par. 242. 2. *adiectiva* feminina, ut جَمِيلَةٌ venusta. 3. *res*, ut سَفِينَةٌ navis, أَبِيلَةٌ fascis; par. 640. art. 2. 5. Ewald par. 284.

Sunt, qui formam فَعِيلَةٌ primitus sola adiectiva feminina significasse perhibeant, igiturque, quemadmodum pro كَذُوبٌ *mendax* etiam كَذُوبَةٌ ponatur, sic pro خَلِيفٌ *posterior* etiam خَلِيفَةٌ *successor* poni; par. 672.

8. فَعُولٌ فَعُولَةٌ فُعُولٌ فُعُولَةٌ

671. Forma فَعُولٌ significat: 1. adiectiva intensiva, ut كَذُوبٌ mendax, عَبُوسٌ austerus. 2. substantiva, ut عَمُودٌ columna, عَرُوسٌ sponsus; quae primitus adiectiva fuisse videntur.

Praeterea فَعُولٌ in infinitivorum numero reponitur par. 425. Sacy par. 627. Ewald par. 276. Sed infinitivi huius formae vix, aut ne vix quidem, in libris adparent.

672. Forma فَعُولَةٌ significat: 1. adiectiva feminina, ut عَجُوزَةٌ vetula, عَلُوفَةٌ nutrita, عَرُوبَةٌ amatoria. 2. substantiva, ut عَلُوفَةٌ pabulum.

Adiectiva feminina formae فَعُولَةٌ tanquam nomina abstracta ad personas masculinas significandas traducuntur, ut كَذُوبَةٌ valde mendax, شَكُورَةٌ valde gratus; par. 640. art. 5.

673. Forma فُعُولٌ infinitivos, et maxime quidem verborum formae فَعَلَ intransitivorum, significat, ut جَلَسَ sedit, جُلُوسٌ sessio, مَضَى abiit, مُضِيٌّ abitus; par. 426. 553. Sacy par. 632.

Forma فُعُولَةٌ item infinitivos, et maxime quidem verborum formae فَعُلَ intransitivorum significat, ut خَشُنَ asper fuit, خُشُونَةٌ asperitas, دَنُوَ vilis fuit, دُنُوءَةٌ vilitas; par. 426; Sacy par. 633.

9. فَاعِلٌ فَاعِلَةٌ

674. Hae formae participia activa primae verborum formae significant, ut فَارِحٌ gavisus, فَارِحَةٌ gavisa; par. 441. 442. Atque a nominibus quoque

haec forma ducitur, ut تَمْرٌ dactyli, تَامِرٌ dactylos habens; Sacy par. 793. Ewald par. 245.

Forma feminina فَاعِلَةٌ traducitur: 1. ad abstracta, ut عَافِيَةٌ integritas, دَاهِيَةٌ calamitas. 2. ad personas masculinas, ut رَاوِيَةٌ narrator, دَاهِيَةٌ astutus; par. 640. art. 3. 5.

10. فَاعَلٌ فَاعُولٌ فَاعُولَةٌ

675. Forma فَاعَلٌ perrara est, neque ea nisi nomina peregrina induta sunt. Nam substantiva عَالَمٌ mundus, طَابَقٌ sartago, يَاسَمٌ iasminum, ab aramaeo עָלַם mundus, persico تَابَه sartago, et persico يَاسْمِين iasminum, ducta sunt; Ewald par. 246.

Forma فَاعُولٌ per productionem ex فَعُولٌ par. 671. orta significat adiectiva intensiva, ut جَاسُوسٌ explorator, نَاطُورٌ spectator, نَاطُورٌ spectabilis, نَاطُورَةٌ spectabilis, قَارُورَةٌ ampulla, بَالُوعَةٌ canalis. Quae partim substantiva sunt, ex adiectivis ficta.

11. فَيْعَلٌ فَيْعَالٌ فَيْعُولٌ فَوْعَلٌ فَوْعَلَةٌ

676. Quae nomina simplicia inter primam et secundam radicalem interponunt diphthongum, eae item adiectiva intensiva significant, ut غَيْلَمٌ vigens, صَيْخَادٌ durus, صَيْخُودٌ durus, بَوْلَعٌ helluo, قَوْصَرَةٌ canistrum. Quae solis fere poetis usitata sunt, atque etiam in numero pluri-litterorum reponuntur; par. 338. Ewald par. 283.

De infinitivo فَيْعَالٌ dictum est par. 433.

Caput tertium.

Nomina geminantia.

677. Nomina geminantia, quum quae secundam vel tertiam radicalem geminant, tum quae tertiam, interposita vocali, repetunt, vel secundam et tertiam repetunt, tantum non omnia sunt *adiectiva intensiva*, quae actionem continuo atque ex more peractam alicui tribuunt; par. 371. art. 2. Ewald par. 248. Forma فَعَّالٌ frequenter ponitur; rarius formae فُعَّلٌ فُعَّالٌ usurpantur. Ceterae formae geminatae solis fere poetis usitatae sunt.

1. *Nomina secundam radicalem geminantia.*

678. Formarum فَعَّلٌ فِعَّلٌ فُعَّلٌ فِعِّلٌ exempla sunt: بَقَّمٌ Bakkam, nomen ligni cuiusdam, شَمَّرٌ Schammar, i. e. velox, nomen equi cuiusdam, حِمَّصٌ ciceres, حِلِّزٌ pravus, زُمَّلٌ ignavus, زُمَّعٌ piger, قُبَّرَةٌ alauda, pro quo etiam قُنْبُرَةٌ ponitur, حِمِّصٌ ciceres, جِلِّقٌ frumentum, جِلِّقَةٌ vetula.

679. Formae فَعَّالٌ exempla sunt جَبَّانٌ valde timidus, كَذَّابٌ valde mendax, حَنَّانٌ clamosus, حَنَّانَةٌ clamosa, شَرَّابَةٌ funis.

Atque his nominibus artifices, opifices et operarii significantur, ut حَدَّادٌ faber ferrarius, نَجَّارٌ faber lignarius, مَلَّاحٌ nauta, جَزَّارٌ lanius, خَبَّازٌ pistor, بَزَّازٌ byssarius.

Formam femininam فَعَّالَةٌ ad personam masculinam traductam exhibet vocabulum عَلَّامَةٌ pereruditus; par. 640. art. 5. par. 674.

De infinitivo فَعَّالٌ dictum est par. 432.

680. Formae فُعَّالٌ exempla sunt زُمَّالٌ ignavus, حُدَّادٌ acutus. Formam فِعَّالٌ exhibet infinitivus كِذَّابٌ mendacium. Confer par. 432.

681. Formarum فِعِّيلٌ فُعُّولٌ فَعُّولٌ فِعْوَلٌ exempla sunt فِخِّيرٌ gloriabundus, قُدُّوسٌ sanctus, قَدُّوسٌ sanctus, عِجْوَلٌ properatus, cibus properanter comestus.

2. *Nomina tertiam radicalem geminantia.*

682. Etiam haec nomina proprie adiectiva intensiva significare, deinde vero ad substantiva quoque traduci videntur. Eorum exempla sunt جِرِبٌّ fraudulentus, جِرِبَّةٌ agmen, pro quo etiam جِرِنْبَةٌ ponitur, شِرِبَّةٌ herbosa, شِغِبٌّ rixator, خِضَمٌّ liberalis, صِفِتٌّ robustus, جِبِلٌّ agmen, جِبِلَّةٌ agmen, forma, عُتُلٌّ vorax, جُبُلٌّ agmen, جُبُلَّةٌ agmen, forma, خُضُمَّةٌ et خُضَمَّةٌ copia, حُزُقٌّ et حُزَقٌّ brevis; Ewald par. 249.

Nomina feminina ad personas masculinas translata par. 640. art. 5. sunt سِيفَنَّةٌ vorax, غَضُبَّةٌ غُضُبَّةٌ iracundus, ضُحُكَّةٌ multum ridens.

Ab قَتَلَ feriit, عَثَلَ copiosus fuit, ducta sunt قَتْوَلٌ lassus, عَثْوَلٌ copiosus, quae in plurilitterorum numero reponi possunt.

3. *Nomina cum vocali interposita radicalem repetentia.*

683. Secundam radicalem repetunt, quae ab عَثَلَ copiosus fuit, قَدَمَ antecessit, ducta sunt, nomina عَثَوْثَلٌ laxus, قُدَيْدِيمٌ paulo anterior; quod fortasse nomen قُدَّامٌ in forma deminutiva positum est. Porro secundam radicalem repetunt infinitivi ac participia formae verborum duodecimae par. 383. 450.

684. Tertiam radicalem repetunt نَعْتَتٌ generosus, سُودَدٌ dominium, صِنْدِدٌ princeps, سَقْدَدٌ gracilis, صِقْتِيتٌ robustus, صِنْدِيدٌ princeps, شَغْمُومٌ procerus, دُعْبُوبٌ agilis. Infinitivo فَعْلُولَةٌ nonnulla verba concava utuntur par. 428.

685. Secundam ac tertiam radicalem repetunt عَشَمْشَمٌ robustus, كُذُبْذُبٌ et كُذُّبْذُبٌ mendax; de quibus par. 339. art. 2. dictum est.

Caput quartum.

Nomina praefigentia.

686. Nomina praefigentia par. 622. art. 3. litteris radicalibus maxime litteras Elif, Mîm, Tâ, Jâ, eum in finem praefigunt, ut etiam his litteris additis certae quaedam significationum definitiones ac variationes indicentur; par. 354.

Praeterea participia et infinitivi a forma verborum septima, decimaque, ducti radici syllabas أَنْ *in* et مُنْ *mun*, أَسْتَ *ist* et مُسْتَ *must* praefigunt; par. 431.

1. *Nomina Elifum praefigentia.*

687. Forma أَفْعَلُ *adiectiva intensiva* significat. Quam radici praefigit, syllaba *a* idem fortasse extensionis signum est, quod forma verborum extensiva sive quarta radici praemittit, par. 354. 375. Sunt autem huius adiectivi intensivi, Arabibus usitatissimi, classes duae, quae sic distingui possunt:

1. forma أَفْعَلُ femininum فَعْلَآءُ fingens significat **adiectivum positivum**, et quidem qualitatem corpori inhaerentem, maxime colores ac deformitates, ut أَحْمَرُ rubicundus, أَسْوَدُ niger, أَصْفَرُ flavus, أَصْلَعُ calvus, أَعْوَرُ luscus, أَعْوَجُ curvus. Quorum feminina igitur sunt حَمْرَآءُ rubicunda, سَوْدَآءُ nigra, صَفْرَآءُ flava, صَلْعَآءُ calva, عَوْرَآءُ lusca, عَوْجَآءُ curva. Respondent his adiectivis verba formae nonae, undecimaeque; par. 380. 382. Ewald par. 251. 252.

2. forma أَفْعَلُ femininum فُعْلَى fingens significat **adiectivum comparativum**, sive qualitatem quamcunque, quum corporis, tum animi, intentius vel comparative indicandam, ut أَحْسَنُ pulchrior, أَكْبَرُ maior, أَصْغَرُ minor, أَجَلُّ insignior, أَعْلَى altior, أَطْوَلُ longior. Quorum feminina igitur sunt حُسْنَى كُبْرَى صُغْرَى جُلَّى عُلْيَا طُولَى.

Adiectivis his comparativis adiectiva positiva formarum variarum respondent, id est حَسَنٌ pulcher, كَبِيرٌ magnus, صَغِيرٌ parvus, جَلِيلٌ insignis, عَلِيٌّ altus, طَوِيلٌ longus. Adiectiva comparativa, quod *litteras* adtinet, ab ipsa radice ducuntur, et quidem a quacunque radice trilittera, exceptis iis, quae conditionem significant nullum incrementum admittentem, ut مَاتَ mortuus est, iisque, quae ipsam conditionem imperfecte tantum significant, ut كَانَ fuit, صَارَ factus est; par. 618; Sacy par. 746. Quod *significationes* adtinet, adiectiva comparativa significationem primae verbi formae, vel adiectivi cuiusdam positivi, respiciunt, ut جَمُلَ venustus fuit, جَمِيلٌ venustus, أَجْمَلُ venustior, شَعَرَ poeta fuit, شَاعِرٌ poeta, أَشْعَرُ illustrior poeta. Raro significatio adiectivi comparativi significationem alius formae verbi respicere videtur, quemadmodum ponuntur: أَبْقَى لِلْإِخَآءِ *magis conservans amicitiam,* هُوَ أَنْصَفُ مِنْهُ *is aequior illo est*, ubi adiectiva comparativa أَنْصَفُ أَبْقَى significationem formae quartae verborum بَقِيَ نَصَفَ respicere videntur; Kosegarten chrest. ar. pag. 153; Sacy anthol. pag. 96.

Ab adiectivis positivis formae أَفْعَلُ فَعْلَآءُ modo commemoratis, sive eorum radicibus, adiectiva comparativa formae أَفْعَلُ فُعْلَى non ducuntur, quia, quum أَحْمَرُ *rubicundum* significet, idem vocabulum *rubicundiorem*

significare nequit. Itaque adiectiva illa positiva in gradu comparativo ponenda significantur substantivo qualitatis, ut حُمْرَةٌ rubedo, et adiectivo comparativo quodam, quod significationem generaliorem habet, ut أَشَدُّ vehementior, praemisso. Ponitur igitur أَشَدُّ حُمْرَةً *vehementior rubedine*, sive: vehementior, quod rubedinem adtinet, i. e. rubicundior. Eodem modo ceterarum verbi formarum, quae praeter primam sunt, significationes in gradu comparativo cogitandae, significantur, ut عَلَّمَ instituit, مُعَلِّمٌ instituens, أَحْسَنُ تَعْلِيمًا melior, quod institutionem adtinet, i. e. melius instituens; Sacy par. 747. Interdum ipsa positiva formae أَفْعَلُ فَعْلَاءُ cum adiecta particulâ comparativa مِنْ *prae* gradum comparativum significant, ut أَسْوَدُ مِنَ ٱلظُّلَمِ *niger prae tenebris*, i. e. nigrior quam tenebrae; Sacy anthol. pag. 74. 75.

688. Substantiva pauca formarum أُفْعُلٌ إِفْعِلٌ إِفْعَلٌ أَفْعُلٌ أَفْعِلٌ أَفْعَلٌ huiusque generis aliarum exstant, quorum exempla sunt أَصْبُعٌ أَصْبِعٌ أَصْبَعٌ أُصْبُعٌ أُصْبِعٌ أُصْبَعٌ إِصْبُعٌ إِصْبِعٌ إِصْبَعٌ digitus, أَنْمُلَةٌ أَنْمِلَةٌ أَنْمَلَةٌ إِنْمَلَةٌ أُنْمُلَةٌ أُنْمِلَةٌ أُنْمَلَةٌ إِنْمُلَةٌ إِنْمِلَةٌ extremitas digiti, إِشْجَعٌ radix digiti, أَشُدٌّ أُشُدٌّ robur, إِكْبِرٌ cibus quidam.

Porro formae أُفْعُولٌ إِفْعِيلٌ إِفْعَالٌ finguntur, quae secundae radicali vocalem productam indunt. Quorum exempla sunt إِسْكَافٌ sutor, إِبْهَامٌ pollex, إِمْلِيسٌ nudus, إِمْلِيسَةٌ nuda, إِمْلِيصٌ celer, أُسْلُوبٌ modus, أُحْبُوشٌ turba mixta, أُصْبُوعٌ digitus, أُسْكُوفٌ sutor, أُحْبُوشَةٌ turba mixta, أُعْجُوبَةٌ miraculum, أُرْجُوزَةٌ carmen breve, أُحْدُوثَةٌ narratio, أُغْنِيَّةٌ cantilena, أُدْعُوَّةٌ quaestio, أُدْعِيَّةٌ quaestio; par. 269. Ewaldus ex forma فُعُولٌ abstractum significante prodiisse formam أُفْعُولَةٌ censet par. 243. Sic ex forma فَعِيلٌ adiectivum significante prodiisse forma إِفْعِيلٌ coniici potest.

Forma إِفْعَالٌ porro infinitivum formae verborum quartae significat, par. 434.

689. Nomina geminantia quoque nonnulla Elifam radicalibus praefigunt, ut أُحْزُقَّةٌ brevis, أُسْكُفٌّ palpebra inferior, أُسْكُفَّةٌ limen inferum, أَكْبَرَةٌ et أُكْبُرَّةٌ maior natu; confer par. 682.

690. Nomina pauca pronunciationis emolliendae causa Elifam tenuem sive weslatam radicalibus praefigunt; de quibus par. 168. art. 4. dictum est. Porro infinitivi nonnullarum verbi formarum Elifam illam tenuem praefigunt; par. 450.

2. *Nomina Mîmam praefigentia.*

691. Haec nomina significant actiones, maxime vero locos, tempora, instrumenta actionum, ac receptacula rerum; rarius, tropo quodam introducto, ad personas significandas traducuntur, par. 641. Participia vero, quae et ipsa Mîmam praefigunt, proprie personas significant; par. 441. Mîmam, quae praefigitur, e pronomine مَا *quod* sùmtam esse coniecerunt; par. 354.

692. Formae مَفْعَلٌ مَفْعَلَةٌ significant: 1. *actionem* sive infinitivum, ut مَقْتَلٌ occisio, مَقَالٌ dictio, مَحْيَا vita, مَقَالَةٌ dictio, مَشْوَرَةٌ deliberatio, مَأْدَبَةٌ convivium; par. 425. Sacy par. 627. Ewald par. 256. 276. 2. *nomen vasis* اِسْمُ ظَرْفٍ i. e. nomen, quod locum vel tempus actionis significat, ut مَكْتَبٌ locus scribendi, schola, مَرْعًى locus pascendi, pratum, مَقَامٌ statio, مَقْبَرَةٌ locus humandi, مَنَارَةٌ locus lucendi, lychnuchus, مَوْئِلَةٌ locus refugii. 3. *nomen abundantiae* اِسْمُ ٱلْكَثْرَةِ i. e. nomen, quod locum rei significat, sive locum, in quo res quaedam abundat, ut ذِئْبٌ lupus, مَذْأَبٌ et مَذْأَبَةٌ locus lupis abundans, قِثَّآءٌ cucumis, مَقْثَأَةٌ locus cucumeribus abundans. Si a nomine quadrilittero nomen abundantiae ducitur, tum quartam radicalem abiicere licet, quemadmodum ab عَقْرَبٌ *scorpio* ducitur مَعْقَرَةٌ *locus scorpionibus abundans*; Sacy par. 689. 690.

693. Formae مَفْعِلٌ مَفْعِلَةٌ مَفْعُلٌ مَفْعُلَةٌ significant: 1. *actionem*, ut مَنْطِقٌ sermo, مَكْبِرٌ grandaevitas, مَجِيءٌ adventus, quod pro مَجْيِئٌ ponitur, مَشِيئَةٌ voluntas, مَهْلِكَةٌ interitus, مَهْلُكٌ et مَهْلُكَةٌ interitus, مَأْدُبَةٌ convivium; par. 425. Sacy par. 627. 628. 671. 2. *nomen vasis*, ut مَجْلِسٌ

locus sedendi, consessus, مَسْجِدٌ locus adorandi, templum, مَشْرُقَةٌ locus apricus, مَشْرُقٌ locus orientis solis, مَقْبُرَةٌ locus humandi, مَشْرُقَةٌ locus apricus, مَقْثُوَةٌ locus cucumerum.

694. Formae مِفْعَلٌ مِفْعَلَةٌ مِفْعَالٌ significant: 1. *nomen instrumenti* اِسْمُ ٱلْآلَةِ ac rarius *nomen receptaculi* اِسْمُ ٱلْوِعَاءِ ut قَادَ duxit, مِقْوَدٌ instrumentum ducendi i. e. lorum, إِبْرَةٌ acus, مِئْبَرٌ receptaculum acuum sive pyxis, غَرَفَ hausit, مِغْرَفَةٌ instrumentum hauriendi i. e. cochlear, مِئْبَرَةٌ receptaculum acuum, فَتَحَ aperuit, مِفْتَاحٌ instrumentum aperiendi i. e. clavis, ذَكَرٌ mas, مِذْكَارٌ receptaculum marium i. e. femina plerumque masculam prolem edens; Sacy par. 691. Ewald par. 255. 2. *adiectiva* per tropum, par. 641. ut مِحْرَبٌ مِحْرَابٌ bellator; quae adiectiva tropica ad personas utriusque generis traducuntur, Sacy par. 813.

Adiectiva varios qualitatis gradus significantia sic enumerat Harîrius: فَاعِلٌ faciens semel, فَعَّالٌ faciens saepius, فَعُولٌ faciens fortiter, مِفْعَلٌ qui quasi instrumentum faciendi est, مِفْعَالٌ qui quiddam ex more facit; Sacy anthol. pag. 92.

Porro forma مِفْعَالٌ a verbis adsimilatis ducta significat *nomen vasis*, ut مِيلَادٌ tempus nascendi, dies natalis, وَعَدَ condixit, مِيعَادٌ tempus condictum. Atque nomen vasis vel receptaculi est مِشْرَاقٌ locus apricus, pro quo etiam مَشْرَاقٌ et مِشْرِيقٌ ponuntur.

695. Forma مِفْعِلٌ indutum est nomen vasis مَنْحِرٌ locus immolandi; Sacy par. 682. Forma مِفْعِيلٌ proprie fortasse ad instrumenta vel vasa spectat, iam vero adiectiva significat, ut مِسْكِينٌ pauperculus, مِسْكِينَةٌ paupercula, مِكْثِيرٌ multiloquus, مِنْطِيقٌ eloquens, مِشْرِيقٌ apricus; Sacy par. 744; Ewald par. 284.

Forma مُفْعُلٌ indutum esse dicitur nomen receptaculi مُحْلُبٌ mulctra; Ewald par. 255.

696. Formae مُفْعُلٌ et مُفْعُلَةٌ ex rarioribus sunt, ac plerumque nomen receptaculi, rarius nomen instrumenti, significant, ut دُهْنٌ unguen, مُدْهُنٌ

vas unguentarium, نَخَلَ cribravit, مُنْخُلٌ instrumentum cribrandi, cribrum. كُحْلٌ collyrium, مُكْحُلَةٌ receptaculum collyrii; Sacy par. 692; Ewald par. 255.

Pauca nomina formae مُفْعُولٌ exstant, ut مُغْلُوقٌ instrumentum claudendi, مُغْفُورٌ mel plantarum, مُغْرُودٌ tuber terrae; Ewald gr. vol. 1. pag. 388.

697. Porro participia praeter unum omnia Mîmam praefigunt, par. 441. Quae, quum activa, tum passiva, proprie personas sive adiectiva significant. Sed passiva nonnunquam ponuntur: 1. *pro infinitivo*, par. 439. 2. *pro nomine vasis*, ut مُصَلًّى locus orandi, مُتَوَضًّا locus lavandi, مُنْفَجَرٌ locus prodeundi, مُجْتَازٌ locus transeundi, مُقْتَتَلٌ locus proeliandi, مُنْصَرَفٌ tempus redeundi; Sacy par. 688. Ewald par. 267.

3. *Nomina Tâam* ت *praefigentia.*

698. Maior horum nominum pars, id est ea, quae aut litteram ة generis feminini signum radici addit, aut secundae radicali vocalem productam indit, actiones intensiores significat. Quae praefigitur littera Tâa, fortasse eadem est, quam verba extensa nonnulla radici praefigunt; par. 371. art. 3. par. 428. 432.

Formae femininae per tropum ad adiectiva traducuntur; par. 640. art. 5.

699. Formas تَفْعُلُ تَفْعِلُ تَفْعُلُ تُفَاعِلُ a futuris fortasse ductas, quae secundae radicali vocalem brevem indunt, tertiaque radicali clauduntur, nomina propria nonnulla exhibent, quae ex antiquioribus sunt; ut تَعْصُرُ Taassur, nomen viri, تَغْلِبُ Taglib, nomen tribus, تَمْلِكُ Tamlik, nomen feminae, تَزِيدُ Tesîd, nomen viri, تَنُوخُ Tenûch, nomen tribus, تَجُوبُ Tedschûb, nomen tribus, تُجِيبُ Tudschîb, nomen tribus, تُمَاضِرُ Tomâdhir, nomen feminae; Kâm. pag. 603. 136. 1380. 371. 318. 60. 61. 657. par. 795. Nomen تَنُوخُ ab تَنَخَ ductum esse censet Kâmûs.

Nomen formae تَفْعَلٌ est تَوْفَقٌ opportunitas, quod pro تَوْفَاقٌ ponitur; par. 701.

700. Formae تَفْعُلَةٌ تَفْعِلَةٌ تَفْعَلَةٌ significant infinitivum formae primae,

ut تَهْلُكَةٌ interitus, تَهْلِكَةٌ interitus, تَهْلُكَةٌ interitus, تَضُرَّةٌ ruina, تَضُرَّةٌ ruina, تَرْقُوَةٌ guttur; par. 425. Sacy par. 628.

Porro تَفْعِلَةٌ significat infinitivum formae secundae, ut تَسْمِيَةٌ nominatio, quod a سَمَّى *nominavit*, ductum est; par. 432. 555. Nomen proprium viri est تَوْسِعَةٌ Taussia, Kâm. pag. 677.

Formam femininam تَفْعِلَةٌ ad adiectivum masculinum traductam exhibet تَعْلِمَةٌ perdoctus.

701. Forma تَفْعَالٌ significat: 1. infinitivum formae primae, ut تَنْبَاحٌ latratus, تَوْفَاقٌ opportunitas. 2. infinitivum formae secundae, ut تَبْيَانٌ explicatio, perspicuitas; quod etiam infinitivus formae primae esse dicitur; par. 428. 432.

Forma تَفْعِيلٌ significat infinitivum formae secundae, ut تَجْنِيبٌ amotio; par. 432.

Forma تِفْعَالٌ significat infinitivum formae primae, ut تِيفَاقٌ opportunitas, تِلْقَآءٌ occursus. Infinitivum formae secundae esse dicunt تِبْيَانٌ explicatio, perspicuitas; par. 425. 432. Ad adiectiva masculina traducta sunt تِعْلَامَةٌ perdoctus, تِرْعَابَةٌ meticulosus.

Formam تِفْعِيلَةٌ exhibet تِرْعِيبَةٌ segmentum, quod a رَعَبَ vel رَعَّبَ *dissecuit* ductum est.

Formam تُفْعُولٌ significat infinitivum formae primae, ut تُهْلُوكٌ interitus.

Nomen geminans, cui Tâam praefixerunt, est تِكِذَّابٌ mendax; quod a forma verbi quinta تَكَذَّبَ ductum esse censet Ewaldus par. 280.

702. Porro Tâam ea nomina praefigunt, quae a forma octava nonnullorum verborum hamsatorum atque adsimilatorum ducuntur. Quemadmodum a وَكَأَ innisus est, وَقَى cavit, ducta sunt تُكَأَةٌ fulcimentum, تُقًى pietas; par. 602.

4. *Nomina Jâam praefigentia.*

703. Haec nomina, a tertia persona futuri fortasse ducta, proprie adiectiva significare videntur, quia et futurum Semitarum, et adiectivum,

significant conditionem manentem, nondum praeteritam, par. 393. Ita Hebraei quoque finxerunt nomina יָרִיב litigat i. e. litigator, יִצְהָר nitet i. e. oleum; Ewald gr. hebr. ed. sec. par. 337.

704. Formas يَفْعَلُ يَفْعُلُ يَفْعِلُ يُفْعَلُ يُفْعُلُ يِفْعِلُ vocalem brevem secundae radicali indentes adiectiva pauca, atque nomina propria nonnulla exhibent. Exempla sunt يَلْمَعٌ splendens, fulmen, يَرْمَعٌ tremens, turbo pueri, يَعْمَلٌ laboriosus, يَعْمَلَةٌ laboriosa, يَعْمُرُ Jaamur, nomen viri, يَعْمَرُ Jaamar, nomen viri, يَخْلُدُ Jachlud, nomen viri, يَحْمَدُ Jachmad, nomen viri, يُحْمِدُ Juchmid, nomen viri, يَغْنَمُ Jagnam, nomen viri, يَغْلِبُ Jaglib, nomen viri, يَعْلَى Jaala, nomen viri, يِعْلَى Jiila, nomen viri et feminae; Kâm. pag. 1601. 609. 844. 359. 1672. 136. 1920. Deminutivum est يُعَيْلَى Joaila, sive Jaaliolus, nomen viri.

705. Formae يَفْعِيلٌ يَفْعُولٌ vocalem productam secundae radicali indentes significant adiectiva, ut يَنْخُوبٌ timidus, يَافُوفٌ ignavus, يَنْفُورٌ fugax, يَنْبُوعٌ scaturiens, fons, يَعْلُولٌ adaquans, stagnum, يَعْمُورٌ hoedus, يَعْقِيدٌ coalescens, mel spissatum.

706. Nûnam radici praefigit نَخْوَرِشٌ scabens se, quod a خَرَشَ *scabit* ductum esse videtur; Kâmûs pag. 828.

Caput quintum.

Nomina suffigentia.

707. Nomina suffigentia, par. 622. art. 4. litteris radicalibus maxime terminationes femininas ـىٰ..... ـآءُ..... ـاةٌ..... ـوتٌ..... ـوَةٌ..... ـيتٌ..... ـيَةٌ..... ac terminationes masculinas ـانٌ..... ـونٌ..... ـينٌ..... atque denique terminationem ـيٌّ..... adiectivi relativi propriam suffigunt.

1. *Nomina syllabam* ـىٰ..... *suffigentia.*

708. Terminatio ـىٰ..... feminina, quae fortasse terminationi ـةٌ..... cognata est, par. 354. Ewald. par. 285. potissimum formis فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ suffigitur.

Forma فَعْلَى significat: 1. *infinitivum*, ut رَغْبَى propensio, نَجْوَى susurrus, vox submissa, par. 425. Sacy par. 627. 2. *adiectivum femininum*, a masculino فَعْلَانُ ductum, ut غَضْبَانُ iracundus, غَضْبَى iracunda, سَكْرَانُ ebrius, سَكْرَى ebria; par. 718.

Forma فِعْلَى significat infinitivum, ut بِيْسَى calamitas, ذِكْرَى memoria, ذِفْرَى fragrantia, pars cranii sudans; par. 425. Sacy par. 627.

Forma فُعْلَى significat: 1. *infinitivum*, ut بُوسَى calamitas, كُذْبَى mendacium, بُشْرَى laetus nuntius. 2. *adiectivum femininum*, a masculino comparativo أَفْعَلُ ductum, par. 687. art. 2. Igitur a masculinis أَكْبَرُ maior, أَصْغَرُ minor, ducuntur feminina كُبْرَى صُغْرَى. Quae adiectiva feminina in substantiva transire possunt. Sic أَجَلُّ جُلَّى primo significant *gravior*; deinde جُلَّى etiam significat *negotium gravius*.

Formas فَعَلَى et فُعَالَى exhibent nomina جَمَزَى currens, قُرَانَى socius.

709. Nomina geminantia, quae terminationem ىٰ..... sibi suffigunt, sunt infinitivi, ut دِلِّيلَى indicatio, خِّيرَى gloriatio, غُلُبَّى violentia, غِلِبَّى violentia.

Sacyus par. 628. etiam infinitivum دَلِيلَى adposuit. In Kâmûsso vero scriptum non invenitur, nisi دِلِّيلَى.

2. *Nomina syllabam* ٓاءٌ..... *suffigentia*.

716. Terminatio feminina ٓاءٌ..... cum terminatione ىٰ..... satis propinqua cognatione coniuncta esse videtur; unde fit, ut nonnulla nomina utramque terminationem recipiant, quemadmodum جُلَّى *negotium grave* et جُلَّاءٌ *negotium grave* Sûsen. ad Taraf. vers. 74. خِّيرَى *gloriatio* et خِّيرَآءٌ *gloriatio* ponuntur. Formae plures, quum simplices, tum geminatae, ut فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ فَعَلٌ فَاعِلٌ فُعُولٌ فَاعُولٌ فِعِّيلٌ مَفْعُولٌ aliaeque, terminationem ٓاءٌ..... sibi suffigunt, unde formae فَعْلَآءٌ فِعْلَآءٌ فُعْلَآءٌ فَعَلَآءٌ فَاعِلَآءٌ فُعُولَآءٌ فَاعُولَآءٌ فِعِّيلَآءٌ مَفْعُولَآءٌ existunt, quae potissimum adiectiva feminina, quae passim in substantiva abeunt, atque nomina abstracta significant.

711. Forma فَعْلَاءُ significat: 1. *infinitivum*, ut رَغْبَآءُ propensio. 2. *adiectivum femininum* a masculino positivo أَفْعَلُ ductum, par. 687. art. 1. Igitur a masculino أَزْرَقُ *caeruleus* ducitur femininum زَرْقَآءُ *caerulea*. Quae adiectiva saepe in substantiva abeunt, ut صَحْرَآءُ subalbida, rava, terra arida, عَذْرَآءُ casta, virgo, بَاسَآءُ calamitas.

712. Alias huius classis formas exhibent nomina سِعْلَاةُ lamia, حِرْبَآءُ chamaeleon, غُلَوَآءُ غَلْوَآءُ غُلْوَآءُ intemperies, جُلَّاءُ negotium grave, ثُلَاثَآءُ dies tertius septimanae, نَافِقَآءُ foramen, سُوَيْدَآءُ nigricans, عَرُوبَآءُ coelum septimum, تَاسُوعَآءُ dies nonus mensis, دَالُولَاءُ iocatio, سَارُورَآءُ laetitia, فُخَيْرَآءُ gloriatio, مَشْيُوخَآءُ senatus, senum coetus, مَكْبُورَآءُ granditas, grandium coetus, مَغْرُودَآءُ tuberum multitudo, terra tuberum ferax, فِيلٌ elephantus, مَفْيُولَآءُ elephanticulorum coetus.

713. Syllabam ....يَآءُ sibi suffigunt كِبْرِيَآءُ superbia, جِبْرِيَآءُ violentia, حِذْرِيَآءُ clivus; par. 717. Ewald gr. vol. 1. pag. 389.

3. *Nomina syllabas* ....اةٌ ....وتٌ ....وَى ....وَةٌ ....وَّةٌ ....يتٌ ....يَةٌ ....يَّةٌ ....اتٌ *suffigentia.*

714. Hae formae femininae, quibus sermo arabicus raro, aramaeus frequentius, utitur, maxime nomina abstracta significare videntur; Sacy gr. par. 610. Ewald gr. par. 265. Fürst gr. aram. par. 181.

715. Terminationem ....اةٌ radici suffigunt nomina عَرْقَاةٌ radix, سُلَحْفَاةٌ testudo, رَكْبَاةٌ vectaria camela. A quibus distinguenda sunt فَتَاةٌ puella, غَزَاةٌ incursio, huiusque generis alia, a radicibus defectivis ducta, quorum vocalis *-â* producta ipsam tertiam radicalem repraesentat; par. 262. art. 1. par. 293. art. 1. par. 659.

716. Terminationem ....وتٌ radici suffigunt مَلَكُوتٌ regnum, جَبَرُوتٌ potentia, رَغَبُوتٌ propensio, رَكَبُوتٌ vectaria camela. Quae terminatio passim in ....وَى excrescit, ut in جَبَرُوَى potentia, رَغَبُوَى propensio, رَكَبُوَى vectaria camela.

Terminationem ....وَةٌ pro illa substituunt مَلَكُوَةٌ regnum, عَرْقُوَةٌ lignum transversum, شُنْظُوَةٌ cacumen; terminationem ....وَةٌ vero جَبَرُوَةٌ et جَبَرُوَّةٌ potentia.

717. Terminationem ....يتٌ radici suffigunt nomina عِفْرِيتٌ vafer, daemon, كِبْرِيتٌ sulphur, عَرَبِيتٌ lingua arabica, Pococke specim. pag. 157.

Terminationem ....يَةٌ nomina satis multa accipiunt, ut حَذْرِيَةٌ clivus, رَفَاهِيَةٌ opulentia, عِفْرِيَةٌ vafer, هِبْرِيَةٌ flocci. Si Jâa huius terminationis geminatur, ut in جَبْرِيَّةٌ et جِبِرِّيَّةٌ potentia, tum haec forma cum adiectivo relativo feminino consentit; par. 726. 728.

Terminationem ....اتٌ radici suffigit عِفْرَاتٌ vafer. Quae terminatio eadem fortasse, quae ....اةٌ par. 715. est.

4. *Nomina syllabas* نِى *et* نِيَةٌ *suffigentia.*

718. Nomina pauca terminationibus ....ى et ....يَةٌ praemittunt Nûnam, ut كَفَرْنَى vilis, عَفَرْنَى robustus, عَفَرْنَاةٌ robusta, عِفْرِنِيَةٌ vafer, رَفَهْنِيَةٌ opulentia; par. 736.

5. *Nomina syllabas* ....انٌ ....ونٌ ....ينٌ *suffigentia.*

719. Hae formae quum infinitivos, sive nomina abstracta, tum adiectiva significant; Ewald gr. par. 258.

Itaque forma فَعْلَانٌ significat:

1. infinitivum par. 425. Sacy gr. par. 627. ut سَلْوَانٌ tranquillitas. Sed perrara haec infinitivi forma est. Pro طَوْفَانٌ circuitio, Ewald par. 258. ac جَوْلَانٌ discursus, Harîr. ed. Sacy pag. 579. ab Fîrûsâbâdensi non ponuntur nisi طَوَفَانٌ جَوَلَانٌ.

2. adiectivum, ut نَدْمَانٌ نَدْمَانَةٌ queribundus, queribunda. Quae vero huius classis adiectiva secundam declinationem sequuntur, ea feminino فَعْلَى utuntur, par. 708. Ponuntur igitur غَضْبَانُ غَضْبَى iracundus, iracunda. Nonnulla huius formae adiectiva utroque feminino utuntur, ut فَرْحَانٌ فَرْحَى فَرْحَانَةٌ laetus, laeta; Sacy par. 811. 912.

Syllabam ـَنٌ..... radici suffigit nomen ضَيْفَنٌ convivae comes.

720. Forma فُعْلَانٌ significat: 1. *infinitivum*, maximeque intransitivum, ut سُلْطَانٌ potestas, غُلْوَانٌ intemperies. 2. *adiectivum*, ut عُرْيَانٌ عُرْيَانَةٌ nudus, nuda; Sacy par. 811.

Forma فِعْلَانٌ significat infinitivum, ut كِتْمَانٌ occultatio, عِرْفَانٌ cognitio. Vocabulum جِرْبَانٌ *balteus* idem fortasse est, quod persicum كريبان *collare*.

721. Porro sunt formae huius classis diductiores, quae secundae radicali vocalem brevem indunt. Forma فَعَلَانٌ significat: 1. *infinitivos*, et maxime quidem a verbis motionum par. 427, atque a verbis concavis, defectivisque ductos, ut خَفَقَانٌ palpitatio, طَيَرَانٌ volatus, غَلَيَانٌ bullitus, طَلَوَانٌ cunctatio. 2. *adiectiva*, ut حَيَوَانٌ animal, سَلَطَانَةٌ imperiosa.

Alias id genus formas diductiores exhibent nomina سُلُطَانٌ potestas, ظَرِبَانٌ viverra, حُيَكَانَةٌ superba; سلطَانَةٌ imperiosa.

722. Nomina geminantia plura terminationem ـَانٌ..... sibi suffigunt, ut عِرِفَّانٌ cognitio, صِفِتَّانٌ robustus, جِرِبَّانَةٌ malitiosa, فِرِكَّانٌ odium, كِذِبْذِبَانٌ permendax.

723. Nomina praefigentia, quae terminationem ـَانٌ..... sibi suffigunt, sunt إِضْحِيَانَةٌ serena nox, أُقْحُوَانٌ anthemis, مَكْرَمَانٌ generosus, مَكْذَبَانٌ et مَكْذَبَانَةٌ fraudulentus.

724. Perrara sunt nomina syllabas ـُونٌ..... ـِينٌ..... sibi suffigentia. Quorum exempla praebent هَلَكُونٌ et هُلَكُونٌ mortifer, صَيْخَادٌ durus, صيخَدُونٌ durities, ضَيْفُونٌ Daifûn, nomen viri, حَلَزُونٌ aram. חִלָּזוֹן limax, عَرَبُونٌ et عُرْبُونٌ hebr. עֵרָבוֹן pignus, سِكِّينٌ et سِكِّينَةٌ culter, quod a سَكَّ *resecuit* ductum est, هَلَكِينٌ mortifer, كِفِرِّينٌ vafer, عِفْرِينٌ strenuus. Maior horum nominum pars secundam declinationem sequi videtur.

6. *Nomina Mîmam suffigentia.*

725. Nomina perpauca litteram Mîm, sonum mollem labialem, sibi suffigunt. Pro فُو vel فٌ hebr. פֶּה *os*, *oris*, ponitur فُمٌ vel فَمٌ. Pro

أَبْنٌ *filius* a poetis interdum أَبْنُمٌ ponitur; Sacy gramm. par. 613. 902. Ewald par. 413. 442. Pro أَللّٰهُ *o deus!* in casu vocativo ponitur أَللّٰهُمَّ *o deus!*

Quodammodo his cognata sunt quadrilittera, quae Mîmam quasi quartam radicalem addunt; quemadmodum a قَرِدَ obmutuit, سَلَقَ frenduit, ducuntur قُرْدُمٌ obmutescens, سَلْقَمٌ frendens; par. 338.

De nominibus Hêam suffigentibus dictum est par. 649.

7. *Nomina syllabam* ـِيٌّ..... *suffigentia.*

726. Haec nomina sunt gentilitia, sive adiectiva relativa, a nomine alio, quod primigenium vocare possumus, ducta, atque in utrumque genus flexa. Est igitur nomen gentilitium, quod Arabes نِسْبَةٌ *gentilitatem, relationem,* vel أَسْمٌ مَنْسُوبٌ *nomen relatum* vocant, ex vocabulis secundariis par. 363. art. 1. E nomine primigenio gentilitium ita fingitur, ut primigenium extremam vocalem pellat, atque pro ea syllabam ـِيٌّ..... substituat. Sic ab مِصْرُ Aegyptus, ducuntur مِصْرِيٌّ aegyptius, مِصْرِيَّةٌ aegyptia. Extrema vocalis nominis primigenii ideo pellitur, quia ipsius concursus cum prima vocali terminationis ـِيٌّ..... tolerari nequit.

Si nomen primigenium terminatione feminina ـَةٌ..... clauditur, gentilitium pro ea solitam syllabam ـِيٌّ..... substituit. Igitur a مَكَّةُ Mekka, ducuntur مَكِّيٌّ Mekkanus, مَكِّيَّةٌ Mekkana. Nam illorum nominum femininorum terminatio primitiva syllaba *ah* fuisse videtur, quam sermo hebraeus retinuit, par. 31. 66. igiturque extrema illorum nominum vocalis *a* illa fuit, quae litteram ة praecedit, ab accedente terminatione ـِيٌّ..... vero pellitur.

A nomine خَلِيفَةٌ *chalifa* ducitur etiam خَلِيفَتِيٌّ *chalificus;* Kosegarten chrest. arab. pag. 12.

727. Primitiva syllabae ـِيٌّ..... forma ea, qua Hebraei utuntur, id est ـِي..... *î* fuisse videtur. Sed Arabes, quum ex ipsorum linguae ingenio ad finem nominum vocalem brevem adiicerent, syllabas *îun* in *ijjun* converterunt; par. 217. art. 2. par. 221. 239. 301. Poetas Arabes metri servandi causa interdum simpliciorem illam formam admittunt; quemadmodum pro يَمَانِيٌّ

iemenicus ab El machsûmio يَمَانٍ positum est; Sacy anthol. pag. 140. Ewald par. 259.

728. Gentilitia feminina saepius ad significanda *nomina abstracta* traducuntur; par. 640. art. 3. Sic ab جَاهِلٌ rudis, كَيْفَ quomodo, اِسْمٌ nomen, ducta sunt جَاهِلِيَّةٌ ruditas, paganitas, كَيْفِيَّةٌ quomoditas, qualitas, اِسْمِيَّةٌ nominalitas, natura nominis; Sacy par. 694. 796. Ewald par. 265. Atque ita gentilitia feminina etiam ad significanda *pluralia* traducuntur, ut حَرَامِيَّةٌ latrones; par. 640. art. 4. Sacy par. 883.

729. Ducuntur vero nomina gentilitia:

1. plerumque a substantivo singulari, ut بَحْرٌ mare, بَحْرِيٌّ marinus, فِضَّةٌ argentum, فِضِّيٌّ argenteus.

2. rarius a substantivo plurali, ut كُتُبٌ libri, كُتُبِيٌّ librarius, أَنْصَارٌ auxiliares, أَنْصَارِيٌّ auxiliarius.

3. raro ab adiectivo, ut أَوَّلُ prior, أَوَّلِيٌّ primitivus, جَاهِلٌ rudis, جَاهِلِيَّةٌ ruditas; maior vero adiectivorum, a quibus gentilitia ducuntur, pars vicem substantivorum explet, ut اَلنَّاصِرُ Ennâssir, nomen viri, اَلنَّاصِرِيُّ Nâssirianus, qui ex clientibus Ennâssiri est.

4. raro a particulis, ut كَمْ quantum? كَمِّيٌّ quantus? كَمِّيَّةٌ quantitas.

5. rarissime a quadam verbi persona, ut كُنْتُ fui, كُنْتِيٌّ fuicus, qui iam dicit: fui, i. e. senex.

a. Gentilitia nomen primigenium non mutantia.

730. Maior gentilitiorum pars omnes consonantes vocalesque nominis primigenii retinet, excepta extrema vocali; par. 726. Quod tum potissimum fit, si nomen primigenium consonanti firma clauditur. Itaque nomina جَبَلٌ mons, اَلْعَرَبُ Arabes, اَلْعَبَّاسُ El abbâs, pariunt gentilitia جَبَلِيٌّ montanus, عَرَبِيٌّ arabicus, عَبَّاسِيٌّ Abbâssida.

Nonnulla vero gentilitia formam primigenii quodammodo mutatam reddunt. Quod ea potissimum faciunt, quae ducuntur a nomine primigenio, quod consonanti infirma, id est Elifa, vel Wâwa, vel Jâa, clauditur; par. 80. 207. 336. 742. De quibus gentilitiis iam dicendum est.

b. Gentilitia aliquam nominis primigenii vocalem mutantia.

731. Nomen primigenium a *radice trilittera* ductum, quod secundae radicali Kesram indit, ut مَلِكٌ rex, دُئِلٌ Duil, تَغْلِبُ Taglib, ٱلْمَغْرِبُ Mauritania, gentilitium parit, quod Kesram illam in Fatcham convertit, ut terminatio ...ىٌّ distinctius proferri possit. Itaque ab illis nominibus ducuntur gentilitia مَلَكِىٌّ regius, دُؤَلِىٌّ Duilita, تَغْلَبِىٌّ Taglibita, مَغْرَبِىٌّ Mauritanus.

Sed primigenia فِعْلٌ et فِعِلٌ gentilitium pariunt, quod secundae radicali quum Fatcham, tum Kesram, tribuere potest. Quemadmodum ab إِبِلٌ cameli, عِنَبٌ uvae, ducuntur إِبَلِىٌّ إِبِلِىٌّ عِنَبِىٌّ عِنِبِىٌّ. Porro primigenia, quae primae radicali vocalem productam tribuunt, vel supra litteras quattuor habent, ut ٱلنَّاصِرُ Ennâssir, فَاطِمَةُ Fâtima, ٱلْمُسْتَنْصِرُ El mostanssir, gentilitium pariunt, quod Kesram secundae radicalis retinet, ut ٱلنَّاصِرِىُّ Nâssirianus, فَاطِمِىٌّ Fâtimida, ٱلْمُسْتَنْصِرِىُّ Mostanssirianus.

Primigenium a radice quadrilittera ductum, quod radicali tertiae Kesram tribuit, ut عَرْجِسٌ Ardschis, gentilitium parit, quod plerumque Kesram illam retinet, ut عَرْجِسِىٌّ Ardschisanus.

732. Primigenia فَعِيلٌ et فُعَيْلٌ gentilitium pariunt, quod plerumque secundae radicali Fatcham tribuit. Quemadmodum ab ٱلْمَسِيحُ Messias, ٱلْمَدِينَةُ El medîna, قُرَيْشٌ Koraisch, جُهَيْنَةُ Dschoheina, ducuntur gentilitia مَسَحِىٌّ Messianus, مَدَنِىٌّ Medînensis, قُرَشِىٌّ Koraischita, جُهَنِىٌّ Dschoheinita.

Nonnulla vero harum classium primigenia etiam alia gentilitia pariunt, quae omnes primigenii vocales retinent. Sic ab ٱلْمَسِيحُ et قُرَيْشٌ etiam gentilitia مَسِيحِىٌّ Messianus, قُرَيْشِىٌّ Koraischita, ducuntur.

Primigenium فَعِيلٌ a radice surda, vel concava, ductum parit gentilitium, quod Kesram productam secundae radicalis retinet. Quemadmodum ab حَدِيدٌ ferrum, طَوِيلٌ longus, ducuntur gentilitia حَدِيدِىٌّ ferreus, طَوِيلِىٌّ oblongus.

Primigenium, quod forma accusativi dualis indutum est, ut أَلْبَحْرَيْنِ El bachrein, gentilitium parit, quod pro diphthongo *ai* substituit *â* productam, id est بَحْرَانِيٌّ Bachreinensis.

733. Primigenium, quod extremae radicali praemittit Jâam geminatam kesratam, ut سَيِّدٌ dominus, غُرَيِّلٌ hinniolus, gentilitium parit, quod Jâam illam geminatam kesratam in diphthongum *ai* solvit. Igitur ab illis primigeniis gentilitia سَيْدِيٌّ غُرَيْلِيٌّ ducuntur.

Nomen طَيِّئٌ sive طَيٌّ *Tajj*, quod tribum quandam Arabum illustrem significat, gentilitium anomalum طَائِيٌّ *Tajjita* parit. Pro diphthongo *ai*, quae ponenda fuisset, vocalem *â* productam substituerunt.

734. Praeterea nonnulla primigenia gentilitium pariunt, quod primigenii vocales modo insolito mutat. Quae primigenia partim vero etiam gentilitiis solito modo fictis utuntur. Exempla sunt:

أَلرَّبِيعُ ver. رِبْعِيٌّ vernus. سَهْلٌ planum. سُهْلِيٌّ planarius.

أُفُقٌ regio. أُفُقِيٌّ أَفَقِيٌّ regionarius.

أَلْحِيرَةُ El hîra. حَارِيٌّ حِيرِيٌّ Hîrensis.

بَدَاوَةٌ campus. بَدَوِيٌّ بَدَاوِيٌّ campestris. Kâm.

جَذِيمَةُ Dschesîma. جُذَمِيٌّ جَذَمِيٌّ Dschesîmita Kâm.

أَلْيَمَنُ Jemena. يَمَنِيٌّ يَمَانٍ يَمَانِيٌّ أَلْيَمَانِي Jemenensis.

أَلشَّأْمُ Syria. شَأْمِيٌّ شَآمِيٌّ شَآمٍ أَلشَّآمِي Syrus.

A nominibus رَأْسٌ caput, شَفَةٌ labium, أَيْرٌ veretrum, ducta sunt gentilitia رُؤَاسِيٌّ capito, شُفَاهِيٌّ labio, أُيَارِيٌّ magno veretro praeditus.

c. Gentilitia nomen primigenium augentia et decurtantia.

735. Particulae bilitterae, ut كَمْ *quantum?* لِمَ *cur?* gentilitia pariunt, quibus extremam particulae consonantem geminare licet. Igitur ponuntur كَمِيٌّ et كَمِّيٌّ *quantus?* لِمِيٌّ et لِمِّيٌّ *interrogativus.* A parti-

culis لَا *non*, مَا *quid*, فِى *in*, لَوْ *si*, gentilitia لَوِيٌّ فِيوِيٌّ مَاوِيٌّ لَاوِيٌّ et لَوَّيٌّ ducuntur. Quae de his gentilitiis Sacyus par. 792. exponit, conferenda sunt cum iis, quae ex Essafadio sumta traduntur in censura grammaticae Sacyanae, ephemer. litterar. Halens. decembr. 1835.

736. Nomina nonnulla pariunt gentilitia, quae modo aramaeo terminationem auctam ....انِىٌّ sibi adsciscunt. Quemadmodum a جِسْمٌ corpus, رُوحٌ spiritus, نُورٌ lumen, ducuntur جِسْمَانِىٌّ corporeus, رُوحَانِىٌّ spiritalis, نُورَانِىٌّ luminosus. Quae gentilitia tum potissimum ponuntur, si sententiae sub iis subiiciuntur tropicae vel philosophicae. Significationes propriae vel simplices gentilitiis جِسْمِىٌّ رُوحِىٌّ نُورِىٌّ demonstrantur; Sacy par. 788.

Nomina propria quoque, quae in ....آءُ exeunt, gentilitia pariunt, terminationem auctam ....انِىٌّ sibi adsciscentia, ut صَنْعَآءُ Sanâa, صَنْعَانِىٌّ Sanâensis, بَهْرَآءُ Behrâa, بَهْرَانِىٌّ et بَهْرَاوِىٌّ Behrâensis.

737. A nominibus urbium persicarum رَىٌّ Rei, مَرْوُ Merw, هَرَاةُ Herât, ducuntur gentilitia homines significantia, modo persico ficta رَازِىٌّ Reiensis, مَرْوَزِىٌّ Merwensis, هَرَوِىٌّ Herâtensis; atque gentilitia res significantia مَرْوِىٌّ Merwicus, هَرَوِىٌّ Herâticus.

738. Nomina peregrina longiora plerumque decurtantur si gentilitium ab iis ducitur. Sic ab طَبَرِسْتَانُ Tabaristân, نَصِيبِينَ Nesibis, قِنَّسْرِينَ Kinnasrîn, ducuntur طَبَرِىٌّ نَصِيبِىٌّ قِنَّسْرِىٌّ atque etiam نَصِيبِينِىٌّ قِنَّسْرِينِىٌّ.

d. Gentilitia a nominibus propriis plurivocabulis ducta.

739. Nomina propria, quae vocabula plura continent, gentilitium fingere possunt modis variis. Qui quidem hi sunt:

1. gentilitium a vocabulo primo duci potest, ut عَبْدُ ٱلْقَيْسِ Abd el kais, nomen tribus arabicae, عَبْدِىٌّ Abdelkaissita. Hoc modo gentilitium semper ea fingunt, quorum vocabulum secundum est ٱلدِّينُ *religio* in nominibus permultis extans, ut حُسَامُ ٱلدِّينِ Hussâm eddîn, i. e. gladius religionis, a quo ducitur ٱلْحُسَامِىُّ Hussâmeddinianus, Hossâm

eddîni cliens. par. 821. Porro hoc modo gentilitium semper ea fingunt, quae اسْنَادِيٌّ *constructa* sunt, i. e. propositionem integram exprimunt, ut تَأَبَّطَ شَرًّا Taabbata scharran i. e. portat malum, cognomen poetae Arabis, تَأَبَّطِيٌّ Taabbatascharrianus.

2. gentilitium a vocabulo secundo duci potest, ut عَبْدُ مَنَافٍ Abd menâf, nomen tribus arabicae, مَنَافِيٌّ Abdmenâfita. Hoc modo gentilitium semper ea fingunt, quorum vocabula prima sunt أَبٌ أَبْنٌ أَبْنَةٌ in nominibus paene innumeris exstantia, ut أَبُو بَكْرٍ Abu bekr et أَبْنُ الزُّبَيْرِ Ebn essobeir, a quibus ducuntur بَكْرِيٌّ Abubekrianus, زُبَيْرِيٌّ Ebnessobeirianus.

3. rarius primigenii vocabula gentilitium in nomen quadriliterum ita contrahit, ut ex utroque vocabulo duae litterae retineantur, ut عَبْدُ شَمْسٍ Abd schems, nomen tribus arabicae, عَبْشَمِيٌّ Abdschemssita, تَيْمُ ٱللَّاتِ Teim ellât, nomen tribus arabicae, تَيْمَلِيٌّ Teimellâtita.

740. Nomen proprium, cuius vocabula ita intime coaluerunt, ut ipsa iam unum quasi vocabulum efficiant, quod ab Arabibus مُرَكَّبٌ مَزْجِيٌّ *compositum mixtum* vocatur, ut بَعْلُ بَكّ sive بَعْلَبَكّ Baalbek, حَضْرَمَوْتُ Hadramaut, plerumque a primo vocabulo gentilitium ducit, ut بَعْلِيٌّ Baalbekensis, حَضْرِيٌّ Hadramautensis. Sed ponuntur etiam بَكِّيٌّ et بَعْلَبَكِّيٌّ et بَعْلِيٌّ بَكِّيٌّ atque حَضْرَمَوْتِيٌّ et حَضْرَمِيٌّ. Dirhemus, cui verba مَعْ مَعْ inscripta sunt, vocatur مَعْمَعِيٌّ Maamaïcus; Kâm. pag. 1093.

741. Nonnulla nomina propria plurivocabula gentilitiis pluribus utuntur. Ita عَبْدُ شَمْسٍ uti dicitur gentilitiis tribus, quae sunt عَبْدِيٌّ عَبْشَمِيٌّ شَمْسِيٌّ Abdelkaissita, Sacy par. 789. Ab أَمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ Emrul kais, ducuntur مَرْئِيٌّ et مَرْقَسِيٌّ Emrulkaissita; Kâm. pag. 794.

e. Gentilitia a nominibus, quae litteris ا و ى clauduntur, ducta.

742. Haec nomina, si vocalis eorum extrema radicalem extremam absorbet, quemadmodum hoc in nominibus ٱلْعَصَا baculus, ٱلْقَاضِي iudex,

fit, gentilitia pariunt, quae terminationem nominis primigenii mutant, ne vocalis extrema primigenii cum Kesra syllabae ِيّ..... concurrat. Quae mutatio duplici modo fit:

1. pleraque gentilitia extremam radicalem in consonantem Wâwam convertunt, cui Fatcha praemittitur, ut عَصَوِيٌّ bacularius; par. 217. art. 3.

2. nonnulla gentilitia extremam primigenii vocalem, quae extremam radicalem absorbuit, pellunt, قَاضِيٌّ iudicialis; par. 217. art. 4.

Si vero in nomine primigenio extrema radicalis munere consonantis fungitur, ut in nominibus مَرْوٌ Merwa, جَوٌّ aer, tum gentilitia iusto modo finguntur, i. e. مَرْوِيٌّ Merwicus, جَوِّيٌّ aerius; Ewald par. 418.

743. Itaque nomen formae فَعْلٌ a radice defectiva ductum, ut نَحْوٌ grammatica, ظَبْيٌ cervus, gentilitium iusto modo fingit, i. e. نَحْوِيٌّ grammaticus, ظَبْيِيٌّ cervinus.

Sed nomina feminina, ut غَزْوَةٌ expeditio, ظَبْيَةٌ cerva, plerumque gentilitium sic fingunt, ut par. 742. art. 1. expositum est, i. e. غَزَوِيٌّ expeditionalis, ظَبَوِيٌّ cervinus.

744. Nomen formae فَعْلٌ a radice infirmiori ductum, quae duas Wâwas continet, ut بَوٌّ stultus, كُوَّةٌ fenestra, gentilitium iusto modo fingit, i. e. بَوِّيٌّ stolidus, كُوِّيٌّ fenestralis.

Si vero radix primitus Jâam et Wâwam continuit, ut حَيِوَ vixit, tum gentilitium secundam radicalem restituit fatchatam; igitur ab حَيٌّ tribus, ducitur حَيَوِيٌّ vel حَيَيِيٌّ tribulis. A feminino حَيَّةٌ serpens, ducitur حَيَوِيٌّ serpentinus.

Si radix primitus Wâwam et Jâam continuit, ut طَوَى complicuit, tum gentilitium secundam radicalem restituit fatchatam, tertiam vero in Wâwam convertit; igitur ab طَيٌّ plicatura, ducitur طَوَوِيٌّ plicatilis; par. 657.

745. Nomen formae فَعَلٌ a radice defectiva ductum, ut عَصًا baculus, فَتًى iuvenis, gentilitium sic fingit, ut par. 742. art. 1. expositum est, i. e. عَصَوِيٌّ bacularius, فَتَوِيٌّ iuvenilis.

Sic etiam nomen formae مَفْعَلٌ a radice defectiva ductum, ut مَعْنًى significatio, gentilitium fingit, i. e. مَعْنَوِيٌّ significativus. Pro quo rarius مَعْنِيٌّ ponitur, quod eo modo, qui par. 742. art. 2. expositus est, finxerunt.

Si nomen primigenium, tertiae radicali Fatcham indens, supra litteras quattuor habet, ut بُخَارَا Bochâra, ٱلْمُصْطَفَى El mustafa, tum gentilitium extremam primigenii vocalem pellit; par. 742. art. 2. Finguntur igitur بُخَارِيٌّ Bochârensis, مُصْطَفِيٌّ Mustafianus.

746. Nomina formarum فُعْلَى فِعْلَى فَعْلَى ut قُرْبَى cognatio, دُنْيَا mundus, gentilitium utroque modo par. 742. art. 1. 2. fingunt. Ducuntur ab iis قُرْبِيٌّ cognatus, دُنْيِيٌّ mundanus, atque etiam قُرْبَاوِيٌّ دُنْيَاوِيٌّ دُنْيَوِيٌّ.

Nomen formae فَعَلَى ut جَمَزَى currens, gentilitium parit, quod extremam illius vocalem pellit, i. e. جَمَزِيٌّ cursorius.

747. Nomina formarum فُعَالٌ فِعَالٌ فَعَالٌ a radicibus defectivis ducta, ut سَمَآءٌ coelum, gentilitium pariunt aut iusto modo fictum, i. e. سَمَآئِيٌّ coelestis, aut pro tertia radicali Wâwam ponens, i. e. سَمَاوِيٌّ coelestis.

Nomen formae فَعْلَآءُ parit gentilitium Wâwam pro Elifa hamsata ponens. Igitur ab عَذْرَآءُ virgo, حَمْرَآءُ rubra, ducuntur عَذْرَاوِيٌّ virginalis, حَمْرَاوِيٌّ rubicundus, pro quo rarius حَمْرَآئِيٌّ ponitur. A بَهْرَآءُ Behrâ, nomine tribus arabicae, ducuntur بَهْرَاوِيٌّ et بَهْرَانِيٌّ Behrita. Nomen longius, ut جَلُولَآءُ Dschelûlâa, nomen oppidi Bagdâdensis, gentilitium parit, quod terminationem ...َآءُ pellit, i. e. جَلُولِيٌّ Dschelûlensis.

748. Nomen formae فَعُولٌ vel فَعِيلٌ a radice defectiva ductum, ut عَدُوٌّ hostis, عَلِيٌّ Ali, gentilitium parit, quod secundae radicali Fatcham indit, pro tertia radicali vero Wâwam ponit; par. 742. art. 1. Finguntur igitur عَدَوِيٌّ hostilis, عَلَوِيٌّ Alida. Nonnulli ab عَدُوٌّ ducendum esse عَدُوِّيٌّ censent. Ab شَنُوءَةُ *Schenûa* ducitur شَنَآئِيٌّ Schenûita. Quod nomen si in شَنُوَّةُ Schenuwwa par. 239. contrahitur, ab eo ducitur شَنَوِيٌّ Schenuwwida.

A nomine forma deminutiva فُعَيْلَةٌ induto, id est أُمَيَّةُ Omajja, ducuntur أُمَوِيٌّ أُمَوِيٌّ أُمَيِّيٌّ أُمَيْيِيٌّ Omajjida.

749. Nomina formae فُعْلٌ ceteraque, quae tres litteras continent, a radicibus defectivis ducta, ut عَمِيٌّ sive عَمٍ caecus, gentilitium pariunt, quod secundae radicali Fatcham tribuit, pro tertia radicali vero Wâwam ponit; par. 742. art. 1. Igitur ab عَمٍ ducitur عَمَوِيٌّ insipiens.

Nomina formarum مُفْعِلٌ فَاعِلٌ ceteraque, quae quattuor litteras continent, a radicibus defectivis ducta, *secundae radicali Kesram tribuentia*, ut قَاضِي sive قَاضٍ iudex, eodem modo, quo فَعِلٌ utitur, gentilitium fingunt, i. e. قَاضَوِيٌّ iudicialis, atque porro etiam sic, ut extrema radicalis pellatur, i. e. قَاضِيٌّ iudicialis; par. 742. art. 2.

Quae nomina huius generis, id est *secundae radicali Kesram tribuentia*, supra litteras quattuor continent, ut أَلْمُسْتَكْفِي El mostakfi, ea gentilitium pariunt, quod tertiam radicalem pellit, i. e. مُسْتَكْفِيٌّ Mostakfianus.

750. Quae nomina in ـِيٌّ..... exeunt, supra litteras tres continentia, ut أَلشَّافِعِيُّ Esschâfei, أَلْمَهْدِيُّ El mahdi, ea gentilitium pariunt, quod a nomine primigenio haud diversum est. Ponuntur igitur أَلشَّافِعِيُّ Schafeïta, أَلْمَهْدِيُّ Mahdianus.

751. Quae nomina formarum فَعْلٌ فَعَلَةٌ tertiam radicalem abiecisse existimantur, par. 647. 656. ut أَبٌ pater, أَخٌ frater, دَمٌ sanguis, أَمَةٌ ancilla, ea gentilitium pariunt, quod pro tertia radicali Wâwam restituit, ut أَبَوِيٌّ paternus, أَخَوِيٌّ fraternus, دَمَوِيٌّ sanguinarius, أَمَوِيٌّ ancillaris, par. 742. art. 1. Ab أَلْغَدُ mane, ducuntur غَدَوِيٌّ et غَدِيٌّ matutinus. Atque a feminino لُغَةٌ sermo, etiam لُغِيٌّ sermonalis, ducitur.

752. Quae huius classis nomina tertiam radicalem abiecerunt, primae vero Elifam weslatam praefixerunt, par. 648. ut أَبْنٌ filius, أَسْمٌ nomen, et gentilitium iusto modo fictum pariunt, ut أَبْنِيٌّ filialis, أَسْمِيٌّ nominalis, et gentilitium, quod pro tertia radicali Wâwam restituit, Elifam weslatam pellit, i. e. بَنَوِيٌّ filialis, سَمَوِيٌّ nominalis.

A femininis أُخْتٌ soror, بِنْتٌ filia, ducuntur gentilitia بِنْتِيٌّ أُخْتِيٌّ et بَنَوِيٌّ أَخَوِيٌّ par. 840. art. 1.

753. Quae nomina primam radicalem abiecerunt, a radicibus assimilatis ducta, par. 497. ut عِدَةٌ promissio, ea iusto modo gentilitium fingunt, i. e. عِدِىٌّ promissivus. Sed شِيَةٌ color, gentilitium fingit, quod primam radicalem restituit, i. e. وِشَوِىٌّ vel وَشْوِىٌّ coloralis.

754. Denique de gentilitiis haec adiiciemus.

Idem nomen primigenium, quod personas vel res diversas significat, propterea gentilitia diversa parere potest. Ab أَمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ بْنُ رَبِيعَةَ Emrul kais ben rebîa, nomine poetae Arabis, ducitur مَرْئِىٌّ Emrulkaissita. Ab أَمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ بْنُ حُجْرٍ Emrul kais ben hodschr, nomine poetae Arabis, ducitur مَرْقَسِىٌّ Emrulkaissita; Kâmûs pag. 794.

Nomina primigenia diversa interdum idem gentilitium pariunt. Ab طَبَرِسْتَانُ Taberistâna, ducitur طَبَرِىٌّ Taberistânensis; atque ab طَبَرِيَّةُ Taberijja, nomine oppidi Wâssitensis, itidem طَبَرِىٌّ Taberijjensis, ducitur; Kâm. pag. 586.

Scriptores Arabes plures libros amplos, quibus gentilitia adcurate exponuntur, condiderunt. Ex quibus est ٱللُّبَابُ فِى تَهْذِيبِ ٱلْأَنْسَابِ i. e. medulla emendationis gentilitiorum. De quo libro exponit Wüstenfeldi specimen Ellobâbi; Gotting. 1835.

755. Nomina formarum فَاعِلٌ et فَعَّالٌ interdum, quod significationem adtinet, vicem nominum gentilitiorum explent, atque ex adiectivis relativis esse ideo dici possunt, quia ipsa potius a nominibus, quam a verbis, ducta sunt. Quemadmodum a تَمْرٌ dactyli, بَزٌّ byssus, ducuntur تَامِرٌ dactylos habens, بَزَّازٌ byssarius; Sacy par. 793. 794.

Caput sextum.

Nomina plurilittera, peregrina, indeclinabilia.

1. *Nomina plurilittera.*

756. Nomina plurilittera, quae ex radicibus auctis par. 338. 369. fingi solent, potissimumque ad *significationes intensivas* indicandas compa-

rantur, in oratione soluta ponuntur rariora, apud poetas atque in sermone iocoso crebriora. Formis variis utuntur, ut فَعْلَلُوتٌ فَعْلُولٌ فِعْلَلٌ فُعْلَلٌ فَعْلَلٌ فَعْلَلِيلٌ فَعَلْعَلٌ فِعْلَلٌ aliisque multis. Arabes ad radicem primitivam novas radicales adiici dicunt لِزِيَادَةِ مَعْنًى *ad augendam significationem*; Harîri pag. 362.

757. Quadrilittera nonnulla usitatiora sunt, nomina animalium in primis, ut ضِفْدِعٌ hebr. צְפַרְדֵּעַ rana, جُنْدُبٌ locusta, صُنْدُوقٌ cista, زُنْبُورٌ oestrus, عُصْفُورٌ passer, بُرْغُوثٌ pulex, جُمْهُورٌ summa, صُعْلُوكٌ plebeius, عَنْكَبُوتٌ hebr. עַכָּבִישׁ aranea. Maior quadrilitterorum pars solis fere poetis, fabularumque romanensium, i. e. librorum Sîret antar, Sîret et modschâhidîn, Sîret beni hilâl, huiusque generis aliorum, auctoribus usitata est. Ex quibus quadrilitteris innumera paene sunt, quae crassum, durum, robustum, compactum, procerum, significant, ut صِلْدِمٌ robustus i. e. leo, صِلْقَامٌ frendens i. e. leo, عَيْدَهُورٌ celer, خَجَوْجَى procerus.

Quadrilitterorum geminantium exempla sunt سَلْغَدٌ iracundus, قِرْشَبٌّ vorax.

758. Quinquelittera pauca usitatiora sunt, ut عَنْدَلِيبٌ luscinia. Cetera apud poetas et in sermone iocoso posita inveniuntur, ut طَبَنْدَرٌ malum, غَضَنْفَرٌ robustus i. e. leo, عَنْدَأْوٌ et قِنْدَأْوٌ audax, طَمَحْرِيرٌ ventrosus, خَمْجَرِيرٌ amarus, زَمْهَرِيرٌ frigus, حَنْطَرِيرَةٌ nubes, صَهْصَلِقٌ clamosus, رَعْبَلِيبٌ lacerator, غَطْمَطِيطٌ strepitus, إِصْفَعِنْدٌ vinum, سَقَعْطَرِيّ procerus. Vocabulum sexlitterum حَبَطْقَطْقٌ strepitus, quem equus inter lapides incedens pedibus excitat, per onomatopoeiam fictum esse videtur, illum strepitum quasi referens.

2. *Nomina peregrina.*

759. Nomina peregrina, quum appellativa, tum propria, quae ex linguis variis par. 13. in sermonem arabicum recipiuntur, maximam partem quodammodo immutantur, ut aut breviora fiant, aut legibus vocabulorum arabicorum magis consentanea; par. 365. Praeterea maior eorum pars terminationes nominum arabicas recipit.

Alia minus mutata recipiuntur, ut عَالَمٌ aram. עָלְם mundus, بَرْنَسَآءُ aram. בַּר נָשָׁא filius hominis, أَبِيلٌ syr. ܐܒܝܠܐ asceta, قَيْصَرٌ graec. καῖσαρ imperator, جَوْهَرٌ pers. كَوْهَر gemma.

Alia magis mutata recipiuntur, ut جَرْجَةُ Georgius, عِيسَى Iesus, إِبْرَاهِيمُ Abraham, كِسْرَى pers. خُسْرَو rex, Chosroes, دِرْهَمٌ graec. δραχμή, تِمْسَاحٌ copt. *ti-emsah* crocodilus.

760. Sunt etiam nonnulla nomina peregrina in sermonem arabicum recepta, quae terminationes nominum arabicas non accipiunt. Ex quibus sunt nomina virorum propria persica, quae in وَيْهِ exeunt, ut سَيَّوَيْهِ Sajjaweih, شَنْبَوَيْهِ Schenbeweih, مِسْكَوَيْهِ Miskeweih, سِيبَوَيْهِ Sîbeweih, بُوَيْهِ Buweih, quae indeclinabilia sic ponuntur. Rarius horum nominum terminatio وَيْهِ in terminationem magis arabicam ac declinabilem وَيْةٌ.... convertitur. Quod si fit, ponuntur بُوَيَةٌ بُوذَوِيَةٌ بِنْدَوِيَةٌ Kâm. pag. 435. 346. Porro terminationem arabicam non recipiunt nomina nonnulla mongolica et turcica, ut يَاسَا mong. codex iuris, يَيُورْدِى turc. rescriptum principis.

3. *Nomina indeclinabilia.*

761. Nomina indeclinabilia ab Arabibus مَبْنِيَّةٌ *aedificata* vocantur, declinabilia vero مُعْرَبَةٌ *arabizata;* Sacy par. 954.

762. Ex indeclinabilibus primo sunt nomina quaedam propria, quorum terminatio commode inflecti nequit, et quidem:

1. nomina persica in وَيْهِ exeuntia; par. 760.
2. nomina constructa, ut تَأَبَّطَ شَرًّا par. 739. art. 1.
3. nomina feminarum, quae forma فَعَالِ induta sunt, ut قَطَامِ Katâm, رَقَاشِ Rakâsch. Quae quidem in nonnullis Arabiae provinciis ut nomina secundae declinationis flectuntur; Sacy par. 956. Alfiyya pag. 165.

763. Ex indeclinabilibus porro sunt nomina nonnulla ex linguis peregrinis, praesertim mongolica et turcica, recepta; ut يَاسَا codex iuris يَيُورْدِى rescriptum; par. 760.

764. Ex indeclinabilibus porro sunt nomina, quae in adverbia abierunt, et quidem:

1. nomina increpatoria, quibus homines et bestiae increpantur, ut هِقَبْ *agedum!* quo vocabulo equi increpantur, هِقِطْ *cito!* quod a قَقَطٌ *gradus citatus* ductum esse videtur.

2. nomina vocativa formae فَعَالِ vel فِعَالِ a verbis trilitteris ducta ut فَعَالِ vel فِعَالِ *fac!* نَزَالِ vel نِزَالِ *prodi!* يَعَاطِ et يَاعَاطِ *cave!* Kâm. Quae ab Arabibus أَسْمَآءُ ٱلْأَفْعَالِ *nomina verborum* vocantur; Sacy par. 355, 956.

Haec nomina cum particula vocativa يَا *oh* coniuncta ponuntur etiam ad significandum vocativum nominis actionis et participii activi feminini. Sic ab فَجَرَ *improbus fuit* ducuntur يَا فَجَارِ o *improbitas!* et يَا فَجَارِ o *improba!* Sacy par. 956.

Nomina formae فُعَالِ vel فُعَلِ cum يَا coniuncta vituperatoria esse traduntur, ut يَا خُبَاثِ o sordide! يَا لُكَعِ o abiecte! Sacy par. 912. art. 13. Fîrûsâbâdensis non adposuisse videtur, nisi يَا خُبَثُ o sordide! يَا خَبَاثِ o sordida! يَا لُكَعُ o abiecte! لَكَاعِ abiecta.

3. nomina nonnulla, quae in adverbia abierunt. Quorum classes tres sunt:

a. alia in Dammam, sive terminationem nominativi, exeunt, ut حَيْثُ ubi, atque adverbia plura in fine enunciationis ponenda, ut قَبْلُ antea, بَعْدُ postea, قُبَيْلُ paulo antea, بُعَيْدُ paulo postea.

b. alia in Fatcham, sive terminationem accusativi, exeunt, ut شَتَّانَ diversitas exstat, differt, سَحَرَ mane, Alfiyya pag. 165. Eodem modo terminantur ea nomina, quae praepositionum vice funguntur, ut قَبْلَ ante, بَعْدَ post.

c. alia in Kesram, sive terminationem genitivi, exeunt, ut أَمْسِ heri, quod pro ٱلْأَمْسِ diei hesterni, vel بِٱلْأَمْسِ die hesterno, ponitur. Pro شَتَّانَ *diversitas exstat* etiam شَتَّانِ poni significare videtur Fîrûsâbâdensis.

Caput septimum.

Nomina collectiva et nomina unitatis.

765. Exstant in sermone arabico *nomina collectiva*, quae formis singularium variis induta sunt, sed molem cuiusdam rei indefinitam significant, ut ذَهَبٌ aurum, خَشَبٌ lignum, مَآءٌ aqua, vel multitudinem rerum singularum eiusdem speciei, ut شَجَرٌ arbores, فَحْمٌ carbones, بَقْلٌ olera, لَوْزٌ amygdalae, تَمْرٌ dactyli, تُفَّاحٌ poma, حَمَامٌ columbae, بَنَانٌ extremitates digitorum, كَلِمٌ verba. Quae nomina collectiva ab Arabibus vocantur شِبْهُ ٱلْجَمْعِ *simile plurali*, ٱسْمُ جَمْعٍ *nomen pluralitatis*, et ٱسْمُ جِنْسٍ *nomen classis*; par. 627. art. 3. par. 640. art. 1. Sacy gr. par. 678. 805. 889; anthol. pag. 87. Alfiyya pag. 4. Nomina collectiva distinguenda sunt a pluralibus fractis, cap. quart. dec.

766. A nominibus collectivis illis ducuntur *nomina unitatis* terminatione ةٌ .... adiecta. Ponuntur enim ذَهَبَةٌ una particula auri, مَآءَةٌ fons unus, Kâm. pag. 610. شَجَرَةٌ arbor una, فَحْمَةٌ carbo unus, بَقْلَةٌ olus unum, لَوْزَةٌ amygdala una, تُفَّاحَةٌ pomum unum, حَمَامَةٌ columba una, بَنَانَةٌ una extremitas digiti, كَلِمَةٌ verbum unum. Quam nominis unitatis formationem grammatici Arabes significare solent additis ad nomen collectivum verbis: وَٱلْوَاحِدَةُ بِهَآءٍ i. e. res singula cum littera He scribitur; par. 640. art. 1.

767. Atque ab infinitivis quoque, vel nominibus actionis, ut ضَرْبٌ percussio, ٱنْقِلَابٌ conversio, ٱسْتِخْرَاجٌ eductio, eodem modo ducuntur nomina unitatis, sive *nomina vicis simplicis*: ضَرْبَةٌ percussio una, ٱنْقِلَابَةٌ conversio una, ٱسْتِخْرَاجَةٌ eductio una; par. 640. art. 1. Sacy par. 674—77. Ewald par. 278. 295.

768. Nomina unitatis etiam in pluralia feminina deflectuntur, ut شَجَرَاتٌ arbores plures, حَمَامَاتٌ columbae plures, بَنَانَاتٌ extremitates digitorum plures.

769. Nomina collectiva nonnulla passim pro nominibus singularibus ponuntur. Ita nomina collectiva حَمَامٌ columbae, سَحَابٌ nubes, interdum significant columbam unam, nubem unam, par. 839. Sacy gr. par. 805.

770. Sunt nomina alia, quae coetus vel agmina hominum significant, ideoque et ipsa nomina collectiva vocari possunt, ut قَوْمٌ populus, عَسْكَرٌ exercitus, خَيْلٌ equitatus, رَكْبٌ cohors, صَحْبٌ comitatus. Ab his nominibus nomina unitatis non ducuntur. Partim illa a certis singularibus ducta esse existimant Arabes; quemadmodum ab رَاكِبٌ equitans, صَاحِبٌ comitans, ducta esse censentur رَكْبٌ cohors, صَحْبٌ comitatus; Sacy par. 889. Lumsden gr. ar. pag. 606.

Caput octavum.

Nomina deminutiva.

1. Generalis deminutivorum formatio.

771. A nomine primigenio par. 726. quum substantivo, tum adiectivo, ducitur *deminutivum*, quod Arabes تَصْغِيرٌ deminutionem, vel أَسْمٌ مُصَغَّرٌ nomen deminutum, vocant, certis vocalibus a primigenio distinctum. Primigenium trilitterum, ut عَبْدٌ servus, كَلْبٌ canis, قَمَرٌ luna, deminutivum fingit vocales ŭ + ai sive formam فُعَيْلٌ exhibens. Primigenium quadrilitterum, ut عَقْرَبٌ scorpio, deminutivum fingit vocales ŭ + ai + ĭ sive formam فُعَيْلِلٌ exhibens. Ex eadem lege primigenium a radice trilittera ductum, quod Elifam, Mîmam, Tâam, Jâam praefigit, ut مَفْعَلٌ أَفْعَلُ يَفْعَلُ تَفْعَلُ aliaque, fingit deminutivum أُفَيْعِلُ مُفَيْعِلٌ تُفَيْعِلُ يُفَيْعِلُ. Exempla sunt:

عَبْدٌ servus.	عُبَيْدٌ servulus.	قَمَرٌ luna.	قُمَيْرٌ lunula.
عَقْرَبٌ scorpio.	عُقَيْرِبٌ scorpiolus.	أَحْمَرُ ruber.	أُحَيْمِرُ rubellus.
مِقْلَبٌ rastrum.	مُقَيْلِبٌ rastriolum.	يَرْمَعٌ turbo.	يُرَيْمِعٌ turbiolus.

Deminutiva geminantia esse videntur قُبَّيْطٌ *Kubbeit*, nomen avis, شُوَّيْلٌ *Schuwweil*, nomen plantae.

772. Primigenii terminationem femininam ةٌ..... ىَ..... آءُ..... ا..... deminutivum retinet. Nam deminutio in corpore vocabuli, non item in terminatione significatur. Exempla sunt:

قَلْعَةٌ castrum. قُلَيْعَةٌ castellum. حُبْلَى gravida. حُبَيْلَى gravidiola.

حَمْرَآءُ rubra. حُمَيْرَآءُ rubella مَرْيَمَا Marta. مُرَيْمَا Martiola.

Primigenium femininum trilitterum, quod terminatione masculina clauditur, ut شَمْسٌ sol, أُذْنٌ auris, parit deminutivum terminatione feminina ةٌ..... clausum, id est شُمَيْسَةٌ soliolus, أُذَيْنَةٌ auricula. Sed quadrilitterum femininum, terminatione masculina clausum, ut زَيْنَبُ Seinab, nomen feminae, parit deminutivum terminatione masculina clausum, i. e. زُيَيْنِبُ Seinabiola.

773. Ita porro primigenii terminationem انٌ..... et ىٌّ..... deminutivum retinet. Exempla sunt:

شَجْعَانٌ strenuus. شُجَيْعَانٌ strenulus. زَعْفَرَانٌ crocus. زُعَيْفِرَانٌ crociolus.

إِنْسَانٌ homo. أُنَيْسَانٌ homunculus. عَبْقَرِىٌّ clarus. عُبَيْقِرِىٌّ clariolus.

Excipiuntur deminutiva nonnullorum nominum terminatione انٌ..... clausorum, quae pro quadrilitteris habentur, propptereaque plurali فَعَالِيلُ utuntur, ut سُلْطَانٌ princeps, سَلَاطِينُ principes, شَيْطَانٌ daemon, شَيَاطِينُ daemones. Quorum nominum singularium vocalis *á* producta ex generali deminutivi quadrilitteri regula par. 771. a deminutivo in vocalem *i* convertitur, et quidem in *í* productam. Ponitur igitur سُلَيْطِينٌ principiolus.

Vocabulum أُقْحُوَانٌ *anthemis* pluralem أَقَاحِىُّ et deminutivum أُقَيْحِىٌّ parere fertur.

774. Porro primigenii terminationem dualem انِ..... et pluralem ونَ..... vel اتٌ..... deminutivum ita retinere dicitur, ut ponantur:

زَيْدَانِ duo Seidi. زُيَيْدَانِ duo Seidioli. نَاصِرُونَ amici. نُوَيْصِرُونَ amicioli.

هِنْدَاتٌ Hindae. هُنَيْدَاتٌ Hindiolae. نَاصِرَاتٌ amicae. نُوَيْصِرَاتٌ amiciolae.

Sed haec deminutiva dualia ac pluralia per declinationem solitam a deminutivis singularibus زُيَيْدٌ نُوَيْصِرٌ هُنَيْدَةٌ نُوَيْصِرَةٌ ducta esse possunt.

2. *Deminutivum primigenii vocalem productam continentis.*

775. Primigenium trilitterum vocalem *â* productam primae radicali indens, ut صَاحِبٌ socius, طَابَقٌ sartago, جَارِيَةٌ puella, parit deminutivum formae فُوَيْعِلٌ id est: صُوَيْحِبٌ sociolus, طُوَيْبِقٌ sartagiola, جُوَيْرِيَةٌ puellula. Pro *tu-ai-bi-kun* substitui videtur *tu-wai-bi-kun* par. 217. art. 2. par. 235.

Primigenium huius classis a radice surda ductum, ut خَاصٌّ familiaris, دَابَّةٌ bestia, parit deminutivum, quod post diphthongum retinet consonantem geminatam, i. e. خُوَيْصٌّ familiariolus, دُوَيْبَّةٌ bestiola; par. 198. 202. art. a.

776. Primigenium trilitterum secundae radicali vocalem productam indens, ut حِمَارٌ asinus, ظَلِيمٌ struthio, جُلُوسٌ sessio, جَمَاعَةٌ coetus, parit deminutivum formae فُعَيِّلٌ id est: حُمَيِّرٌ asellus, ظُلَيِّمٌ struthiolus, جُلَيِّسٌ sessiuncula, جُمَيِّعَةٌ coetiolus. Nam pro *hu-mai-i-run, du-lai-ji-mun, dschu-lai-wi-ssun,* ex euphoniae regulis ponuntur *humajjirun dulajjimun dschulajjissun* par. 217. art. 2. par. 271. 302.

Primigenia quadrilittera, quae tertiam consonantem habent Wâwam motam, ut جَدْوَلٌ rivus, أَسْوَدُ niger, eadem deminutivi forma utuntur. Ponuntur igitur جُدَيِّلٌ rivulus, أُسَيِّدُ nigellus, par. 271.

777. Primigenium quadrilitterum tertiae radicali vocalem productam indens, ut صُنْدُوقٌ cista, atque primigenium praefigens, a radice trilittera ductum, quod secundae radicali vocalem productam indit, ut مِفْتَاحٌ clavis, deminutivum formae فُعَيْلِيلٌ pariunt, vocalem illam productam in *î* productam convertens, id est صُنَيْدِيقٌ cistella, مُفَيْتِيحٌ clavicula; Sacy par. 705.

Nonnulla vero huius classis deminutiva vocalem *î* productam suam corripiunt, ut عُصْفُورٌ passer, عُصَيْفِرٌ passerculus, قِرْطَاسٌ charta, قُرَيْطِسٌ chartula. Quod propter antecedentem diphthongum fieri videtur, pronuntiationis molliendae causa.

3. *Deminutiva primigenium truncantia.*

778. Primigenia consonantes quinque continentia, ut جَحْمَرِشٌ decrepita, عَنْدَلِيبٌ luscinia, قَلَنْسُوَةٌ pileus, pariunt quum pluralia fracta, tum deminutiva, extremam primigenii consonantem pellentia, id est جَحَامِرُ decrepitae, جُحَيْمِرٌ vetula, عَنَادِلُ lusciniae, عُنَيْدِلٌ lusciniola, قَلَانِسُ pilei, قُلَيْنِسَةٌ قُلَيْنِيسَةٌ قُلَيْسِيَةٌ pileolus.

779. Primigenia, quae radicalibus tribus consonantes duas vel tres serviles adiecerunt, ut مُضْطَرِبٌ turbatus, مُخْتَارٌ electus, مُسْتَنْصِرٌ profugus, اِنْطِلَاقٌ discessus, اِسْتِطْلَاقٌ dimissio, si deminutivum fingendum est, in vocabula convertuntur, quae radicales tres atque unam servilem retinent, id est مُضْرِبٌ مُخْتَارٌ مُنْصِرٌ نِطْلَاقٌ تِطْلَاقٌ. E quibus formis decurtatis modo solito finguntur deminutiva مُضَيْرِبٌ مُخَيِّيرٌ مُنَيْصِرٌ نُطَيْلِيقٌ نُطَيْلِقٌ تُطَيْلِيقٌ تُطَيْلِقٌ. Sic etiam pluralia fracta illorum primigeniorum ponuntur decurtata مَنَاصِرُ profugi, تَطَالِقُ dimissiones; Sacy par. 707. Ewald par. 321.

Primigenia, quae radicalibus quattuor adiecerunt litteras serviles, si deminutivum fingendum est, abiiciunt serviles omnes. Itaque a مُتَدَحْرِجٌ *volutatus* ducitur deminutivum دُحَيْرِجٌ.

780. Praeterea primigenium quodvis a radice trilittera ductum, ut مِعْطَفٌ pallium, أَسْوَدُ niger, اَلْحَارِثُ El hâreth, إِرْوَادٌ lenitas, ita fingere potest deminutivum truncans, ut solae radicales in formam فُعَيْلٌ redigantur, i. e. عُطَيْفٌ palliolum, سُوَيْدٌ nigellus, حُرَيْثٌ Hârethiolus, رُوَيْدٌ lentitudo. Unde fit, ut a nominibus variis, ut حَامِدٌ Hâmid, أَحْمَدُ Achmed, حَمْدَانُ Hamdân, مَحْمُودٌ Machmûd, idem deminutivum truncans حُمَيْدٌ *Homeid* duci possit. Quod deminutivorum genus ab Arabibus تَصْغِيرُ ٱلتَّرْخِيمِ *deminutivum decurtationis* vocatur, atque maxime in nominibus propriis fingendis usitatum est; Hamâs. pag. 54. 56. Sacy gr. par. 714.

Eodem modo primigenium a radice quadrilittera ductum, ut عُصْفُورٌ passer, ita fingit deminutivum truncans, ut radicales in formam فُعَيْلِلٌ redigantur, i. e. عُصَيْفِرٌ passerculus; par. 777.

781. Nomen proprium duo vocabula continens, ut عَبْدُ ٱللّٰهِ Abdalla, بَعْلَبَكّ Baalbek, حَضْرَمَوْت Hadrmaut, ita fingit deminutivum, ut primum tantum vocabulum in formam deminutivam redigatur, ut عُبَيْدُ ٱللّٰهِ Obeidolla sive Abdalliolus, بُعَيْلَبَكّ Baalbekiolum, حُضَيْرَمَوْت Hadrmautiolum.

4. *Deminutiva primigeniorum a radicibus infirmis ductorum.*

782. Nomina concava simplicia, ut قَوْلٌ dictio, بَيْتٌ domus, solito modo fingunt deminutiva قُوَيْلٌ dictiuncula, بُيَيْتٌ domuncula. Passim radicalem Jâam deminutivum in Wâwam convertit ita, ut ab بَيْتٌ domus, شَيْخٌ senex, شَيْءٌ res, etiam deminutiva بُوَيْتٌ domuncula, شُوَيْخٌ vetulus, شُوَيَّةٌ recula, paullulum, ducantur.

Nomina concava mediam radicalem in vocalem *â* productam convertentia, ut بَابٌ porta, عَابٌ vitium, par. 651. fingunt deminutivum mediam radicalem restituens, ut بُوَيْبٌ portiola, عُيَيْبٌ vitiolum.

783. Nomina a radicibus adsimilatis ducta, radicalemque infirmam ex regulis euphoniae immutantia, ut مِيزَانٌ trutina, مُوسِرٌ opulens, quae pro مِوْزَانٌ مُيْسِرٌ ponuntur, fingunt deminutivum primitivam radicalem restituens, i. e. مُوَيْزِينٌ trutiniola, مُيَيْسِرٌ opulentiolus.

Infinitivi radicum adsimilatarum primam radicalem pellentes, ut صِفَةٌ descriptio, عِدَةٌ promissio, par. 497. deminutivum fingunt primam radicalem restituens, terminationemque femininam abiiciens, i. e. وُصَيْفٌ descriptiuncula, وُعَيْدٌ promissiuncula; Sacy par. 698.

784. Nomina a radicibus defectivis ducta, ut عَصًا baculus, فَتًى iuvenis, صَبِيٌّ puer, عَدُوٌّ hostis, ex tribus radicalibus fingunt deminutiva عُصَيْوٌ فُتَيْيٌ صُبَيْيٌ عُدَيْوٌ quae ex euphoniae regulis in عُدَيٌّ صُبَيٌّ فُتَيٌّ عُصَيٌّ

contrahuntur; par. 271. 302. Nomen رَحًى *mola* feminino genere praeditum fingit deminutivum femininum رُحَيِّيَةٌ quod in رُحَيَّةٌ *moliola* contrahitur; par. 772. Ab حَيَّةٌ *serpens* ducitur deminutivum حُيَيِّيَةٌ quod in حُيَيَّةٌ contrahitur.

Nomina defectiva مَعْنًى significatio, مَرْمًى meta, pariunt deminutiva مُرَيْمِيٌ مُعَيْنِيٌ quae ex euphoniae regulis in مُعَيْنٍ مُرَيْمٍ contrahuntur; par. 293. art. 5. A participio مَرْمِيٌّ *vulneratus* ducitur deminutivum مُرَيْمِيٌّ. A participio مَرْوِيٌّ *rigatus* ducitur مُرَيْوِيٌّ quod in مُرَيِّيٌّ et مُرَيٌّ contrahitur; Ewald par. 417.

785. Deminutivum, quod post diphthongum *ai* formae deminutivae propriam Jâas duas habiturum esset, alteram pellere solet. Sic vocabula يَحْيَى Ioannes, أَحْوَى fuscus, مَرْوِيٌّ rigatus, paritura essent deminutiva مُرَيْوِيٌّ أُحَيْوِيٌ يُحَيْيِيٌ quae ex reg. par. 271. 302. in مُرَيِّيٌّ أُحَيِّيٌ يُحَيِّيٌ contrahuntur, atque, altera Jâa pulsa, in مُرَيٌّ أُحَيٌّ يُحَيٌّ contrahuntur; Sacy par. 703.

786. Nomina defectiva attrita par. 647. 648. 656. ut أَبٌ pater, أَخٌ frater, دَمٌ sanguis, اِسْمٌ nomen, اِبْنٌ filius, أَمَةٌ ancilla, بِنْتٌ filia, أُخْتٌ soror, a formis suis primitivis vel plenioribus بَنَيٌ سِمْيٌ دَمْيٌ أَخْوٌ أَبْوٌ بَنَوَةٌ أَمَوَةٌ أَخَوَةٌ ducunt deminutiva أُبَيٌّ أُخَيٌّ دُمَيٌّ سُمَيٌّ بُنَيٌّ أُمَيَّةٌ بُنَيَّةٌ أُخَيَّةٌ.

Sic etiam nomina decurtata, quae in derivatis formandis Hêam quasi novam radicalem assumunt, par. 649. in deminutivum quoque novam illam radicalem introducunt. Igitur ab فُو os, plur. أَفْوَاهٌ ora, ducitur فُوَيْهٌ oscillum.

5. *Deminutiva quaedam insolentiora.*

787. Primigenia nonnulla etiam deminutivis modo insolito fictis utuntur. E quibus sunt رَجُلٌ رُوَيْجِلٌ vir, إِنْسَانٌ أُنَيْسِيَانٌ homo, مَغْرِبٌ مُغَيْرِبَانٌ occidens, لَيْلَةٌ لُيَيْلِيَةٌ nox, قَوْسٌ قُسَيٌّ arcus, عَشِيَّةٌ عُشَيْشِيَةٌ vespera.

Sed haec deminutiva ducta esse videntur a primigeniis paulo aliter conformatis, ut رَاجِلٌ pedes, مَغْرِبَانِ occidentes bini, قِسِيٌّ קֶשֶׁת arcus; Ewald par. 266. not.

788. Primigenia nonnulla geminantia, ut قُدَّامٌ anticum, قِرَاطٌ siliqua, deminutivum pariunt, quod consonantem geminatam in duas dirimit, diphthongo *ai* interposita, i. e. قُرَيْرِيطٌ قُدَيْدِيمٌ Kâm. pag. 1677. Sacy par. 699.

789. A nominibus propriis ducuntur deminutiva modis solitis, ut خَالِدٌ Châled, خُوَيْلِدٌ Châlediolus, طَلْحَةُ Talchat, طُلَيْحَةُ Talchatiolus, أَقْسَرُ Aksar, أُقَيْسِرُ Aksariolus. يَعْلَى Jaala, يُعَيْلَى Jaaliolus.

790. Ab adiectivis comparativis formae أَفْعَلُ rarius deminutiva ducuntur, ut أَحْسَنُ أُحَيْسِنُ venustus, أَمْلَحُ أُمَيْلِحُ pulcher, par. 616. 620.

791. A pluralibus fractis nonnullis pluralitatem minorem significantibus i. e. formis أَفْعَالٌ أَفْعُلٌ أَفْعِلَةٌ فِعْلَةٌ ducuntur deminutiva أُفَيْعَالٌ أُفَيْعِلٌ أُفَيْعِلَةٌ فُعَيْلَةٌ. Igitur ponuntur أَبْيَاتٌ aedes, أُبَيَّاتٌ aediculae, أَغْلِمَةٌ iuvenes, أُغَيْلِمَةٌ iuvenculi, غِلْمَةٌ iuvenes, غُلَيْمَةٌ iuvenculi; Sacy par. 716.

792. A ceteris pluralibus fractis deminutiva duci possunt modo duplici:

1. aut ab ipsius pluralis fracti, e. g. مَسَاجِدُ *templa*, singulari مَسْجِدٌ *templum* ducitur deminutivum مُسَيْجِدٌ *templiolum*, idque in pluralem مُسَيْجِدَاتٌ *templiola* flectitur.

2. aut ipse pluralis fractus, e. g. غِلْمَانٌ *iuvenes*, in pluralem fractum alium, qui pluralitatem minorem significat, e. g. غِلْمَةٌ *iuvenes* convertitur, atque ab hoc plurali deminutivum غُلَيْمَةٌ modo solito ducitur; par. 791. Sacy par. 718.

793. Ab adverbiis quoque, quae ex nominibus sumta sunt, ut قَبْلُ antea, بَعْدُ postea, ducuntur deminutiva قُبَيْلُ paulo antea, بُعَيْدُ paulo post.

794. Denique a pronominibus quoque deminutiva ducuntur, ut ذَا hic, ذَيَّا hicculus, هٰذَا hic, هٰذَيَّا hicculus. Quum enim pronomen pri-

mitivum ذَا hic unam tantum vocalem contineat, forma eius deminutiva vocales *u* + *ai* par. 771. non recipit, sed solam diphthongum *ai*. Itaque ex *dsâ* fit *dsaiâ*, quod in *dsajja* ذَيَّا contrahitur, par. 776. Ewald par. 460.

Caput nonum.

Nomina propria.

795. Nomina propria, quum personarum, tum equorum, camelorum, gladiorum, locorumque, ab Arabibus عَلَمٌ *signum* vocantur, atque, quod originem eorum adtinet, in duas has classes dispertiuntur:

a. مُرْتَجَلٌ *subitum*, quod iam primitus nil nisi nomen proprium fuit, ut أُدَدٌ Udad, nomen viri, أَزْدٌ Esd, nomen viri, دَعْدٌ Daad, nomen feminae, حِسَّانُ Hissân, nomen viri; Hamâs. pag. 355. Afiyya vers. 77.

b. مَنْقُولٌ *translatum*, quod primitus nomen appellativum fuit, ut لَيْثٌ leo, vel persona quaedam verbi, ut يَزِيدُ augescit, deinde vero in nomen proprium conversum est.

Multa nomina propria per quandam nominis appellativi immutationem, quam Arabes عَدْلٌ غَيْرُ حَقِيقِيٍّ *deflexionem haud genuinam* vocant, formata esse dicuntur. Quemadmodum ab عَامِرٌ *cultus* nomen proprium عُمَرُ *Omar* ductum esse censetur; Sacy par. 595. art. 3. par. 912. art. 13. anthol. praef. pag. 7.

796. Nonnulla nomina propria translata sunt مُرَكَّبٌ *composita*. Quorum genera tria distinguuntur:

1. مُرَكَّبٌ اِضَافِيٌّ *compositum adnectens*, quod nominativum cum genitivo definiente coniunctum continet, ut تَيْمُ ٱللَّاتِ Teim ellât i. e. famulus Ellâtae, عَبْدُ ٱللّٰهِ Abd alla i. e. servus Dei.

2. مُرَكَّبٌ اِسْنَادِيٌّ *compositum construens*, quod propositionem integram exprimit, ut بَرَقَ نَحْرُهُ Baraka nachruhu i. e. fulget eius iugulum, Kâm. pag. 1247. et تَأَبَّطَ شَرًّا Taabbata scharran i. e. portat malum; par. 739.

3. مُرَكَّبٌ مَزْجِيٌّ *compositum mixtum*, quod vocabula continet ita intime iuncta, ut iam unum quasi vocabulum efficiant, ut سِيبَوَيْهِ Sîbeweih, par. 760. Alfiyya pag 15. حَضْرَمَوْتُ Hadrmaut, nomen regionis; par. 740. Sacy par. 912. art. 14.

797. Integrum Arabis moslemi, praesertim si ipse ex hominibus clarioribus est, nomen continere solet nomina plura, i. e. cognomen, praenomen, nomen, patronymicum, gentilitia varia, nomen artis vel opificii, nomen scholae. Ita Arabs quidam iuris peritus, qui ao. 516. p. H. natus est, nomen habuit: ضِيَآءُ ٱلدِّينِ أَبُو عَمْرٍو عُثْمَانُ بْنُ عِيسَى ٱلْمَهْدِيَانِيُّ ٱلشَّافِعِيُّ Dijâ eddîn abu amr othmân ben îssa Mehdijânensis Schâfeita; Tydeman conspectus operis Ebn challicani nro. 421. In quo nomine vocabula *Dijâ eddîn* i. e. splendor religionis, efficiunt cognomen; *Abu amr* praenomen; *Othmân* nomen; *Ben îssa* i. e. filius Issae, patronymicum; *Mehdijânensis* gentilitium; *Schâfeita* nomen scholae.

Ex hoc enim ordine singulae nominis integri partes disponi solent: 1. cognomen. 2. praenomen. 3. nomen. 4. patronymicum. 5. gentilitium. 6. nomen artis, vel opificii, vel scholae. Quod e. g. in nominibus chalifarum Abbâssidarum cernitur. Abbâssidae decimi nomen has partes continet: 1. cognomen ٱلْمُتَوَكِّلُ عَلَى ٱللّٰهِ El motewekkil alalla i. e. confidens Deo. 2. praenomen أَبُو ٱلْفَضْلِ Abul fadl. 3. nomen جَعْفَرٌ Dschaafer. 4. patronymicum بْنُ أَبِي إِسْحَقَ ٱلْمُعْتَصِمِ Ben abi ishâk el motassem; 5. gentilitium ٱلْعَبَّاسِيُّ Abbâssida; vid. Elmacini historia saracenica pag. 147. Passim vero cognomen, vel praenomen, post ceteras nominis integri partes positum invenitur.

798. Sed nomen integrum rarius ponitur. Singulus homo una potissimum integri nominis parte, id est aut praenomine, aut cognomine, aut patronymico, aut gentilitio, aut nomine artis, ita innotescere solet, ut vulgo hac sola nominis parte significetur. Ita poeta أَبُو تَمَّامٍ حَبِيبُ بْنُ أَوْسٍ ٱلطَّائِيُّ vulgo solo praenomine أَبُو تَمَّامٍ significatur; grammaticus ظَالِمُ بْنُ عَمْرٍو ٱلدِّيلِيُّ vero solo gentilitio ٱلدِّيلِيُّ. Confer par. 10. 11. et Fraehn de titulis et cognominibus chanorum hordae aureae; Casani.

1814. pag. 4. Quanam vero integri nominis parte homo quidam innotuerit, cognosci non potest nisi ex ipsorum scriptorum usu. Arabes hoc nonnunquam demonstrant additis verbis ٱلْمَعْرُوفُ بِ vel ٱلشَّهِيرُ بِ i. e. qui notus est nomine; ut ٱلْمَعْرُوفُ بِٱلزَّيَّاتِ qui notus est nomine olearii; Tydeman conspectus nro. 207.

Iam de singulis nominis integri partibus dicendum est.

1. *Nomen sive* ٱسْمٌ

799. Verum nomen ٱسْمٌ est:

1. aut simplex, ut apud antiquiores nomina virorum أُدٌّ Odd, أَزْدٌ Esd, عَوْفٌ Auf, صَخْرٌ Ssachr, قُصَيٌّ Kussai, رَبِيعَةُ Rebîa, جَذِيمَةُ Dschesîma; apud recentiores عَلِيٌّ Ali, مَحْمُودٌ Machmûd, أَحْمَدُ Achmed, ٱلْحُسَيْنُ El hossein. Quorum nonnulla apud scriptores politiores semper articulum definientem أَلْ sibi praefigunt, ut ٱلْحَسَنُ El hassan, alia vero nunquam, ut مُحَمَّدٌ Mohammed; Fraehn neueste Bereicherungen der muhammed. Numismatik; 1836. Liefer. 2. pag. 29.

2. aut compositum, ut apud antiquiores paganos عَبْدُ ٱلْعُزَّى Abd el ussa i. e. servus deae gloriosae, عَبْدُ ٱلشَّارِقِ Abd esschârik i. e. servus dei radiosi, solis, تَيْمُ ٱللَّاتِ Teim ellât i. e. famulus deae Ellâtae, مَعْدِيكَرِبَ Maadikarib; apud recentiores moslemos عَبْدُ ٱللّٰهِ Abd alla i. e. servus Dei, عَبْدُ ٱلرَّحْمٰنِ Abd errachmân i. e. servus misericordis scil. dei, عَبْدُ ٱلْكَرِيمِ Abd el kerîm i. e. servus generosi scil. dei, عَبْدُ ٱلصَّمَدِ Abd essamad i. e. servus sempiterni scil. dei.

800. Nomina virorum partim terminatione masculina utuntur, ut أَسَدٌ Assâd, كَعْبٌ Kaab, partim terminatione feminina, ut مُعَاوِيَةُ Moâwija, عُرْوَةُ Urwa, بَرَكَةُ Baraka, سَلْمَى Sselma. Nam nomina propria maximam partem sunt nomina appellativa, quae terminationem suam retinent. Ita أَسَدٌ significat leonem, كَعْبٌ talum, مُعَاوِيَةٌ catulum, عُرْوَةٌ leonem, بَرَكَةٌ felicitatem, سَلْمَى plantam quandam.

Unde fit, ut nonnulla nomina, ut سَلْمَى Sselma, viris atque feminis iuxta indantur; Kâm. pag. 1639.

Nomen viri est etiam بَرَكَات Barakât i. e. felicitates, forma pluralis feminini indutum; Ebn challic. nro. 110.

801. Nonnunquam ad verum nomen اِسْم hominis adiicitur *nomen appellativum* in genitivo positum, ut eo homo ille accuratius significetur. Ita Arabes quidam appellati sunt عَنْتَرَةُ ٱلْفَوَارِسِ Antara equitum, زَيْدُ ٱلْخَيْلِ Seid equorum, قَيْسُ ٱلْجُيُوشِ Kais agminum; Kâm. pag. 278. Qua compositione genus quoddam cognominum paratur.

Nonnunquam ad verum nomen adiicitur *cognomen* in genitivo positum, ut سَعْدُ كُرْزٍ Saad perae, i. e. Saad, cui cognomen كُرْز *pera* inditum erat; par. 812.

802. Quae nomina iemenica sive himiarica vocabulum ذُو *praeditus* continent, ut ذُو ٱلْكَلَاعِ Dsûl kelâ, ذُو ظُلَيْمٍ Dsû doleim, ea ex cognominibus esse videntur; par. 812.

Raro fiebat, ut verum nomen اِسْم cum vocabulo أَبُو *pater* componeretur. Isfahânensis tempore chalifarum Abbâssidarum priorum poetam quendam Arabem El Basrae vixisse tradit, cui nomen أَبُو عُيَيْنَةَ esset, hocque nomen non كُنْيَة *praenomen*, sed verum *nomen* اِسْم illius hominis fuisse; atque ita alios homines nomen أَبُو زُهَيْرٍ habuisse; par. 807; Kitâb el agâni, art. Abu ojeina ben mohammed. Qui quidem homines praeter nomina illa etiam praenomina habebant cum أَبُو composita; par. 807.

803. Nomina feminarum partim terminatione masculina, partim feminina, utuntur; par. 800. Antiquiora sunt دَعْد Daad, هِنْد Hind, لَيْلَى Leila i. e. tenebrosa, مَيَّة Majja, مَاوِيَّة Mâwijja, جَلِيلَة Dschelîla i. e. generosa. Ex antiquioribus etiam nomina propria feminina formae فَعَالِ sunt, ut رَقَاشِ Rakâsch, جَذَامِ Dschadsâm; Alfiyya pag. 165. Recentiora sunt فَاطِمَة Fâtima i. e. ablactans, صَالِحَة Ssâlicha i. e. proba, صَفِيَّة Ssafijja i. e. pura. Composita sunt أَمَةُ ٱلْعَزِيزِ Amat el asîs i. e.

ancilla gloriosi scil. dei, أَمَةُ ٱلْوَحِيدِ Amat el wachid, sive أَمَةُ ٱلْوَاحِدِ Amat el wâchid, i. e. ancilla unici scil. dei; Fraehn neueste Bereich. der muhamm. Münzkunde; Lief. 2. pag. 24.

2. *Praenomen sive* كُنْيَةٌ

Praenomen viri continet vocabulum أَبُو *Abu* i. e. *pater* atque nomen viri in genitivo positum, ut عَلِيّ vel مُحَمَّد vel عَبْدِ ٱللّٰهِ vel aliud. Itaque praenomina virorum sunt أَبُو عَلِيّ Abu ali, أَبُو مُحَمَّد Abu mohammed, أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ Abu abd alla, أَبُو عُمَرَ Abu omar, أَبُو ٱلْحَسَنِ Abul hassan, permultaque huius generis alia.

Rarius praenomen viri continet vocabulum أَبُو atque nomen feminae in genitivo positum, ut أَبُو لَيْلَى Abu leila; Kosegarten chrest. ar. pag. 124. lin. 5. Kâmûs pag. 1541. et أَبُو خَيْرَةَ Abu chaira, Kàm. pag. 519. Quod Ennawawi his verbis significat: وَيَجُوزُ تَكْنِيَةُ ٱلرَّجُلِ بِأَبِي فُلَانَةَ i. e. licet praenomen indere viro, quod compositum est ex أَبُو atque nomine feminae; Wüstenfeld liber concinnit. nomin. Gotting. 1832. pag. 30.

805. Praenomen feminae continet vocabulum أُمّ *Omm* i. e. *mater* atque nomen viri in genitivo positum, ut أُمّ ٱلْهَيْثَمِ Omm el heithem, أُمّ كُلْثُومٍ Omm kulthûm, أُمّ خَارِجَةَ Omm chàridscha, أُمّ مَعْبَدٍ Omm maabed.

Rarius praenomen feminae continet vocabulum أُمّ atque nomen feminae, ut أُمّ لَيْلَى Omm leila. Quod Ennawawi his verbis significat: وَيَجُوزُ تَكْنِيَةُ ٱلْمَرْأَةِ بِأُمِّ فُلَانٍ وَأُمِّ فُلَانَةَ i. e. licet praenomen indere feminae, tum ex أُمّ et nomine viri compositum, tum ex أُمّ et nomine feminae compositum; Wüstenfeld loc. cit. pag. 30.

806. Nomen viri سَفْرٌ *Sefr*, si in praenomen recipitur, Fatcham secundae radicali indit. Itaque praenomen ab eo ductum est أَبُو ٱلسَّفَرِ Abus sefer. Quod Fîrûsâbâdensis pag. 552. his verbis significat: ٱلْأَسْمَآءُ بِٱلسُّكُونِ وَٱلْكُنَى بِٱلْحَرَكَةِ i. e. nomina cum Sukûno, praenomina cum

vocali scribuntur. Atque pagina sequenti idem scriptor plures homines commemorat, qui habebant praenomen أَبُو ٱلسَّفَرِ مُحَرَّكَةً i. e. Abus sefer cum vocali.

807. Certis nominibus certa praenomina praemittere nonnullis familiis in usu fuisse videtur. Nam quicunque Mohallebidae nomen أَبُو عُيَيْنَةَ haberent, iis praenomen أَبُو ٱلْمِنْهَالِ fuisse, quicunque Sedûssitae vero nomen أَبُو رُهْمٍ haberent, iis praenomen أَبُو مُحَمَّدٍ fuisse, perhibet Isfahânensis in Kitâb el agâni, art. Abu ojeina ben mohammed. Vide par. 802.

Porro praenomen أَبُو سُلَيْمَانَ frequenter nomini دَاوُدَ praemittitur, Ebn challik. nro. 222—24; praenomen أَبُو يُوسُفَ nomini يَعْقُوبَ ibid. nro. 833—42; praenomen أَبُو ٱلْحَسَنِ nomini عَلِيٍّ ib. nro. 437—449; praenomen أَبُو بَكْرٍ et أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ nomini مُحَمَّدٍ ib. nro. 651—663.

808. Quum praenomina أَبُو عَلِيٍّ Abu ali, أُمُّ جَعْفَرٍ Omm dschaafar, ad verbum significent: *pater Alii, mater Dschaafari*, atque sic cetera patrem vel matrem cuiusdam hominis significare videantur, plerique haec praenomina patrum a nominibus filiorum vel filiarum, primo genitorum inprimis, ita ducta esse dicunt, ut homo, qui Dschaafarum filium haberet, praenomen Abu dschaafari acciperet.

Sed saepe etiam parvulis, quin recens natis, praenomina imponebantur. Quemadmodum Ebn challikân in lexico biographico Ebn abbâdum, wesirum sultanorum Buweihidarum doctissimum, filio cuiusdam Alidae recens nato nomen Alii, praenomenque Abul hassani, imposuisse perhibet; art. Essâcheb ebn abbâd; cod. Berol. maior.

Atque multa praenomina non ad filios, sed ad homines alios, vel certas res, respexisse traduntur. Omar ben el chattâb, chalîfa, praenomen أَبُو حَفْصٍ Abu hafs habuit. Quod a vocabulo حَفْصٌ *catulus leonis* ductum, atque Omaro a Mohammede impositum tradit Fîrûsâbâdensis pag. 862. Ammâr, poeta Arabs, uxori praenomen أُمُّ عَمَّارٍ *Omm ammâr* imposuit; Agân. art. Ammâr ben amr dsû kenâs. Conferendi sunt Wüstenfeldi liber concinnitatis nominum, pag. 30. et Kosegartenii commentatio de praenominibus Arabum, in ephemerid. Gotting. oriental. 1837. part. sec.

809. Praeter praenomina illa ex vocabulo أَبُو ac nomine quodam viri vel feminae composita par. 804. etiam alia usurpantur, ex أَبُو ac nomine quodam appellativo, eoque potissimum plurali, composita. Ex quo genere sunt: أَبُو ٱلْفُتُوحِ Abul futûch i. e. pater victoriarum, Ebn challik. nro. 89. أَبُو ٱلسَّعَادَاتِ Abus seâdât i. e. pater felicitatum nro. 91. أَبُو ٱلْغَارَاتِ Abul gârât i. e. pater expeditionum nro. 310. أَبُو ٱلْمَعَالِي Abul meâli i. e. pater celsitudinum nro. 429. أَبُو ٱلْبَرَكَاتِ Abul berekât i. e. pater benedictionum nro. 564. أَبُو ٱلْمَحَاسِنِ Abul mehâssin i. e. pater virtutum nro. 852. أَبُو ٱلْفَوَارِسِ Abul fewâris i. e. pater equitum nro. 257.

810. Interdum fiebat, ut idem homo praenominibus duobus vel pluribus uteretur. Ita El katari ben el fudschâa, Châredschitarum dux, tempore belli praenomine أَبُو نَعَامَةَ *Abu naâma* utebatur, tempore pacis vero praenomine أَبُو مُحَمَّدٍ *Abu mohammed;* Harîri pag. 57.

Femina, quae praenomen habebat أُمّ هَاشِمٍ Omm hâschem, quum filium peperisset, qui Châled vocatus est, pro illo praenomine substituit praenomen أُمّ خَالِدٍ Omm châled; Agân. art. Châled et Ramla.

811. Ex vocabulo أَبُو vel أُمّ atque alio nomine appellativo finguntur etiam nomina appellativa tropica, et maxime quidem animalium nomina, quibus sermo quum poeticus, tum iocosus popularisque, inprimis utitur. Ex quo genere sunt: أَبُو بَرَصٍ pater leprae i. e. lacerta, أَبُو غَزْوَانٍ pater hostilitatis i. e. felis, أَبُو ٱلْأَبْيَضِ pater albi i. e. lac, أُمّ ٱلزَّأْرِ mater rugitus i. e. leaena, أُمّ قَمْلٍ mater pediculorum i. e. vultur, أُمّ ٱلْقِرَى mater hospitalitatis i. e. ignis; Freytag lex. arab. tom. 1. pag. 7. 54. Confer par. 820.

3. *Cognomen sive* لَقَبٌ

812. Praeter nomen ac praenomen Arabibus multis etiam cognomen لَقَبٌ indebatur, quod figuram hominis, vel eius mores, vel rem ab eo gestam, spectaret.

Alia cognomina sunt simplicia, ut ٱلْأَخْطَل El achtal i. e. nugator, ٱلْفَرَزْدَق El farasdak i. e. panis incoctus, par. 10. Si ipsum nomen simplex est, ut زَيْدٌ Seid, atque etiam cognomen simplex est, ut كُرْزٌ pera, tum ad nomen adiungi potest cognomen in genitivo positum, ut زَيْدُ كُرْزٍ Seidus perae. Quod facere non licet, si nomen aut compositum, aut articulo munitum est; igitur ponitur ٱلْحَارِثُ كُرْزٌ El hâreth pera; Sacy gr. tom. 2. par. 109. Alfiyya pag. 15.

Alia cognomina sunt composita, ut تَأَبَّطَ شَرًّا i. e. portat malum par. 8. et مُلَاعِبُ ٱلْأَسِنَّةِ i. e. ludens cuspidibus, Kâm. pag. 156. Cognomina himiarica multa vocabulum ذُو *praeditus* continent, ut ذُو ٱلْكَلَاعِ ذُو ظُلَيْمٍ حَوْشَبُ بْنُ طَخْمَةَ et سُمَيْفَعُ بْنُ نَاكُورٍ par. 802. Kâm. pag. 1086. 1658. Taberistan. annal. vol. 1. pag. 216.

813. Poetae satis multi a vocabulo quodam, quo in quodam versiculo usi erant, cognomen acceperunt. Ita Moâwija ben mâlek vocatus est مُعَوِّدُ ٱلْحُكَمَآءِ assuefaciens sapientes, quia in quodam versiculo dixerat:

أُعَوِّدُ مِثْلَهَا ٱلْحُكَمَآءَ بَعْدِى i. e. assuefaciam ad talem sapientes post me; Kâm. pag. 396. 1265. Hamâs. pag. 420. Sacy anthol. pag. 460.

814. Moslemi clariores, tum viri docti, tum principes atque imperatores, cognomina splendida accipiebant, aut reverentiam Dei, aut rerum sacrarum vel publicarum procurationem spectantia. Ex quo genere sunt chalifarum cognomina religiosa, ut ٱلْمُتَوَكِّلُ عَلَى ٱللّٰهِ El motewekkil alalla i. e. confidens Deo, ٱلطَّائِعُ لِلّٰهِ Ettäi lilla i. e. obediens Deo, ٱلنَّاصِرُ لِدِينِ ٱللّٰهِ Ennâsir lidinilla i. e. patrocinans religioni Dei; porro cognomina principum; صَلَاحُ ٱلدِّينِ Salâch eddîn i. e. salus religionis, فَخْرُ ٱلدِّينِ Fachr eddîn i. e. gloria religionis, شَرَفُ ٱلدَّوْلَةِ Scheref eddaula i. e. honor regni, رُكْنُ ٱلدَّوْلَةِ Rokn eddaula i. e. columen regni, atque cognomen viri docti حُجَّةُ ٱلْإِسْلَامِ Hoddschet el islâm i. e. demonstratio islamismi; Sacy chrest. tom. 1. pag. 448. Rarius fiebat, ut pluribus cognominibus homo uteretur; Ebn challik. nro. 599. 723.

Pro cognominibus integris, quae vocabulum ٱلدِّين continent, passim primum tantum cognominis vocabulum, articulo instructum, ponitur. Itaque pro عَلَاءُ ٱلدِّين Alâ eddîn i. e. excelsitas religionis, حُسَامُ ٱلدِّين Hussâm eddîn i. e. ensis religionis, passim ponuntur ٱلْعَلَاءُ El alâ, et ٱلْحُسَامُ El hussâm; Sacy chrest. tom. 1. pag. 448.

815. Feminis quoque nonnullis cognomina imposita sunt. Uxor Hârûni, chalifae Abbâssidae, quae nomen habebat أَمَةُ ٱلْعَزِيز Amat el asìs, propter venustatem cognomine appellata est Sobeida زُبَيْدَة i. e. spumiola; Ebn challik. nro. 241.

4. *Patronymicum.*

816. Ad nomen ٱسْمٌ viri adiicitur patronymicum, i. e. additur, eum fuisse ٱبْنُ فُلَان filium certi hominis.

Sed pro ٱبْنُ ponitur بْنُ i. e. vocabulum ٱبْنُ in patronymico inter nomen filii ac nomen patris positum abiicit Elifam weslatam. Quod eum in finem fieri dicunt, ut nomen viri cum vocabulo sequenti ٱبْنُ arctius iungatur; par. 175. art. 2. Sacy anthol. pag. 113.

Porro ipsum nomen viri, quod ante patronymicum ponitur, abiicit Nûnationem. Arabes etiam hoc eum in finem fieri dicunt, ut nomen cum patronymico arctissime coniunctum exhibeatur; Sacy anthol. loc. cit. Atque sic ad extremam nominis vocalem Bâa quiescens, quae sequitur, commodius accedit, syllabam claudens, ut زَيْدُ بْنُ *sei-dub-nu.* Sin ponitur زَيْدٌ بْنُ *sei-dun-bnu*, tum in *bnu* duae consonantes vocalem syllabae praecedunt; quod sermo arabicus non fert; par. 194.

Itaque nomen cum patronymico sic coniungitur: زَيْدُ بْنُ مُحَمَّد Seid ben mohammed, سَعِيدُ بْنُ أَوْس Saîd ben aus. Atque saepius haec enarratio genealogica ad avum, ac proavum, abavumque, ceterosque maiores clariores producitur, ut خَالِدُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ يَزِيدَ بْنِ أَسَد.

Rarius patronymica significantur nominibus patrum in genitivo adiectis, quemadmodum تَغْلِبُ وَائِل pro تَغْلِبُ بْنُ وَائِل ponitur; Abulfed. histor. anteislam. pag. 144.

817. Pater vel avus in patronymico plerumque solo nomine, vel praenomine, vel cognomine, vel gentilitio, ut in بْنُ أَبِي لَيْلَى ac بْنُ خَالِد significatur; passim vero etiam nominibus pluribus, ut in بْنُ أَبِي يَزِيدَ خَالِد. Nonnunquam homo quidam vulgo *filius Châledi* vocatur, quanquam re vera *nepos Châledi* est. Sunt etiam patronymica a nomine matris ducta, ut اَبْنُ سِيرِينَ Ebn sîrîn, nomen hominis, qui matrem habebat Sîrînam.

818. Ad nomen feminae quoque adiicitur patronymicum, quod plerumque nomen patris continet, ut رَمْلَةُ بِنْتُ ٱلزُّبَيْرِ Ramla bint essobeir i. e. Ramla filia Essobeiri, أُمُّ هَاشِمٍ بِنْتُ هَاشِمٍ Omm hâschem bint hâschem i. e. Omm hâschem, filia Hâschemi. Patronymicum بِنْتُ أُمَيْمَةَ nomen matris continere videtur; nam أُمَيْمَةُ est nomen feminae.

Pro بِنْتُ potius ٱبْنَةُ scribendum esse, quotiescunque nomen in genitivo positum adiiciatur, perhibet Sacy gr. tom. 1. par. 933. Sed in patronymicis, atque etiam alias, ante genitivum frequenter بِنْتُ positum invenitur, ut حَزْمَةُ بِنْتُ قَيْسٍ et بِنْتُ أُمَيْمَةَ Kâm. pag. 1597. 1601.

819. Nonnulla cognomina specie patronymicorum induta sunt, ut اَبْنُ ٱلسِّكِّيتِ Ebn essikkît i. e. filius taciturni, quod cognomen propter taciturnitatem accepit Jussuf ben ishâk, grammaticus clarus; Sacy anthol. pag. 137.

820. Ex اَبْنُ vel بِنْتُ vel أَخُو atque alio nomine etiam nomina appellativa tropica conflantur; par. 811. Ex quo genere sunt اَبْنُ ٱلسَّبِيلِ filius viae i. e. viator, بِنْتُ ٱلْعِنَبِ filia uvae i. e. vinum, أَخُو ٱلْعَيْلَةِ frater paupertatis i. e. pauper.

5. *Gentilitia ac nomina artis, opificii, scholae.*

821. Quomodo gentilitia fingantur, par. 726—755. expositum est. Quae ad nomen viri vel feminae adiiciuntur, maximam partem ducta sunt a nomine tribus, vel familiae, vel avi, ut ٱلتَّمِيمِيُّ ortus tribu Temîm; vel a nomine civitatis vel regionis, ut ٱلْمَوْصِلِيُّ habitans in urbe El maussil; vel a nomine principis, ut ٱلْحُسَامِيُّ i. e. qui ex clientibus Hussâm eddîni

fuit, par. 739; vel a nomine praeceptoris, ut اَلنُّبَاتِيُّ i. e. qui Nobâtam habuit praeceptorem, Kâm. pag. 195; vel a nomine scholae, ut اَلشَّافِعِيُّ i. e. qui ex schola Schafeïtarum fuit.

Ut etiam accuratius gentilitia significentur, nonnunquam nomen primigenium, vel quaedam eius pars, ad ea adiicitur in genitivo positum, ut اَلتَّيْمِيُّ تَيْمِ عَدِيٍّ Teimita, ortus tribu Teim adî, sive tribu Teim ben adî; par. 816. et اَلنَّاصِرِيُّ مُحَمَّدٍ Nâssirianus, qui nominatus est ex Ennâssir mohammed. Plures enim exstiterunt Ennâssiri.

822. Saepe ad nomen viri duo gentilitia adiiciuntur, quorum primum significat tribum, alterum certam illius tribus familiam, ut اَلْقُرَيْشِيُّ اَلْهَاشِمِيُّ ortus tribu Koraisch, et quidem ex familia Hâschem. Si quis ex eo loco, quo sedem fixerat, in alium transmigravit, nonnunquam utramque sedem gentilitiis significant, ut اَلْمَكِّيُّ اَلدِّمَشْقِيُّ i. e. qui primo Mekkae, deinde Damasci habitavit. Tum, qui accuratius scribunt, inter gentilitia illa particulam ثُمَّ *deinde* interponunt, ut اَلْمَكِّيُّ ثُمَّ اَلدِّمَشْقِيُّ Mekkanus, deinde Damascenus; Ennawawi in lib. concinnit. nomin. ed. Wüstenfeld; pag. 32.

823. Nomina artis vel opificii, quae ad nomen viri adiiciuntur, quod formam adtinet, partim sunt gentilitia, ut اَلنَّحْوِيُّ grammaticus, اَلْأَخْبَارِيُّ historicus, اَلْحَرِيرِيُّ sericarius, partim nomina alia, ut اَلْكَاتِبُ scriba, اَلْفَرَّاءُ pellio, اَلزَّيَّاتُ olearius; par. 679. 755.

6. *Nomina servorum, equorum, camelorum, mulorum, gladiorum, loricarum.*

824. Servis atque ancillis ab Arabibus moslemis saepe nomina imponebantur a nominibus hominum ingenuorum diversa, res varias significantia. Plerumque solo nomine أَسْمَرُ significatur servus; interdum additur praenomen vel patronymicum.

Ex illo nominum servilium genere sunt servorum nomina كَافُورٌ i. e. camphora, عَقْعَقٌ i. e. cacumen arenaceum; porro ancillarum nomina

قَلَمٌ i. e. calamus, سُكَّرٌ i. e. saccharum, لَهَبٌ i. e. flamma; Agân. art. Abu schibl. Plura ancillarum nomina sunt pluralia, ut دَنَانِيرُ Denânîr i. e. nummi par. 191. عَسَالِيجُ Assâlîdsch i. e. ramuli, مَصَابِيحُ Messâbîch i. e. lucernae; Agân. art. Abd alla ben el abbâs errabîi.

825. Equis permultis, praesertim praestantioribus, Arabes nomina propria imponebant. Quam ob rem ipsi dicebant: لِكُلِّ فَرَسٍ جَوَادٍ اسْمٌ i. e. cuivis equo praestantiori est nomen; Agân. art. El odeil. Equorum nomina, quorum magnam opiam Fîrûsâbâdensis in Kâmûsso adposuit, quandam equi qualitatem significare solent, ut ذُو ٱللِّمَّةِ iubatus, شَهْبَاءُ cinerea, غَمَامَةٌ nubes. Camelam, cui nomen ضَبَّةٌ Dabba, i. e. lacerta, erat, habuit El achbasch ben kala, Kâm. pag. 115. Canem, cui nomen ٱلْعُبَابُ El obâb i. e. unda, erat, habuit El hâreth ben rebîa; Agân. art. El odeil. Mulam, cui nomen دُلْدُلُ Duldul, i. e. erinaceus, erat, habuit Mohammed. Nomina gladiorum sunt عَطْشَانُ i. e. sitiens, ٱلْعَابِسُ i. e. austerus, لِسَانُ ٱلْكَلْبِ i. e. lingua canis, ضِرْسُ ٱلْعَيْرِ i. e. dens onagri. Quinque loricarum, quas Amriulkais habebat, nomina adposuit Isfahânensis, Agân. art. ٱلسَّمَوْءَلُ بْنُ عَادِيَاءَ.

Caput decimum.

De adiectivis comparativis ac superlativis.

826. Adiectiva comparativa finguntur, quae forma أَفْعَلُ ac fem. فُعْلَى induta sunt, atque igitur, quod litteras adtinet, ab ipsa radice trilittera ducuntur, quod vero significationem adtinet, adiectivis positivis variarum formarum, rariusque substantivis, respondent, sive significationem primae formae verbi referunt; par. 687. art. 2. Quorum exempla sunt خَشِنٌ asper, أَخْشَنُ خُشْنَى asperior, كَبِيرٌ magnus, أَكْبَرُ كُبْرَى maior, رَؤُوفٌ clemens, أَرْأَفُ رُؤْفَى clementior, دَقٌّ tenuis, أَدَقُّ دُقَّى tenuior, حُلْوٌ dulcis, أَحْلَى حُلْوَى dulcior, عَلِيٌّ altus, أَعْلَى عُلْيَا altior, شَاعِرٌ poeta, أَشْعَرُ poeta praestantior, لِصٌّ latro, أَلَصُّ latro malitiosior.

Quum ab ipsa radice adiectivum comparativum ducatur, adiectiva plura, quae ex eadem radice fluxerunt, uno eodemque adiectivo comparativo utuntur; quemadmodum عَالِمٌ *noscens* et عَلِيمٌ *gnarus* nonnisi unum idemque comparativum أَعْلَمُ habent.

Comparativum masculinum أَفْعَلُ plurali sano أَفْعَلُونَ atque etiam plurali fracto أَفَاعِلُ utitur; femininum فُعْلَى plurali sano فُعْلَيَاتٌ ac plurali fracto فُعَلٌ utitur; Sacy gr. tom. 2. par. 513.

827. Comparativum masculinum أَفْعَلُ quum attributi, tum praedicati, munere par. 629. fungens non modo subiectum masculinum singulare respicit, sed saepe etiam subiectum femininum, vel plurale, quasi hoc comparativum generis neutrius sit, atque: *aliquid excellentius*, *aliquid vilius*, significet.

Atque ita quidem ad femininum forma masculina أَفْعَلُ respicere potest, ubicunque ipsa articulo non definita ponitur, quasi laxiori modo cum subiecto feminino coniuncta, id est:

1. attributum feminini indefiniti, ut اِمْرَأَةٌ أَحْسَنُ مِنْ اِبْنَتِهَا femina pulchrior quam eius filia; فَإِذَا أَنَا بِعَشْرٍ أَفْضَلَ مِنَ ٱلْأُوَلِ عَلَيْهِنَّ ٱلْوَشْيُ وَٱلْحُلَى i. e. tum conspexi decem (puellas), quae praestantiores erant quam quae primae comparuerant, decoratae coloribus ac mundo; Agân. art. Hassân ben thâbet et Dschabala ben el aiham.

2. praedicatum subiecti feminini vel pluralis, ut هِيَ أَكْبَرُ haec est maior, هِيَ أَكْبَرُ مِنْهَا haec est maior quam illa, هُمْ أَعْرَفُ بِهَا مِنِّي hi sunt peritiores illius rei quam ego; Agân. art. El hasîn.

3. praemissum genitivo speciei feminino, ut أَفْضَلُ اِمْرَأَةٍ praestantior feminae i. e. femina praestantior, أَتَمُّ ٱلرِّوَايَاتِ plenior narrationum i. e. narratio plenior. Quod comparativum praemissum et *subiectum* esse potest, ut in وَأَتَمُّ ٱلرِّوَايَاتِ فِي كِتَابِ ٱلزِّيَّاتِ narratio plenior exstat in libro Essajjâti, et *praedicatum*, ut in وَهُوَ أَتَمُّ ٱلرِّوَايَاتِ haec vero est narratio plenior; Agân. art. Oweif.

Si genitivus speciei femininus articulo definitus est, tum etiam com-

parativo feminino uti licet, ut in هِيَ كُبْرَى ٱلرِّحَلَاتِ haec est maior peregrinationum i. e. peregrinatio maior.

828. Comparativum femininum فُعْلَى non ponitur nisi **articulo definitum**, quasi arctius cum subiecto feminino coniunctum, id est:

1. attributum, ut ٱلرِّحْلَةُ ٱلْكُبْرَى peregrinatio maior.
2. praedicatum, ut هِيَ ٱلْكُبْرَى haec ea est, quae maior est.

Confer Sacy gr. tom. 2. par. 509—514. anthol. pag. 81. Ewald par. 689. 690.

829. Adiectivum comparativum أَفْعَلُ فُعْلَى non ducitur a verbis كَانَ صَارَ مَاتَ aliisve huius generis, neque a radicibus quadrilitteris, neque ab iis verbis, quae adiectivum positivum أَفْعَلُ فَعْلَاءُ fingunt, ut أَحْمَرُ rubicundus, حَمْرَآءُ rubicunda, neque a verbi trilitteri forma secunda, tertia, ceterisve, quae sequuntur. Quorum vocabulorum adiectiva comparativa quomodo significentur, dictum est par. 687. art. 2. Confer Sacy gr. tom. 2. par. 509. not.

830. Pro adiectivo comparativo interdum more simpliciori, quo sermo hebraeus utitur, ponuntur adiectiva positiva cum praepositione مِنْ *prae* adiecta. Ita prae ceteris ponuntur adiectiva formae أَفْعَلُ فَعْلَاءُ positiva par. 687. art. 1. ut أَسْوَدُ مِنَ ٱلظُّلَمِ niger prae caliginibus i. e. nigrior quam caligines, Sacy anthol. pag. 74. 75. et مِنْ ظُلْمَةِ ٱلْحِقْدِ أَكْلَفُ prae caligine malevolentiae luridus i. e. luridior quam caligo malevolentiae; Weyers Ibn khacan pag. 35. 120. Porro adiectiva خَيْرٌ bonus, شَرٌّ malus, ita ponuntur; ut in فَوَٱللّٰهِ لَأَبِي خَيْرٌ مِنْ أَبِيهِ وَأُمِّي خَيْرٌ مِنْ أُمِّهِ i. e. atqui, per Deum, sane pater meus praestantior est quam pater eius, materque mea praestantior est quam mater eius; Agân. art. Ebn mofarrig; Sacy anthol. pag. 80. Haec adiectiva quasi substantiva neutra i. e. *aliquid bonum*, *aliquid malum*, significare videntur; Sacy gr. tom. 2. par. 420.

De superlativo.

831. Formam adiectivi superlativi propriam sermo arabicus non introduxit, sed adiectivum illud modis variis significat, id est:

1. comparativo, cui articulus adiicitur, هُوَ ٱلْأَحْسَن hoc est optimum, هَذِهِ ٱلْكُبْرَى haec est maxima; quemadmodum gallice ponitur: *le meilleur.*

2. comparativo, cui genitivus speciei adiicitur, ut هُوَ أَعْلَمُ ٱلنَّاسِ hic est doctissimus hominum, أَشَدُّ مَا يَكُون gravissimum eius quod fiat i. e. gravissimum omnium quaecunque fieri possunt; Kosegarten chrest. ar. pag. 88.

3. rarius positivo, cui articulus adiicitur, ut ٱلصَّغِيرُ مِنْهُمْ minimus ex iis; Abulfed. anteislam. pag. 162.

4. locutione مَا شِئْتَ مِنْ quid velis de; ut رَجُلٌ مَا شِئْتَ مِنْ رَجُلٍ عَقْلًا وَنُبْلًا homo, quid velis de homine, quod adtinet ingenium ac sagacitatem i. e. homo sagacitate quantalibet praeditus; Agân. art. Essobeir ben dachmân.

Caput undecimum.

De genere nominum masculino et feminino.

832. Nomina masculina grammatici ea vocant, quibus attributa ac praedicata masculina adponuntur, par. 629. feminina, quibus attributa ac praedicata feminina adponuntur. Masculina pleraque certis terminationibus clauduntur, masculinorum propriis; sunt vero etiam nomina nonnulla, his terminationibus masculinis quidem clausa, sed tamen propter ipsorum significationem in numerum femininorum recepta, ut أُمٌّ mater. Feminina quoque pleraque certis terminationibus clauduntur, femininorum propriis; sunt vero etiam nonnulla, his terminationibus femininis quidem clausa, sed tamen propter ipsorum significationem in numerum masculinorum recepta, ut خَلِيفَةٌ chalifa. Masculinum Arabes مُذَكَّرٌ vocant, femininum مُؤَنَّثٌ vel تَأْنِيثٌ.

1. *Nomina terminationibus masculinis clausa.*

833. Terminationes masculinae sunt:

1. littera radicalis, ut in عَبْدٌ servus, جَمْعٌ collectio.

2. syllabae ....ان ....ون ....ين ad radicem adiectae, ut in عُرْيَانٌ nudus, غُلْوَانٌ intemperies; par. 719.

3. syllaba ....ىٌّ ad radicem adiecta, ut in عَرَبِيٌّ arabicus; par. 726.

4. syllaba نٍّ ad radicem adiecta, ut in عَفَرْنًى robustus; par. 718.

Quaecunque nomina his terminationibus clauduntur, ea in universum masculina esse existimanda sunt.

834. Hanc regulam vero non sequuntur certae nominum classes, quae, quamquam terminatione masculina utuntur, tamen feminina sunt, quibusque igitur attributa ac praedicata feminina adponuntur, ut ٱلْأَرْضُ ٱلْوَاسِعَةُ regio ampla; par. 832. De quibus iam dicendum est.

835. Nomina, quamvis terminationem masculinam exhibentia, feminina sunt quaecunque significant:

1. personas femininas, ut أُمٌّ mater, عَرُوسٌ sponsa, عَجُوزٌ vetula; nomina propria feminarum, ut هِنْدٌ Hinda, سُعَادُ Soâda; praedicata naturae feminarum propria, ut حَامِلٌ gravida, حَائِضٌ menstruans, مُرْضِعٌ lactans, نَاتِقٌ multipara, طَالِقٌ repudiata; Sacy gr. tom. 1. par. 799. Ewald par. 298.

2. regiones ac civitates, ut عُمَانُ Omâna, ٱلْيَمَنُ Jemena, ٱلطَّائِفُ Tâïfa, دِمَشْقُ Damascus.

3. tribus ac gentes, ut تَغْلِبُ tribus Taglebitarum, قَيْسٌ tribus Kaissitarum, مَازِنٌ tribus Mâsenitarum, ٱلْفُرْسُ gens Persarum; Sacy gr. tom. 2. par. 393.

4. ventos, i. e. vocabula رِيحٌ ventus, جَنُوبٌ auster, حَرُورٌ ventus fervens nocturnus, دَبُورٌ zephyrus, سَمُومٌ ventus fervens diurnus, شَمَالٌ boreas, صَبًا eurus, قَبُولٌ eurus, نَسِيمٌ aura matutina.

5. membra corporis, quae gemina exstant, i. e. vocabula أُذُنٌ auris, بِنْصِرٌ digitus annularis, خِنْصِرٌ digitus medius, ذِرَاعٌ brachium, رِجْلٌ pes, زَنْدٌ os brachii, سَاقٌ crus, عَضُدٌ lacertus, عَيْنٌ oculus, فَخِذٌ femur, قَدَمٌ pes, كَتِفٌ scapula, كَفٌّ vola, وَرِكٌ coxa, يَدٌ manus.

6. vocabula quaevis, si in dissertatione grammatica de iis agitur, ut: كَانَ i. e. verbum كَانَ atque أَنَّ i. e. particula أَنَّ. Respicitur fortasse nomen femininum كَلِمَةٌ *vocabulum;* Sacy par. 802.

836. Praeterea nomina haec, terminationem masculinam exhibentia, feminina esse censentur:

أَرْضٌ terra	* دِرْعٌ lorica	شَعُوبُ nex	* قَوْسٌ arcus
أَرْنَبٌ lepus	* دَلْوٌ situla	شَمْسٌ sol	كَأْسٌ calix
اِسْتٌ podex	ذُكَاءُ sol	ضَبُعٌ hyaena	* كَبِدٌ iecur
أَفْعَى vipera	ذَنُوبٌ amphora	* ضَرَبٌ mel	كَرِشٌ ventriculus
* آلٌ vapor	ذَوْدٌ armentum	ضِلْعٌ costa	لَظَى flamma
بِئْرٌ puteus	* ذَهَبٌ aurum	طَاغُوتٌ idolum	مِلْحٌ sal
ثُعْبَانٌ draco	رَحًى mola	عَرُوضٌ metrum	مَنْجَنُونٌ trochlea
ثَعْلَبٌ vulpes	رَكِيٌّ cisterna	عَصًا scipio	* مَنْجَنِيقٌ machina
جَحِيمٌ orcus	* رُوحٌ anima	* عَنْكَبُوتٌ aranea	* مُوسَى novacula
جَهَنَّمُ gehenna	سَتَهٌ podex	غُولٌ daemon	* نَارٌ ignis
* حَرْبٌ bellum	* سَرَاوِيلُ braccae	فَأْسٌ ascia	نَعْلٌ calceus
حَضَاجِرُ hyaena	سَعِيرٌ orcus	* فِرْدَوْسٌ hortus	نَفْسٌ anima
* خَمْرٌ vinum	سَقَرُ orcus	* فُلْكٌ navis	يَمِينٌ dextra
دَارٌ domus	سِنٌّ dens	* قَلِيبٌ puteus.	

Quibus asteriscus adpositus est, ea nonnulli grammatici Arabes generis utriusque esse existimant. Etiam أَجَأٌ Adscha, nomen montis in finibus Tajjitarum siti, femininum esse a nonnullis censetur. Vocabula سَرَاوِيلُ رَكِيٌّ حَضَاجِرُ pluralia fracta esse, igiturque eam ob causam feminina haberi videntur.

837. Porro sunt nomina terminationem masculinam exhibentia, quae u t r i u s q u e g e n e r i s esse existimantur, igiturque, si substantiva sunt, attributa ac praedicata tum masculina, tum feminina, accipiunt; si vero

adiectiva sunt, subiectis tum masculinis, tum femininis, adponuntur. Quae quidem haec sunt:

1. nomina litterarum, ut أَلِف Elifa, بَآء Bâa; plerumque vero feminina ponuntur; Sacy gr. par. 803.

2. adiectiva فَعُول intransitiva, ut كَذُوب mendax; adiectiva فَعِيل passiva, ut قَتِيل occisus; atque adiectiva مِفْعَال et مِفْعِيل par. 694. 695.

3. adiectiva comparativa أَفْعَل articulo non definita par. 827. atque adiectiva خَيْر bonus, ac شَرّ malus, si comparativum significant, par. 830. Nonnulli etiam adiectiva فَاعِل pro gentilitiis posita par. 755. utriusque generis esse censent; Sacy gr. par. 794.

4. nomina *epicoena* i. e. quae personas ac bestias utriusque sexus significant, ut أَيِّم viduus, vidua, زَوْج maritus, coniux, عَانِس caelebs, non nupta, فَرَس equus, equa, لَيْث leo, leaena. Quae nomina, si personas masculinas significant, masculina sunt; si feminas, feminina.

838. Praeterea nomina haec, terminationem masculinam exhibentia, generis utriusque esse censentur:

إِبْهَام pollex	سَبِيل via	صِرَاط via	عُنُق collum
إِزَار cinctura	سُرًى profectio	صَلَاح integritas	فِهْر lapis
إِصْبَع digitus	سِكِّين culter	صَلِيف collum	قِدْر olla
بَشَر homines	سِلَاح armatura	ضُحًى mane	قَفًا occiput
ثَدْى mamma	سُلْطَان imperium	طَرِيق via	كُرَاع tibia
جَرَاد locusta	سِلْم pax	عَجُز posticum	لِسَان lingua
جَنَاح ala	سُلَّم scala	عُرْس nuptiae	لَيْل nox
حَال status	سَمَآء coelum	عَسَل mel	مِسْك moschus
حَانُوت taberna	سُوق forum	عُقَاب aquila	مِعًى intestinum
خِرْنِق lepusculus	شَعِير hordeum	عَقِب calx	نَحْل apis
رَحِم uterus	صَاع modius	عَقْرَب scorpio	نَخْل palmetum

839. Nomina collectiva par. 769. si pluralia significant, feminina sunt, par. 640. art. 4. par. 642; si singularia significant, masculina sunt; Sacy gr. tom. 1. par. 805; tom. 2. par. 390.

2. *Nomina terminationibus femininis clausa.*

840. Terminationes femininae, quae ad radicem adiiciuntur, hae sunt:

1. syllaba ـَةٌ.... ut in مَلِكَةٌ regina, par. 629. Pro فَتَيَةٌ *puella* ex euphoniae lege فَتَاةٌ ponitur, par. 293. art. 1. par. 715. Pro اِبْنَةٌ *filia* frequenter بِنْتٌ ponitur; par. 648. 786. 818. Pro أَخَوَةٌ *soror* semper أُخْتٌ ponitur. Quas formas breviores frequens horum vocabulorum usus commendasse videtur; Ewald par. 409.

2. syllaba ـَى.... ut in سَكْرَى ebria, ذِكْرَى memoria; par. 708.

3. syllaba ـَآءٌ.... ut in زَرْقَآءُ caerulea, نَافِقَآءُ foramen; par. 710.

4. syllabae ـُوتٌ.... ـُوَّى.... ـَاةٌ.... ut in رَغَبُوتٌ propensio, عِرْقَاةٌ radix; par. 714 — 716.

Quaecunque nomina his terminationibus clauduntur, ea in universum feminina esse existimanda sunt. Ab Arabibus haec feminina مُؤَنَّثٌ لَفْظِيٌّ *femininum vocale* i. e. ipsa pronuntiatione significatum, vocatur. Quae vero feminina terminationem femininam non exhibent, par. 835. ea مُؤَنَّثٌ مَعْنَوِيٌّ *femininum significativum* vocatur; Sacy gr. par. 806.

841. Hanc regulam vero non sequuntur nomina plura, quae, quamvis terminatione feminina utuntur, tamen propter ipsorum significationem masculina esse existimantur, id est nomina illa, quae primitus fortasse nomen abstractum significarunt, deinde vero ad significandas personas masculinas traducta sunt, ut رَاوِيَةٌ recitator, خَلِيفَةٌ chalîfa, عَلَّامَةٌ perdoctus; par. 640. art. 5. Ponuntur igitur رَاوِيَةٌ عَالِمٌ recitator doctus, et رَجُلٌ ضُحَكَةٌ homo risor.

842. Nomina utriusque generis sunt adiectiva فُعَلَةٌ فُعُولَةٌ مِفْعَلَةٌ ut ضُحَكَةٌ risor, كَذُوبَةٌ mendax; in quorum numerum nonnulli etiam

adiectiva فَعَّالَةٌ et فَعَّالَةٌ referunt; Sacy gr. par. 813. Ponuntur igitur رَجُلٌ كَذُوبَةٌ vir mendax, et اِمْرَأَةٌ كَذُوبَةٌ mulier mendax.

843. Quod nomen femininum personam sive bestiam feminam significat, ut *puella, equa*, id ab Arabibus مُؤَنَّثٌ حَقِيقِيٌّ *femininum verum* i. e. cuius sexum ipsa natura demonstrat, vocatur. Quod nomen femininum vero rem inanimatam, ut membrum, instrumentum, civitatem, ventum, sive actionem vel conditionem, nomen actionis singulae, nomen unitatis, nomen abstracti, vel plurale fractum, significat, id ab Arabibus مُؤَنَّثٌ غَيْرُ حَقِيقِيٍّ *femininum non verum*, sive مُؤَنَّثٌ مَجَازِيٌّ *femininum tropicum* vocatur, quoniam his rebus sexus femineus non tribuitur, nisi quia iis quaedam similitudo cum animantibus femineis intercedere videbatur; par. 640. 642. Sacy gr. tom. 1. par. 806. tom. 2. par. 382. Ewald gr. par. 292. 295.

844. Pro adiectivis nostris neutris Arabes modo adiectivum masculinum ponunt, ut اَلْمَعْرُوفُ decorum, اَلشَّرُّ malum, par. 830. modo adiectivum femininum, ut اَلْفَاحِشَاتُ turpia; par. 640. art. 2.

3. *Declinatio masculini in femininum.*

845. Quum certae masculinorum formae certas femininorum formas sibi adiungere soleant, de hac necessitudine, quae certis masculinis cum certis femininis intercedit, iam dicendum est.

846. Pleraque masculina, tum substantiva, tum adiectiva, si in femininum deflectuntur, terminationem femininam in ةٌ.... desinentem arripiunt; par. 354. 840. Ponuntur igitur جَدٌّ avus, جَدَّةٌ avia, عَمٌّ patruus عَمَّةٌ amita, بَغْلٌ mulus, بَغْلَةٌ mula, فِيلٌ elephantus, فِيلَةٌ elephanta, فَرِحٌ laetus, فَرِحَةٌ laeta, فَتًى adolescentulus, فَتَاةٌ adolescentula, عَمٍ caecus, عَمِيَةٌ caeca; par. 293. art. 1. 5. 7.

Vocabula اِبْنٌ filius, أَخٌ frater, utuntur femininis أُخْتٌ بِنْتٌ اِبْنَةٌ par. 647. 840. art. 1.

847. Adiectivum positivum أَفْعَلُ utitur feminino فَعْلَاءُ par. 687. art. 1.

Adiectivum comparativum أَفْعَلُ utitur feminino فُعْلَى par. 687. art. 2. Sunt etiam feminina فُعْلَى nonnulla, quae, quod significationem adtinet,

potius positiva, quam comparativa dici possunt, ut أُنْثَى feminea, يُمْنَى dextra, يُسْرَى laeva. Numerale ordinale أَوَّلُ *primus*, quod pro أَوْأَلُ poni dicunt, feminino أُولَى *prima* utitur; numerale cardinale أَحَدٌ *unus* feminino إِحْدَى *una*.

Adiectivum فَعْلَانُ feminino فَعْلَى utitur; par. 719. Adiectivum فَعْلَانٌ et فُعْلَانٌ vero, nunatione praeditum, declinatur in femininum فَعْلَانَةٌ فُعْلَانَةٌ.

848. Adiectivum فَعُولٌ intransitivum, ut كَذُوبٌ mendax, etiam pro feminino ponitur. Adiectivum فَعُولٌ passivum vero, ut رَسُولٌ missus, in femininum فَعُولَةٌ declinatur, i. e. رَسُولَةٌ missa.

Adiectivum فَعِيلٌ passivum, ut قَتِيلٌ occisus, etiam pro feminino ponitur. Adiectivum فَعِيلٌ intransitivum, ut عَظِيمٌ magnus, in femininum فَعِيلَةٌ declinatur, i. e. عَظِيمَةٌ magna, par. 837. Sacy gr. tom. 1. par. 812; tom. 2. par. 462. 463.

Si substantivum femininum omissum est, tum etiam adiectivum فَعِيلٌ passivum in femininum فَعِيلَةٌ declinatur, quemadmodum pro أَمْرَأَةٌ قَتِيلٌ femina occisa, ponitur قَتِيلَةٌ quaedam occisa.

849. Adiectiva مِفْعَالٌ et مِفْعِيلٌ etiam pro feminino ponuntur, ut مِحْرَابٌ bellator, مِسْكِينٌ pauperculus; par. 694. 695. 837. Passim etiam feminino مِسْكِينَةٌ *paupercula* utuntur.

Adiectivum comparativum أَفْعَلُ articulo non definitum, atque adiectiva خَيْرٌ bonus, شَرٌّ malus, si comparativum significant, etiam pro feminino ponuntur; par. 827. 830.

850. Adiectiva حَامِلٌ gravida, حَايِضٌ menstruans, مُرْضِعٌ lactans, طَالِقٌ repudiata, praedicatum naturae femineae proprium significantia plerumque sine terminatione feminina comparent, par. 835. Rarius حَامِلَةٌ طَالِقَةٌ posita inveniuntur; Sacy gr. par. 799. not. Kâm. pag. 1305.

851. Nomina epicoena فَرَسٌ equus, زَوْجٌ maritus, etiam feminina i. e. equam, coniugem, significant; par. 837. Sed ipsa in formas quoque femininas فَرَسَةٌ equa, زَوْجَةٌ coniux, declinantur; Kâm.

Ad pleraque animalium nomina epicoena, si sexus distinguendus est, adiiciuntur vocabula ذَكَرٌ mas, أُنْثَى femina; ut حَمَامَةٌ ذَكَرٌ columba mascula; Sacy anthol. pag. 290.

Caput duodecimum.

Dualia ac pluralia sana.

852. Nomina arabica, quod ipsorum declinationem in numeros varios adtinet, numero triplici utuntur, i. e. اَلْفَرْدُ sive اَلْمُفْرَدُ singulari, اَلتَّثْنِيَةُ sive اَلْمُثَنَّى duali, اَلْجَمْعُ sive اَلْمُكَثَّرُ plurali; par. 621. Pluralis modo duplici significatur, sano et fracto, par. 859.

1. *Dualia.*

853. In numerum dualem nomina arabica quaevis declinantur terminatione ....انِ ad extremam vocabuli consonantem adiecta, ut عَبْدٌ servus, عَبْدَانِ servi duo, مُسْتَنْصِرٌ implorans, مُسْتَنْصِرَانِ implorantes duo, دَلْوٌ urna, دَلْوَانِ urnae duae, ظَبْيٌ dorcas, ظَبْيَانِ dorcades duae; par. 244. art. 2. par. 275. art. 2.

Feminina in ....ةٌ desinentia litteram ة in duali, propter terminationem ....انِ adiiciendam, in Tâam convertunt, par. 31. 66. Ponuntur igitur أُمَّةٌ gens, أُمَّتَانِ gentes duae, ضَرْبَةٌ ictus, ضَرْبَتَانِ ictus duo, عَمِيَةٌ caeca, عَمِيَتَانِ caecae duae.

854. Nomen in Hamsam radicalem desinens, ut عِبْءٌ onus, قَرَّآءٌ lector, قِرَآءَةٌ lectio, in duali Hamsam illam retinet. Ponuntur igitur عِبْآنِ onera duo, قَرَّآءَانِ lectores duo, قِرَآءَتَانِ lectiones duae.

Nomini in Hamsam non radicalem desinenti, quae Wâwae vel Jâae radicalis locum tenet, ut in رِدَآءٌ amiculum, par. 268. 299. vel ad radicem adiecta est, ut in حِرْبَآءٌ chamaeleon, in duali Hamsam illam tum reti-

nere, tum in Wâwam convertere licet, par. 235. Ponuntur igitur رِدَآءَانِ et رِدَاوَانِ amicula duo, حِرْبَآءَانِ et حِرْبَاوَانِ chamaeleones duo.

Adiectivum femininum فَعْلَآءُ vero, par. 687. art. 1. semper Hamsam in Wâwam convertit. Ponuntur igitur حَمْرَآءُ rubicunda, حَمْرَاوَانِ rubicundae duae.

Forma rarior est خَضْرَاوَتَانِ pro خَضْرَاوَانِ duae virides, quam Dijârbekrensis posuit; Platen occisio Omari chalîfae, pag. 25.

855. Nomen in Elifam brevem desinens, quae Wâwam vel Jâam absorbuit, par. 262. art. 1. par. 293. art. 1. ut عَصًا scipio, فَتًى iuvenis, ذِكْرَى commemoratio, Wâwam illam, vel Jâam, primitivam ante terminationem dualis restituit, par. 244. art. 5. a. par. 275. art. 5. a. Ponuntur igitur عَصَوَانِ scipiones duo, فَتَيَانِ iuvenes duo, ذِكْرَيَانِ commemorationes duae.

Quodvis nomen vero supra litteras tres continens, tertiamque radicalem Wâwam habens, ut, quod a رَضُوَ ductum est, participium مُرْضًى approbatus, par. 94. art. 2. etiam in duali pro Wâwa ponit Jâam, i. e. مُرْضَيَانِ.

856. Nomen in ....وٌ ....وٍ ....يٌ ....يٍ desinens, quod pro his terminationibus syllabam .... *in* substituit, quemadmodum pro غَازِوٌ vel غَازِيٌ bellator, تَرَضُّوٌ vel تَرَضُّيٌ placatio, قَاضِيٌ iudex, تَمَنِّيٌ optatio, iam غَازٍ تَرَضٍّ قَاضٍ تَمَنٍّ scribuntur, par. 262. art. 2. 5; par. 293. art. 2. 5. in duali Jâam abiectam restituit. Ponuntur igitur قَاضِيَانِ تَرَضِّيَانِ غَازِيَانِ تَمَنِّيَانِ.

857. Nomina attrita أَبٌ pater, أَخٌ frater, par. 647. dualibus أَبَوَانِ أَخَوَانِ utuntur, Wâwam, quae abiecta erat, restituentibus.

Sed nomina attrita يَدٌ manus, اِبْنٌ filius, اِسْمٌ nomen, اِسْتٌ podex, اِثْنٌ duo, par. 648. utuntur dualibus solito more fictis يَدَانِ اِبْنَانِ اِسْمَانِ اِسْتَانِ اِثْنَانِ.

858. **Nomina attrita feminina** par. 656. ut شَفَةٌ labium, أَمَةٌ ancilla, سَنَةٌ annus, utuntur dualibus solito modo fictis شَفَتَانِ أَمَتَانِ سَنَتَانِ.

2. *Pluralia sana masculina.*

859. Nomen plurale **sanum** جَمْعٌ سَالِمٌ vel جَمْعٌ صَحِيحٌ id Arabes vocant, quod singularis consonantes vocalesque integras retinet, iisque terminationem pluralis propriam adiicit. Quam ob rem hoc plurale etiam جَمْعٌ عَلَى هِجَآءَيْنِ *plurale per duas litteras* effectum vocant.

Nomen plurale **fractum** جَمْعٌ مُكَسَّرٌ sive جَمْعُ ٱلتَّكْسِيرِ id Arabes vocant, quod singularis formam quasi frangit, vocalibus potissimum singularis mutatis, terminationem pluralis sani propriam vero non adiicit. De quibus pluralibus capite quinto decimo dicetur.

860. In plurale sanum masculinum nomina declinantur terminatione ...ونَ *ûna* ad extremam vocabuli consonantem adiecta, ut بَوَّابٌ ianitor, بَوَّابُونَ ianitores, مُسْلِمٌ moslemus, مُسْلِمُونَ moslemi, مُقَاتِلٌ dimicans, مُقَاتِلُونَ dimicantes, كُوفِيٌّ Kûfensis, كُوفِيُّونَ Kûfenses, قَرَّآءٌ lector, قَرَّآءُونَ lectores, par. 232.

Terminationem *ûna* pronomini هُمْ *illi* cognatam esse censet Ewaldus, gr. hebr. ed. 2. par. 359.

861. Nomina in Elifam brevem desinentia par. 855. ut مُوسَى Moses, مُبْدًى manifestatus, مُصْطَفًى electus, ex euphoniae regulis pro مُصْطَفَيُونَ مُبْدَيُونَ مُوسَيُونَ ponunt formas contractas مُبْدَوْنَ مُوسَوْنَ مُصْطَفَوْنَ par. 294. art. 3.

862. Nomina in ...ىٌ desinentia, quae hanc terminationem in .... *in* contrahunt, par. 856. ut قَاضٍ قَاضِيٌ index, مُبْدٍ مُبْدِيٌ manifestans, ex euphoniae regulis pro قَاضِيُونَ مُبْدِيُونَ ponunt formas contractas قَاضُونَ مُبْدُونَ par. 294. art. 2.

863. Plurali masculino sano inprimis utuntur **adiectiva** homines significantia, quae terminatione ...ةٌ adiecta in femininum declinantur. E quo genere sunt:

1. adiectiva فَعِلٌ omnia, ut فَرِحٌ laetus, طَهِرٌ purus; porro دَهٍ versutus, عَمٍ caecus, quae pro دَهِيٌّ عَمِيٌ ponuntur, igiturque pluralia عَمُونَ دَهُونَ fingunt; par. 862.

2. adiectiva فُعُلٌ فَعْلٌ فَعَلٌ فِعْلٌ plura, ut صَدْقٌ probus, عَبْدٌ servus, مَالٌ opulentus, حَسَنٌ pulcher, Kâm. pag. 490. حُلْوٌ dulcis, غِشٌّ perfidus, قُلٌّ paucus.

3. adiectiva فَعِيلٌ فَعَالٌ فَعْلَانٌ nonnulla, ut نَشِيطٌ alacer, قَلِيلٌ paucus, أَرِيسٌ agricola, مَيِّتٌ mortuus, لَيِّنٌ lenis, مَلَاحٌ venustus, عُرْيَانٌ nudus.

4. adiectiva intensiva فَعَّالٌ فُعَّالٌ فِعِّيلٌ فِعَّلٌ plura, ut قَصَّابٌ lanio, مَلَّاحٌ nauta, كُبَّارٌ grandis, ظُرَّافٌ ingeniosus, خِطِّيبٌ procus, خِضَمٌّ liberalis.

5. adiectiva أَفْعَلُ comparativa omnia, ut أَفْضَلُ praestantior. Haec vero etiam plurali fracto أَفَاعِلُ utuntur. Usurpantur igitur pluralia أَفْضَلُونَ et أَفَاضِلُ par. 826. 972.

6. adiectiva gentilitia in ....ِيٌّ desinentia omnia, ut بَغْدَادِيٌّ Bagdâdensis. Haec vero pro plurali etiam femininum singulare in ....يَّةٌ desinens ponunt, atque porro plurali fracto فَعَالِلَةٌ utuntur. Usurpantur igitur tria pluralia بَغْدَادِيُّونَ بَغْدَادِيَّةٌ بَغَادِدَةٌ gr. Sacyan. par. 879. 883.

Nonnulla gentilitia in plurali sano pro terminatione ....ِيُّونَ terminationem contractam ....ُونَ ponunt. Sic ab أَشْعَرِيٌّ Ascharita, أَعْجَمِيٌّ persicus, pluralia أَعْجَمُونَ أَشْعَرُونَ ducuntur; Kâm. pag. 664. Sacy gr. par. 884.

7. participia omnia, ut طَالِبٌ طَالِبُونَ quaerens, مَطْلُوبٌ مَطْلُوبُونَ quaesitus, مُسْتَنْصِرٌ مُسْتَنْصِرُونَ implorans, مُدْنًى مُدْنَوْنَ appropinquatus; par. 861.

864. Porro plurali masculino sano utuntur:

1. substantiva deminutiva homines significantia, رُجَيْلٌ homunculus, مُلَيْكٌ regulus.

2. nomina propria virorum simplicia, ut عُمَرُ Omar, عَمْرٌو Amr, بِشْرٌ Bischr, عُبَيْدٌ Obeid. Excipiuntur quaecunque in ةٌ.... desinunt, ut طَلْحَةُ Talcha, par. 872. art. 4.

3. substantiva nonnulla feminina attrita par. 656. ut مِئَةٌ مِئُونَ centum, إِرَةٌ إِرُونَ focus, سَنَةٌ سَنُونَ annus, كُرَةٌ كُرُونَ globus, ظُبَةٌ ظُبُونَ cuspis. Quae praeterea plerumque etiam pluralibus femininis sanis مِئَاتٌ سَنَوَاتٌ كُرَاتٌ ظُبَاتٌ utuntur, partimque etiam pluralibus fractis, ut مِئًى كُرًى ظُبًى gramm. Sacyan. par. 839.

4. substantiva varia, ut أَبٌ أَبُونَ pater, أَخٌ أَخُونَ frater, اِبْنٌ بَنُونَ filius, أَهْلٌ أَهْلُونَ familia, عَالَمٌ عَالَمُونَ mundus, أَرْضٌ أَرَضُونَ أَرْضُونَ terra. Vocabulum femininum أَرْضٌ etiam plurali feminino sano أَرَضَاتٌ utitur. Praeterea omnia haec substantiva etiam pluralibus fractis utuntur, quae in lexicis adponuntur.

3. *Pluralia sana feminina.*

865. In plurale sanum femininum nomina declinantur terminatione اتٌ.... *âtun* ad extremam vocabuli consonantem adiecta; ut أُمٌّ mater, أُمَّاتٌ matres, كَأْسٌ calix, كَأَسَاتٌ calices, سُعَادُ Soâda, سُعَادَاتٌ Soâdae.

Terminationem اتٌ.... pronomini هُمْ *illi* cognatam esse coniicit Ewaldus, gr. hebr. ed. 2. par. 359. Fürstius vero eam terminationi *âs*, quam pluralia feminina sanscrita habent, cognatam esse censet, gr. aram. par. 182.

866. Feminina in ةٌ.... desinentia hanc terminationem in plurali in اتٌ.... convertunt, ut مَلِكَةٌ مَلِكَاتٌ regina, فَارِحَةٌ فَارِحَاتٌ laeta, عَمِيَةٌ عَمِيَاتٌ caeca, قِرَاءَةٌ قِرَاءَاتٌ lectio.

867. Substantiva feminina فَعْلٌ et فَعْلَةٌ a radicibus sanis ducta in plurali Fatcham tribuunt mediae radicali. Ponuntur igitur دَعْدٌ دَعَدَاتٌ Daada, nomen feminae, قَصْعَةٌ قَصَعَاتٌ scutella. Quam vocalem pronunciationis molliendae causa secundae radicali tributam, etiam pluralia hebraea

feminina huius classis exhibent, ut in מַלְכוֹת מַלְכָּה regina. Passim vero in sermone arabico haec pluralia feminina Sukûnum secundae radicalis retinent.

Substantiva feminina فُعْلٌ et فُعْلَةٌ in plurali Dammam vel Fatcham mediae radicali tribuunt, vel Sukûnum retinent. Ponuntur igitur ظُلْمَةٌ ظُلُمَاتٌ ظُلَمَاتٌ ظُلْمَاتٌ caligo.

Substantiva feminina فِعْلٌ et فِعْلَةٌ in plurali Kesram vel Fatcham mediae radicali tribuunt, vel Sukûnum retinent. Ponuntur igitur هِنْدٌ هِنَدَاتٌ Hinda, سِدْرَةٌ سِدِرَاتٌ سِدَرَاتٌ سِدْرَاتٌ lotus.

Adiectiva feminina فَعْلَةٌ فُعْلَةٌ فِعْلَةٌ in plurali Sukûnum retinent. Ponuntur igitur صَدْقَةٌ صَدْقَاتٌ proba, صُفْرَةٌ صُفْرَاتٌ vacua, رِخْوَةٌ رِخْوَاتٌ tenera. Porro substantiva haec a radicibus infirmis ducta aut Sukûnum retinent, aut pro eo Fatcham substituunt. Ponuntur igitur رِشْوَةٌ رِشْوَاتٌ رِشَوَاتٌ donum, كُلْيَةٌ كُلْيَاتٌ كُلَيَاتٌ ren, دُولَةٌ دُولَاتٌ دُوَلَاتٌ fortuna; Ewald gr. par. 416.

868. Nomen in Hamsam non radicalem desinens par. 854. ut سَمَآءٌ coelum, سَقَّآءَةٌ aquatrix, in plurali Hamsam illam modo retinet, modo in Wâwam convertit. Ponuntur igitur سَمَاوَاتٌ coeli, سَقَّاوَاتٌ et سَقَّآءَاتٌ aquatrices. Ducta enim sunt a radicibus سَمَا يَسْمُو altum esse, et سَقَى يَسْقِى rigare.

Nomen in Hamsam radicalem desinens, ut قِرَآءَةٌ lectio, in plurali eam retinet. Ponitur igitur قِرَآءَاتٌ lectiones. Ductum enim est a قَرَأَ legere; par. 854. 866.

869. Nomen in Elifam brevem, quae ad extremam radicalem adiecta est, desinens, ut سُعْدَى Sooda, nomen feminae, لَيْلَى Leila, nomen feminae, حُبَارَى otis, كُبْرَى maior, in plurali Jâam claudentem, et quidem consonantem, retinet. Ponuntur igitur سُعْدَيَاتٌ لَيْلَيَاتٌ حُبَارَيَاتٌ كُبْرَيَاتٌ par. 275. art. 5. a. par. 855.

Adiectiva comparativa فُعْلَى vero etiam plurali fracto فُعَلٌ utuntur. Ponitur igitur etiam كُبَرٌ maiores, par. 826.

870. Nomen in terminationem ...اةٌ desinens, quae pro ...وَةٌ vel ...يَةٌ posita est, ut صَلَوةٌ صَلَاةٌ precatio, غَزَوَةٌ غَزَاةٌ expeditio, فَتَيَةٌ فَتَاةٌ puella, مَرْمَيَةٌ مَرْمَاةٌ iacta, par. 262. art. 1. par. 293. art. 1. in plurali Wâwam vel Jâam illam primitivam restituit. Ponuntur igitur صَلَوَاتٌ غَزَوَاتٌ فَتَيَاتٌ مَرْمَيَاتٌ par. 244. art. 5. a. par. 275. art. 5. a.

Quodvis huius generis nomen vero supra litteras tres continens, tertiamque radicalem Wâwam habens, ut, quod a رَضِوَ ductum est, participium مَرْضَاةٌ approbata, in plurali pro Wâwa ponit Jâam, i. e. مَرْضَيَاتٌ par. 855.

871. Nomina attrita feminina par. 656. ut أَمَةٌ ancilla, سَنَةٌ annus, ظُبَةٌ cuspis, كُرَةٌ globus, in plurali radicalem suppressam partim restituunt, partim omittunt, partim utrumque faciunt. Ponuntur enim أَمَوَاتٌ et أَمَيَاتٌ ancillae, سَنَوَاتٌ anni, ظُبَاتٌ cuspides, كُرَاتٌ et كُرَيَاتٌ globi.

Praeterea nonnulla horum nominum pars etiam plurali sano masculino utitur; par. 864. art. 3. pluralibusque fractis.

Vocabula أَبْنَةٌ vel بِنْتٌ filia, أُخْتٌ soror, pluralibus بَنَاتٌ أَخَوَاتٌ utuntur; par. 840. art. 1.

Nomina nonnulla perbrevia, id est أُمٌّ mater, سَنَةٌ annus, أَبٌ pater, in fingendo plurali feminino Hêam sibi adiicere possunt; ponuntur enim etiam pluralia أُمَّهَاتٌ matres, سَنَهَاتٌ anni, أَبَهَاتٌ maiores; par. 649. Ewald. gr. par. 410. 413.

872. Plurali feminino sano utuntur:

1. adiectiva ac participia feminina omnia in ...ةٌ desinentia, ut حَسَنَةٌ حَسَنَاتٌ pulchra, دَهِيَةٌ دَهِيَاتٌ versuta, مَالَةٌ مَالَاتٌ opulenta, عُرْيَانَةٌ عُرْيَانَاتٌ nuda, بَغْدَادِيَّةٌ بَغْدَادِيَّاتٌ Bagdâdica, مَطْلُوبَةٌ مَطْلُوبَاتٌ quaesita; par. 866.

2. substantiva in ...ةٌ desinentia, ut تَمْرَةٌ تَمَرَاتٌ dactylus, حُجْرَةٌ حُجُرَاتٌ conclave; par. 768. 867—71. Quorum substantivorum magna pars

etiam pluralibus fractis utitur. Sic pro حُجُرَاتٌ *conclavia* etiam pluralis fractus حُجَرٌ ponitur; par. 945.

3. substantiva atque adiectiva in Elifam brevem, quae ad extremam radicalem adiecta est, desinentia, ut سُعْدَى Sooda; par. 869.

4. nomina propria virorum in ةٌ... desinentia, ut طَلْحَاتٌ طَلْحَةُ Talcha, طُلَيْحَاتٌ طُلَيْحَةُ Toleicha; par. 800. 864. art. 2. Kâm. par. 294.

5. substantiva feminina terminationem masculinam exhibentia plura, ut أُمَّهَاتٌ أُمَّاتٌ أُمٌّ mater, عُرُسَاتٌ عُرْسٌ nuptiae, أَرَضَاتٌ أَرْضٌ terra, دَعَدَاتٌ دَعْدٌ Daada; par. 834. 835. 838. Sacy gr. tom. 1. pag. 387. Eadem nomina partim etiam pluralibus fractis utuntur, ut آرَاضٌ terrae, دُعُودٌ Daadae; Kâm.

6. nominа litterarum, ut وَاوَاتٌ وَاوٌ Wâwa, mensiumque plurium, ut رَمَضَانَاتٌ رَمَضَانٌ Ramadân; Sacy gr. par. 833.

7. infinitivi sive nomina actionis formae verborum secundae, tertiae, ceterarumque, quae sequuntur; ut تَعْرِيفَاتٌ تَعْرِيفٌ definitio, تَقَلُّبَاتٌ تَقَلُّبٌ inversio. Quae pluralia fortasse a nominibus unitatis, i. e. تَعْرِيفَةٌ definitio una, تَقَلُّبَةٌ inversio una, ducta esse censeri possunt; par. 767. 768.

Infinitivus form. sec. تَعْرِيفٌ etiam plurali fracto تَعَارِيفُ utitur; par. 973.

8. adiectiva pluralia, quae pro adiectivis latinis neutris ponuntur, ut كَائِنَاتٌ entia, مَوْجُودَاتٌ exstantia, مَنْظُورَاتٌ visibilia; par. 844.

9. substantiva nonnulla masculina, ut أَبَهَاتٌ أَبٌ maiores, par. 871. مَقَامَاتٌ مَقَامٌ statio, مَزَارَاتٌ مَزَارٌ locus visitatus, حَمَّامَاتٌ حَمَّامٌ balneum, خَفَيْدَدَاتٌ خَفَيْدَدٌ struthio; atque praesertim substantiva peregrina, ut pers. سُرَادِقَاتٌ سُرَادِقٌ tentorium, turc. وُجَاقَاتٌ وُجَاقٌ cohors, turc. أَغَوَاتٌ أَغَا praefectus, gall. قُنْصُوَاتٌ قُنْصُوا consul.

4. *Pluralia ac dualia nominum compositorum.*

873. Nomina composita partim sunt nomina propria par. 796. partim nomina appellativa, ut سَامُّ أَبْرَصَ venenosus leprosi i. e. lacerta, اِبْنُ عِرْسٍ filius uxoris i. e. mustela; par. 811. 820.

874. Nomen compositum إِضَافِيٌّ par. 796. art. 1. ut عُبَيْدُ ٱللّٰهِ Obeid alla i. e. servulus Dei, nomen viri, ذُو ٱلْحِجَّةِ Dsul hiddscha i. e. praeditus peregrinatione, nomen mensis, ٱبْنُ عِرْسٍ mustela, si duale vel plurale ponendum est, vocabulum primum in duale et plurale flectit. Ponuntur igitur: عُبَيْدَا ٱللّٰهِ duo Obeid allae, ٱبْنَا عِرْسٍ duae mustelae, par. 885. art. 2. عُبَيْدُو ٱللّٰهِ Obeid allae plures, ذَوَاتُ ٱلْحِجَّةِ Dsul hiddschae plures, par. 872. art. 6. بَنَاتُ عِرْسٍ mustelae plures; par. 885. art. 2. Nomina animalium enim, quae vocabulum ٱبْنٌ continent, in plurali ponuntur feminina; Sacy gr. par. 888. Ewald gr. par. 329.

875. Nomen compositum مَزْجِيٌّ par. 796. art. 3. eodem modo quo إِضَافِيٌّ in duale et plurale flecti dicitur; Sacy loc. cit. Exemplum adponitur سَامُّ أَبْرَصَ mustela, سَامَّا أَبْرَصَ mustelae duae, سَوَامُّ أَبْرَصَ mustelae plures. Nam a سَامٌّ ducitur pluralis fractus سَوَامُّ par. 971. Praeterea vero hoc vocabulum compositum etiam pluralibus decurtatis سَوَامُّ mustelae, أَبَارِصُ vel بَرَصَةٌ mustelae, Kâm. pag. 858. utitur. Ceterum سَامُّ أَبْرَصَ *venenosus leprosi* etiam vocabulum compositum إِضَافِيٌّ esse censeri posse videtur; par. 796. art. 1.

Nomen persicum سِيبَوَيْهِ Sîbeweih i. e. pomo similis, ceteraque in وَيْهِ desinentia par. 760. quae et ipsa مَزْجِيٌّ esse dicuntur, Alfiyya pag. 15. in dualia et pluralia flectuntur, si articulo definita ponuntur, ut ٱلسِّيبَوَيْهَانِ duo illi Sîbeweihi, ٱلسِّيبَوَيْهُونَ illi Sîbeweihi. Si articulo non praedita sunt, tum duale significatur praemisso vocabulo ذَوَا *duo praediti* vel كِلَاهُمَا *uterque eorum*; plurale vero significatur praemisso vocabulo ذَوُو *praediti* vel كُلُّهُمْ *universitas eorum*. Tum igitur ponuntur in duali ذَوَا سِيبَوَيْهِ duo praediti (nomine) Sîbeweiho, vel كِلَاهُمَا سِيبَوَيْهِ uterque eorum Sîbeweih; in plurali vero ذَوُو سِيبَوَيْهِ praediti (nomine) Sîbeweiho, vel كُلُّهُمْ سِيبَوَيْهِ universitas eorum Sîbeweih; Sacy anthol. pag. 153. Alii vocabula كِلَاهُمَا كُلُّهُمْ post nomen ponunt; Sacy gr. par. 888.

876. Nomen compositum إِسْنَادِيٌّ par. 796. art. 2. ut تَأَبَّطَ شَرًّا Taabbata scharran, in duale et plurale flecti nequit. Si duale vel plurale ponendum est, huiusmodi nomini vocabula ذَوَا vel كِلَاهُمَا et ذَوُوا vel كُلُّهُمْ eodem modo, qui par. 875. expositus est, adiiciuntur.

Caput tertium decimum.

Declinatio nominum in casus.

877. Semitae varios nominum casus potissimum positione nominum varia distinguunt. Nomen rectum antecedit, obliquum subiungitur. Igitur dignitatem casus recti, sive **nominativi**, si duo nomina adsunt, obtinet nomen antecedens, ut כָּל in verbis hebraeis כָּל־הָעָם *universitas populi*, atque הָאָרֶץ in verbis וַתּוֹצֵא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא *ac protulit terra herbam*. Dignitatem casus obliqui ex nomine alio pendentis, sive **genitivi**, obtinet nomen nomini subiunctum, ut הָעָם in כָּל־הָעָם *universitas populi*. Dignitatem casus obliqui ex verbo pendentis, sive **accusativi**, si duo nomina adsunt, obtinet nomen verbo subiunctum, ut קוֹלָם in וְכָל־הָעָם יִשְׁמְעוּ קוֹלָם *atque universitas populi audiebat vocem eorum*; vel, si verbum duo nomina sequuntur, nomen nomini subiunctum, ut דֶּשֶׁא in וַתּוֹצֵא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא *ac protulit terra herbam*. **Dativus** significatur praepositione לְ *ad* nomini praemissa. Terminationes, quae varios casus distinguant, nominibus Hebraei non adiiciunt, neque Aramaei; par. 361.

878. Atque Arabes quoque ad distinguendos casus illa nominum positione utuntur. Sed praeterea etiam eo processerunt, ut terminationes quasdam, quibus casus distinguerentur, nominibus adiicerent. Quae quidem terminationes maxime vocalibus efficiuntur nomina claudentibus, quae adiiciuntur, variis; par. 361. Quam nominum declinationem quum Arabes إِعْرَابٌ *arabizationem*, sive distinctionem, explanationem, vocent, nomen declinabile مُعْرَبٌ *arabizatum* adpellatur. Natura nominis indeclinabilis بِنَآءٌ *aedificatio* vocatur, ipsumque nomen indeclinabile مَبْنِيٌّ *aedificatum* i. e. rigidum, non flexibile; par. 761. Sacy anth. pag. 186. 226.

879. Très potissimum casus Arabes terminationibus diversis distinguunt, **nominativum**, **genitivum**, **accusativum**. Nominativum vocant رَفْعٌ elationem; genitivum خَفْضٌ depressionem, vel جَرٌّ infimum;

accusativum نَصْبٌ positionem. Quae nomina ad vocales, Dammam, Kesram, Fatcham, spectant, quibus declinatio plenior casus illos distinguit; par. 126. 880.

Dativum Arabes perinde ut ceteri Semitae significant praepositione لِ *ad* nomini praemissa. Subiungunt vero huic praepositioni, ceterisque praepositionibus omnibus, nomen in casu obliquo, et quidem genitivo positum, ut لِعَبْدٍ *alicui servo*. Nam praepositionum natura haec est, ut ipsae nomen sibi subiunctum in statum obliquum, ex praepositione pendentem, transponant. Si nomini articulus أَلْ praefixus est, tum praepositio لِ dativum significans cum articulo illo in لِلْ confluit; ut أَلْعَبْدُ *ille servus*, لِلْعَبْدِ *illi servo*.

Pro **vocativo** Arabes aliis locis nominativum ponunt, aliis accusativum; par. 915. 916.

Ablativum latinum significant praepositionibus مِنْ *ab* et بِ *per*, quibus subiungitur nomen in genitivo positum.

In declinandis singularibus sermo arabicus modos duos distinguit, sive declinationem primam et secundam. In declinandis dualibus pluralibusque sanis, uno tantum modo utitur.

880. **Declinatio prima** singularium est plenior; tribus enim casuum terminationibus diversis utitur. Nominativo tribuit claudentem Dammam, genitivo Kesram, accusativo Fatcham. Quibus vocalibus, si haec singularia **indefinita** ponuntur, nûnatio subiungitur, par. 116. 117. ut قَصَّابٌ aliquis lanio, قَصَّابٍ alicuius lanionis, قَصَّابًا aliquem lanionem, لِقَصَّابٍ alicui lanioni. Quae nûnatio vocatur تَنْوِينُ ٱلتَّمْكِينِ nûnatio aptationis. Nam singulare declinationem pleniorem recipiens vocatur مُتَمَكِّنٌ أَمْكَنُ *aptum aptius* i. e. quod ad recipiendas terminationes varias valde aptum est. Atque etiam مُنْصَرِفٌ *flexum* vocatur.

Si haec singularia **definita** par. 636. ponuntur, nûnatio abiicitur. Ponuntur igitur أَلْقَصَّابُ ille lanio, أَلْقَصَّابِ illius lanionis, أَلْقَصَّابَ illum lanionem, لِلْقَصَّابِ illi lanioni; par. 879.

881. **Declinatio secunda** singularium est manca; duabus tantum casuum terminationibus diversis utitur. Nominativo tribuit claudentem

Dammam, genitivo atque accusativo claudentem Fatcham; sed nûnationem non subiungit. Quae declinatio in solis nominibus indefinitis flectendis usurpatur. Ponuntur igitur آخَرُ aliquis alius, آخَرَ alicuius alius, آخَرَ aliquem alium, لِآخَرَ alicui alii. Singulare hac declinatione manca utens vocatur مُتَمَكِّنٌ غَيْرُ أَمْكَنَ *aptum non aptius* **i. e. non valde aptum ad recipiendas terminationes varias. Atque etiam غَيْرُ مُنْصَرِفٍ** *non flexum* **vocatur, et مَمْنُوعٌ** *privatum* **i. e. declinatione plena non instructum.**

Quoties vero singulare declinationis secundae definitum ponitur, toties declinationem primam sequitur. Ponuntur igitur definita: اَلْآخَرُ ille alius, اَلْآخَرِ illius alius, اَلْآخَرَ illum alium, لِلْآخَرِ illi alii.

882. Dualia omnia terminationem nominativi ....انِ *âni*, **si genitivus vel accusativus significandus est, in ....يْنِ** *aini* **convertunt. Ponuntur igitur indefinita قَصَّابَانِ duo laniones, قَصَّابَيْنِ duorum lanionum, قَصَّابَيْنِ duos laniones, لِقَصَّابَيْنِ duobus lanionibus.**

Pluralia masculina sana omnia terminationem nominativi ....ونَ *ûna*, **si genitivus vel accusativus significandus est, in ....ينَ** *îna* **convertunt. Ponuntur igitur indefinita قَصَّابُونَ laniones, قَصَّابِينَ lanionum, قَصَّابِينَ laniones, لِقَصَّابِينَ lanionibus.**

Pluralia feminina sana omnia terminationem nominativi ....اتٌ *âtun*, **si genitivus vel accusativus significandus est, in ....اتٍ** *âtin* **convertunt. Ponuntur igitur indefinita مَلِكَاتٌ reginae, مَلِكَاتٍ reginarum, مَلِكَاتٍ reginas, لِمَلِكَاتٍ reginis. Quarum terminationum nûnationes vocantur تَنْوِينُ ٱلْمُقَابَلَةِ nûnatio analogiae, quia ipsae duabus terminationibus pluralis masculini quasi respondent. Si haec pluralia feminina ponuntur definita, nûnatio abiicitur. Ponuntur igitur اَلْمَلِكَاتُ illae reginae, اَلْمَلِكَاتِ illarum reginarum, اَلْمَلِكَاتِ illas reginas, لِلْمَلِكَاتِ illis reginis; Sacy gr. par. 918.**

De dualibus definitis, pluralibusque sanis definitis, dicetur par. 885.

883. Terminationes, quae dualium, pluraliumque, casus distinguunt, id est *âni aini ûna îna*, **vocalesque singularium casus distinguentes, iam**

ab antiquis Arabibus usurpabantur ante quam arti grammaticae studuerunt. Nam in constituendis antiquissimorum carminum metris, rhythmisque Korâni homoeoteleutis, semper illarum terminationum ratio habita est. Atque tempore Mohammedis Arabes emendate loquentes nominativum بَنُونَ *filii* ab accusativo بَنِينَ *filios*, nominativum رَسُولُهُ *legatus eius* a genitivo رَسُولِهِ *legati eius*, nominativum شَأْنُكَ *status tuus* ab accusativo شَأْنَكَ *statum tuum* recte distinxisse, ea demonstrant, quae apud Ebn challikânum in vita Abul aswadi eddijali, apud Abulfedam tom. 1. pag. 432. 434. aliosque scriptores Arabes ad hanc rem spectantia leguntur. Ebn chaldûn, ubi de sermonis arabici mutationibus exponit, in sermone Arabum Modaritarum, quo Korânus conscriptus est, vocales declinationem nominum significantes sive حَرَكَاتُ ٱلْإِعْرَابِ *vocales declinationis* ex lege certa ac generali adhibitas esse perhibet; Sacy anthol. pag. 412. gr. tom. 1. pag. 412. not.

Postea vero sermo vulgi sordidior terminationes casuum singularis abiecit, excepta terminatione accusativi indefiniti in *an*, quam etiamnunc sermo vulgaris, ubicunque accusativus pro ablativo latino sive adverbio ponitur, ut غَصْبًا *gasban* i. e. *vi* sive *violenter*, pronuntiare solet; Caussin de Perceval gr. ar. vulg. par. 211. In dualibus ac pluralibus sermo vulgi etiam pro nominativo eos casus ponit, qui in ....يْنِ et ....ينَ desinunt; par. 13.

884. Scriptura arabica vetus, signorum vocalium expers, terminationem nominativi singularis in *un* non significavit, neque terminationem genitivi in *in* par. 22. Hi enim casus etiam sine signo scripto ex positione nominis facilius dignoscebantur; nam nominativus aut praecedebat, aut solus in enuntiatione aderat, ut in فقال رجل *tum dixit quidam homo*; genitivus vero aut nomini, aut praepositioni subiungebatur. Sed terminationem accusativi masculini indefiniti declinationis primae, qui etiam pro ablativo latino atque adverbiis ponitur, iam antiqua scriptura certo signo scripto, id est Elifa adiecta, ut in رجلا *aliquem hominem*, غصبا *vi* sive *violenter*, significavit.

Quam accusativi arabici terminationem littera Elifa significatam terminationi nominum syriacorum in litteram Olaf, quae status emphaticus vocatur, terminationique nominum hebraeorum in Hêam paragogicam,

quasi casum demonstrativum significanti, respondere censet Roorda, gr. ar. par. 186. Terminationes nominativi ac genitivi singularis in *un* et *in* ex terminationibus pluralibus in *úna* et *ína* desumtas esse idem coniicit.

885. Nomen indefinitum convertitur in definitum: 1. aut articulo أَلْ praefixo, ut أَلْقَصَّابُ ille lanio; 2. aut pronomine suffixo, ut قَصَّابُكَ lanio tuus. 3. aut genitivo definiente subiuncto, ut قَصَّابُ ٱلْمَلِكِ lanio regis; par. 636.

Nomen genitivo definienti praemissum, ut قَصَّابُ in قَصَّابُ ٱلْمَلِكِ lanio regis, a grammaticis nostris in *statu constructo* positum vocatur. Arabes id adpellant أَلْمُضَافُ *adnexum;* genitivum definientem vero vocant ٱلْمُضَافُ إِلَيْهِ *id cui adnexum est.*

Nomen definitum terminationes casuum decurtat; par. 117. Quod his modis fit:

1. Articulus أَلْ praefixus nûnationes omnes, quum singularis, tum pluralis feminini, pellit; par. 880. 882. Quod eo fortasse fit, quod articulus praefixus, distincteque pronuntiatus, primae vocabuli parti tantam vim impertit, ut a fine vocabuli levis sonus nasalis decidat; par. 116. Ewald gr. par. 336.

2. Status constructus non modo nûnationes omnes pellit, verum etiam terminationes dualis ....َانِ et ....َيْنِ in ....َا et ....َيْ convertit, terminationesque pluralis ....ُونَ et ....ِينَ in ....ُوا et ....ِي par. 112. Ponuntur igitur قَصَّابُ ٱلْمَلِكِ lanio regis, قَصَّابَا ٱلْمَلِكِ duo laniones regis, قَصَّابَيِ ٱلْمَلِكِ duorum lanionum regis, قَصَّابُوا ٱلْمَلِكِ laniones regis, قَصَّابِي ٱلْمَلِكِ lanionum regis. Quae decurtationes ideo introductae esse videntur, quia nomen in statu constructo positum cum genitivo definiente quasi in unum nomen coalescit, propterea que ipsum rapidius pronuntiandum, paullulumque decurtandum est; par. 117. Ewald gr. par. 337.

Terminatio ....ُونَ in multis codicibus non in ....ُوا sed in ....ُو decurtata reperitur. Terminationes pluralis contractas, quibus nomen curtum par. 897. utitur, ...َوْنَ et ....َيْنَ status constructus in ....َوْا et ....َيْ decurtat. Si Elifa weslata sequitur, tum pro ....َوْا et ....َيْ ponuntur ....َوُا et ....َيِ par. 173.

3. Pronomen suffixum eodem modo, quo status constructus, terminationes casuum nominis decurtat, praeterquam quod terminationem ـُونَ.... non in ـُوا.... sed in ـُو.... convertit. Ponuntur igitur قَصَّابُكَ lanio tuus, قَصَّابَاكَ duo laniones tui, قَصَّابُوكَ laniones tui. Quae decurtationes fiunt, ut arctius ad nomen adnecti queat pronomen suffixum.

Nomen femininum in ـَةٌ.... desinens litteram ة propter accedens pronomen suffixum in ت convertit, ut حُلَّةٌ vestis, حُلَّتُكَ vestis tua; par. 31.

66. Pronomen suffixum personae primae singularis, quod ـِى.... est, ad extremam nominis consonantem accedit, ut كِتَابٌ liber, كِتَابِى liber meus.

Interdum fit, ut terminatio ـِينَ.... in statu constructo vel ante pronomen suffixum posita retineatur integra. Sic positum est: يَزِيدُ عَلَى ٱلْأُلُوفِ وَمِئِينَ ٱلْأُلُوفِ excedit millia atque centurias millium; Agân. art. أَشْعَبُ. Atque porro: فِى سِنِينَ خِلَافَتِهِ in annis chalifatus ipsius; Dijârbekri histor. caedis Omari, pag. 1. ubi vero fortasse فِى سِنِينِ pronuntiandum est.

886. In flectendis utriusque declinationis nominibus propter euphoniae leges distinguenda sunt:

1. nomen sanum sive in consonantem firmam desinens, ut قَصَّابٌ lanio, عُرْيَانٌ nudus, قَرَّآءٌ lector, سَمَآءٌ coelum, عَدُوٌّ hostis, كُوفِيٌّ Kûfensis. Quod quidem nomen terminationes casuum recipit integras.

2. nomen in ـَةٌ.... desinens, ut مَلِكَةٌ regina, فَتَاةٌ puella, مَكَّةُ Mekka, مُعَاوِيَةُ Moâwija, nomen viri. Quod nomen in duali litteram ة in ت convertit, pluralique feminino utitur.

3. nomen defectivum مَنْقُوصٌ sive in terminationem ـِىٌ.... desinens, eamque in ـٍ.... contrahens, ut بَادٍ بَادِىٌ apparens, قَاضٍ قَاضِىٌ iudex. Quod nomen terminationes casuum ad euphoniae leges par. 293. art. 5. 6. 7. par. 294. art. 2. 5. 8. par. 295. accommodat.

4. nomen curtum مَقْصُورٌ sive in Elifam brevem desinens, ut فَتًى iuvenis, مُبْدًى manifestatus, عَصًا fustis, ذِكْرَى memoria, مُوسَى Moses. Quod nomen terminationes casuum ad euphoniae leges par. 262. art. 1. 293. art. 1. par. 294. art. 3. 9. par. 295. accommodat.

Quibus praemissis, iam singularum utriusque declinationis flexionum exempla adponenda sunt.

Declinatio prima.

887. Declinatio prima hoc sibi proprium habet, ut in ea singularis tres casus terminationibus diversis distinguat, nûnationemque, si nomen indefinitum est, adiiciat; par. 880.

1. *Nomen sanum.*

888. Hoc nomen in consonantem firmam desinens par. 886. art. 1. sic flectitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	قَصَّابٌ aliquis lanio	اَلْقَصَّابُ ille lanio	قَصَّابُ
gen.	قَصَّابٍ alicuius lanionis	اَلْقَصَّابِ illius lanionis	قَصَّابِ
acc.	قَصَّابًا aliquem lanionem	اَلْقَصَّابَ illum lanionem	قَصَّابَ
		dualis	
nom.	قَصَّابَانِ duo laniones	اَلْقَصَّابَانِ illi duo laniones	قَصَّابَا
gen.	قَصَّابَيْنِ duorum lanionum	اَلْقَصَّابَيْنِ illor. duor. lanionum	قَصَّابَيْ
acc.	قَصَّابَيْنِ duos laniones	اَلْقَصَّابَيْنِ illos duos laniones	قَصَّابَيْ
		pluralis	
nom.	قَصَّابُونَ aliqui laniones	اَلْقَصَّابُونَ illi laniones	قَصَّابُوا
gen.	قَصَّابِينَ aliquor. lanionum	اَلْقَصَّابِينَ illorum lanionum	قَصَّابِي
acc.	قَصَّابِينَ aliquos laniones	اَلْقَصَّابِينَ illos laniones	قَصَّابِي

889. Hanc singularis ac dualis flexionem omnia nomina sana, quaecunque nûnatione praedita sunt, sequuntur. Porro hanc singularis flexionem pluralia fracta, quaecunque in consonantem firmam desinunt atque nûnatione praedita sunt, sequuntur; par. 940.

Hac pluralis flexione vero omnia ea nomina sana utuntur, quae pluralem masculinum sanum fingere diximus par. 863. 864. substantivaque feminina pluralem masculinum sanum fingentia par. 864. art. 3.

890. Nomina اِمْرُؤٌ *vir* et اِبْنُمٌ *filius* in singulari posita terminationes casuum dupliciter significant, propterea que مُعْرَبٌ مِنْ مَكَانَيْنِ *declinatum*

locis duobus vocantur. Nam qui accurate scribunt non modo extremae. verum etiam penultimae consonantis vocalem flectunt, igiturque ponunt أَبْنَمًا أَبْنِمٍ أَبْنُمٌ أَمْرَءًا أَمْرِئٍ أَمْرُؤٌ Kâm. pag. 34. Sacy gr. par. 902. Extrema horum vocabulorum consonans addititia esse, propterea que iam in penultima consonanti terminatio casuum significanda esse videbatur.

891. Nomina attrita quattuor singularia أَبٌ pater, أَخٌ frater, حَمٌ socer, هَنٌ res, par. 647. si in statu constructo ponuntur, vel pronomina suffixa recipiunt, tertiam radicalem, quae abiecta fuerat, restituunt, eamque in terminationes casuum declinant; ut أَبُو ٱلْعَبْدِ pater servi, أَبُوكَ pater tuus, أَخِي ٱلْعَبْدِ fratris servi, أَخِيكَ fratris tui. Eodem modo flectitur nomen فُو os, oris, in statu constructo positum, vel cum pronomine suffixo coniunctum, ac nomen ذُو possessor, quod non usurpatur, nisi in statu constructo positum. Ponuntur igitur:

nom.	أَبُو	أَخُو	حَمُو	هَنُو	فُو	ذُو
gen.	أَبِي	أَخِي	حَمِي	هَنِي	فِي	ذِي
acc.	أَبَا	أَخَا	حَمَا	هَنَا	فَا	ذَا

Dualia ac pluralia sana nominum أَبٌ أَخٌ sunt أَبَوَانِ أَبَوَيْنِ أَبُونَ أَبِينَ أَخَوَانِ أَخَوَيْنِ أَخُونَ أَخِينَ par. 857. Praeterea duale أَبَانِ أَبَيْنِ ac pluralia fracta varia usurpantur. In casu vocativo ponuntur أَبَتِ mi pater! atque أَبَهْ أَبَاتِ أَبَاهْ porroque أَبَتَا أَبَتَ أَبَتُ et cum Hêa pausae vel clamationis adiecta أَبَتَاهْ أَبَتَاهْ أَبَاهْ أَبَهْ anthol. Sacyan. pag. 290. Quemadmodum etiam أُمَّتِ et أُمَّتَ mi mater! finguntur; par. 922. 928. Ewald gr. par. 414.

Si pronomen personae primae singularis ....ي suffigitur, tum in singularis nominativo, genitivo, accusativoque, ponuntur أَبِي أَخِي فِي. Itaque فِي significat: os meum, nom. et acc. atque: oris mei. Pro فُو فِي فَا cum adiecta consonanti nova etiam فَمًا فَمٍ فَمٌ ponuntur; Ewald gr. par. 442.

892. Duale tantum ponitur vocabulum كِلَا ambo, كِلْتَا sive كِلْتَا ambae. Quod non usurpatur nisi in statu constructo positum, id

est formas كِلَا et كِلْتَا induens. Indeclinabile est, si nomen ipsi subiungitur ut جَآءَنِى كِلَا ٱلرَّجُلَيْنِ adierunt me ambo viri, et رَأَيْتُ كِلَا ٱلرَّجُلَيْنِ vidi ambos viros.

Si vero huic nomini pronomina suffixa adiiciuntur, tum ipsum sic declinatur:

nom.	كِلَا ambo	كِلْتَا ambae
gen.	كِلَىْ amborum	كِلْتَىْ ambarum
acc.	كِلَىْ ambos	كِلْتَىْ ambas

Ponuntur igitur كِلَيْكُمَا ambos vos, كِلَيْهِمَا amborum vestrum; Harîr. pag. 87.

Arabicum كِلَانِ hebraeum כִּלְאַיִם *ambo* esse videtur. Arabes nonnulli id a كُلٌّ *universitas* ductum esse censent; atque etiam كُلْتَانِ كُلَانِ usurpari feruntur.

2. *Nomen in* ةٌ... *desinens.*

893. Nomen hoc par. 886. art. 2. terminationi accusativi singularis Elifam quiescentem par. 884. non addit, sed solam Fatcham nûnatione firmatam ponit. Quod idcirco fieri videtur, ne littera ة propter Elifam adiectam in Tâam converti oporteat, par. 31. 66. Sic igitur hoc nomen flectitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	سَاعَةٌ aliqua hora	ٱلسَّاعَةُ illa hora	سَاعَةُ
gen.	سَاعَةٍ alicuius horae	ٱلسَّاعَةِ illius horae	سَاعَةِ
acc.	سَاعَةً aliquam horam	ٱلسَّاعَةَ illam horam	سَاعَةَ
		dualis	
nom.	سَاعَتَانِ duae horae	ٱلسَّاعَتَانِ illae duae horae	سَاعَتَا
gen.	سَاعَتَيْنِ duarum horarum	ٱلسَّاعَتَيْنِ illar. duar. horar.	سَاعَتَىْ
acc.	سَاعَتَيْنِ duas horas	ٱلسَّاعَتَيْنِ illas duas horas	سَاعَتَىْ

pluralis

nom.	سَاعَاتٌ aliquae horae	ٱلسَّاعَاتُ illae horae	سَاعَاتُ
gen.	سَاعَاتٍ aliquar. horar.	ٱلسَّاعَاتِ illar. horar.	سَاعَاتِ
acc.	سَاعَاتٍ aliquas horas	ٱلسَّاعَاتِ illas horas	سَاعَاتِ

894. Hanc singularis ac dualis flexionem omnia nomina in ة desinentia, quaecunque nûnatione praedita sunt, sequuntur. Porro hanc singularis flexionem pluralia fracta in ة desinentia, quaecunque nûnatione praedita sunt, sequuntur; par. 940.

Hac pluralis flexione vero omnia ea substantiva atque adiectiva utuntur, quae pluralem femininum sanum fingere diximus par. 872.

3. *Nomen defectivum.*

895. Hoc nomen in ....ىٌ desinens, ut دَانِىٌ vilis, par. 886. art. 3. terminationes nûnatione praeditas ....ىٌ ....ىٍ in ....ٍ contrahit. Quae nûnatio in radicalem penultimam translata vocatur تَنْوِينُ ٱلْعِوَضِ nûnatio compensationis. Terminationes nûnatione carentes ....ىُ ....ىِ contrahuntur in ....ى par. 293. art. 5. Terminationes ....يَيْنِ ....يَانِ ....ىَ ....يًا integrae retinentur par. 293. art. 7. par. 295. Terminationes ....يُونَ ....يِينَ in ....ونَ ....ينَ contrahuntur, par. 294. art. 2. 8. Itaque hoc nomen sic flectitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	دَانٍ aliquis vilis	ٱلدَّانِى ille vilis	دَانِى
gen.	دَانٍ alicuius vilis	ٱلدَّانِى illius vilis	دَانِى
acc.	دَانِيًا aliquem vilem	ٱلدَّانِىَ illum vilem	دَانِىَ
		dualis	
nom.	دَانِيَانِ duo viles	ٱلدَّانِيَانِ illi duo viles	دَانِيَا
gen.	دَانِيَيْنِ duorum vilium	ٱلدَّانِيَيْنِ illor. duor. vilium	دَانِيَىْ
acc.	دَانِيَيْنِ duos viles	ٱلدَّانِيَيْنِ illos duos viles	دَانِيَىْ

pluralis

nom.	دَانُونَ aliqui viles	ٱلدَّانُونَ illi viles		دَانُوا
gen.	دَانِينَ aliquor. vilium	ٱلدَّانِينَ illor. vilium		دَانِى
acc.	دَانِينَ aliquos viles	ٱلدَّانِينَ illos viles		دَانِى

896. Hanc singularis, dualis ac pluralis flexionem omnia participia activa a radicibus defectivis ducta, itemque adiectiva formae فَعِلٌ a radicibus defectivis ducta, sequuntur, ut مُغَنِّى canens, رَضِى favens, نَهِى prudens, quae in مُغَنٍّ رَضٍ نَهٍ contrahuntur. Porro hanc singularis flexionem sequuntur pluralia fracta فَوَاعِلُ adiectivorum femininorum a radicibus defectivis ductorum, ut جَارِيَةٌ puella, جَوَارِى puellae, غَانِيَةٌ bella, غَوَانِى bellae, quae, nûnatione adscita, in جَوَارٍ غَوَانٍ contrahuntur; par. 971. Sacy gr. par. 855. Atque etiam pluralia fracta فَعَالِى a radicibus sanis ducta passim hac flexione utuntur; nam pro أَهَالِى etiam أَهَالٍ *gentes* ponitur; par. 965. Sacy gr. par. 862.

Porro hanc singularis flexionem sequuntur infinitivi formae quintae et sextae verborum defectivorum; nam terminatio ipsorum ....ىٌ ex praecepto par. 293. art. 2. in ....ٍ contrahitur. Sic pro تَمَطِّى expansio, تَمَنِّى optatio, ponuntur تَمَنٍّ تَمَطٍّ. Denique ex eodem praecepto hanc singularis flexionem pluralia fracta أَفْعُلٌ a radicibus defectivis ducta sequuntur; nam etiam pro أَيْدُىٌ *manus* ponitur أَيْدٍ; par. 960.

4. *Nomen curtum.*

897. Hoc nomen primitus in ....وٌ vel ....ىٌ desinens, ut عَصَوٌ baculus, فَتَىٌ puer, terminationes casuum singularis ....وٌ ....وٍ ....وًا ....ىٌ ....يًا ....ىٍ in Elifam brevem contrahit; par. 262. art. 1. par. 293. art. 1. Unde fit, ut huius nominis singularis casus omnes pariter terminentur. Ponuntur enim عَصًا baculus, عَصًا baculi, عَصًا baculum, فَتًى puer, فَتًى pueri, فَتًى puerum.

Terminationes dualis ـَيَيْنِ.... ـَيَانِ.... ـَوَيْنِ.... ـَوَانِ integrae retinentur propter vocalem productam, quae Wâwam et Iâam sequitur; par. 263. art. 6. par. 264. par. 294. art. 6. par. 295.

Terminationes pluralis ـَيِينَ.... ـَيُونَ.... ـَوِينَ.... ـَوُونَ contrahuntur in ـَيْنَ.... ـَوْنَ.... par. 263. art. 3. 9; par. 294. art. 3. 9.

Itaque hoc nomen sic flectitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	مُبْدًى aliquis manifestus	ٱلْمُبْدَى ille manifestus	مُبْدَى
gen.	مُبْدًى alicuius manifesti	ٱلْمُبْدَى illius manifesti	مُبْدَى
acc.	مُبْدًى aliquem manifestum	ٱلْمُبْدَى illum manifestum	مُبْدَى
		dualis	
nom.	مُبْدَيَانِ duo manifesti	ٱلْمُبْدَيَانِ illi duo manif.	مُبْدَيَا
gen.	مُبْدَيَيْنِ duor. manifestor.	ٱلْمُبْدَيَيْنِ illor. duor. man.	مُبْدَيَيْ
acc.	مُبْدَيَيْنِ duos manifestos	ٱلْمُبْدَيَيْنِ illos duos man.	مُبْدَيَيْ
		pluralis	
nom.	مُبْدَوْنَ aliqui manifesti	ٱلْمُبْدَوْنَ illi manifesti	مُبْدَوْا
gen.	مُبْدَيْنَ aliquor. manifestor.	ٱلْمُبْدَيْنَ illor. manif.	مُبْدَيْ
acc.	مُبْدَيْنَ aliquos manifestos	ٱلْمُبْدَيْنَ illos manifestos	مُبْدَيْ

898. Hanc singularis, dualis, ac pluralis flexionem omnia participia passiva a radicibus defectivis ducta sequuntur, excepto participio passivo formae primae, ut مُصَفًّى purgatus, مُصْطَفًى selectus.

Porro hanc singularis ac dualis flexionem sequuntur nomina فَعَلٌ فُعَلٌ مَفْعَلٌ مِفْعَلٌ فِعَلٌ a verbis defectivis ducta, ut رَحًى mola, غِنًى opulentia, مَعْنًى significatio.

Declinatio secunda.

899. Declinatio secunda hoc sibi proprium habet, ut ipsa in singulari duas tantum casuum terminationes distinguat, nûnationem vero nunquam adiiciat; par. 881.

900. Causae, propter quas nomina declinationis secundae non recipiunt nûnationem, adesse videntur variae; Ewald gr. par. 338 — 346.

Nomina adpellativa plura, ut terminationem suam leviorem reddant, nûnationem pellere censentur propter vocalem *a* praefixam, tonoque gravi prolatam, ut adiectivum أفعل masculinum, vel propter vocalem *â* productam, gravique tono prolatam, quam continent, ut adiectivum فعلاء femininum, adiectivum فعلان masculinum, pluralia fracta فواعل فعائل فعالل مفاعل par. 359.

Nomina propria multa nûnatione fortasse ideo non utuntur, quia nomina propria perraro ponuntur indefinita; par. 901. Nûnatio vero nomen indefinite positum esse significat.

Nomina nonnulla, quae in adverbia abierunt, ad finem enuntiationis ponenda, ut بعد postea, قبل antea, قبيل paulo antea, سحر mane, nûnationem non recipiunt, par. 764. art. 3. quia ipsa definita poni censentur; Alfiyya pag. 165.

Deminutiva a primitivis nûnatione carentibus ducta carent nûnatione fere omnia.

901. Ubicunque vero nomen secundae declinationis aut articulo adiecto, aut genitivo definiente, aut pronomine suffixo, definitum ponitur, ibi perinde ut nomen declinationis primae flectitur, par. 881. Ad declinationem pleniorem, quasi iustiorem, redire videtur. Sed nomen proprium secundae declinationis, quamvis vocabulo بن praemissum, flexionem secundae declinationis retinet; ponuntur igitur: لعمر بن زيد Omaro, filio Seidi, فرس حنظلة بن فاتك equus Handalae, filii Fâtiki; Kâm. pag. 1598. 1580.

Deinde nomina propria secundae declinationis, ut ابراهيم Ibrahîm, فاطمة Fâtima, si indefinita ponuntur, quod raro quidem fit, ad leges declinationis primae flectuntur, ut رب ابراهيم رأيته multum Ibrahîmum vidi i. e. multos Ibrahîmos vidi, et فاطمة أخرى aliqua Fâtima alia; Sacy gr. par. 912. art. 12.

Porro poetae metri causa nominibus secundae declinationis passim nûnationem tribuunt, quam ideo تنوين الترنم nûnationem modulationis vocant. Si nomen primae declinationis nûnatione instructum antecedit, tum nonnunquam nomini secundae declinationis insequenti nûnationem

tribuunt, quam ideo تَنْوِينُ ٱلْمُقَابَلَةِ *nûnationem analogiae* vocant; Sacy gr. par. 920. 921.

Denique nomina nonnulla, quae in adverbia abierunt, nûnationem recuperant, si sensu minus definito ponuntur, ut أَمْسِ heri, أَمْسٍ nuper; quae nûnatio restituta تَنْوِينُ ٱلتَّنْكِيرِ *nûnatio indefiniti* vocatur; Sacy gr. par. 917.

1. *Nomen sanum.*

902. Nomen sanum secundae declinationis par. 886. art. 1. sic flectitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	آخَرُ aliquis alius	ٱلْآخَرُ ille alius	آخَرُ
gen.	آخَرَ alicuius alius	ٱلْآخَرِ illius alius	آخَرِ
acc.	آخَرَ aliquem alium	ٱلْآخَرَ illum alium	آخَرَ
		dualis	
nom.	آخَرَانِ duo alii	ٱلْآخَرَانِ illi duo alii	آخَرَا
gen.	آخَرَيْنِ duorum alior.	ٱلْآخَرَيْنِ illor. duor alior.	آخَرَيْ
acc.	آخَرَيْنِ duos alios	ٱلْآخَرَيْنِ illos duos alios	آخَرَيْ
		pluralis	
nom.	آخَرُونَ aliqui alii	ٱلْآخَرُونَ illi alii	آخَرُوا
gen.	آخَرِينَ aliquor. alior.	ٱلْآخَرِينَ illor. alior.	آخَرِي
acc.	آخَرِينَ aliquos alios	ٱلْآخَرِينَ illos alios	آخَرِي

903. Hanc singularis flexionem sequuntur:

a. Singularia appellativa.

1. adiectiva formae أَفْعَلُ quum positiva, tum comparativa, par. 687.

Quae vero huius formae adiectiva femininum littera ة adiecta fingunt, quae quidem perpauca sunt, ut أَرْمَلُ viduus, أَرْمَلَةٌ vidua, ea primam declinationem sequi dicuntur; Sacy gr. par. 912. In Kâmûsso vero رَجُلٌ أَرْمَلُ positum est pag. 1460.

Substantiva formae أَفْعَلُ plerumque declinationem primam sequuntur, ut أَرْنَبٌ lepus, أَجْدَلٌ accipiter, أَصْبَعٌ digitus. Rarius ad legem declinationis secundae flectuntur; Alfiyya pag. 161. Vocabulum أَوَّلُ *prior*, si attributum ponitur, declinationem secundam, si substantivi vel adverbii munere fungitur, primam sequi perhibet Fîrûsâbâdensis pag. 1558.

2. adiectiva formae فَعْلَانُ positiva, quaecunque femininum فَعْلَى fingunt, ut غَضْبَانُ iracundus, غَضْبَى iracunda; par. 719. art. 2.

3. nomina in terminationem ـَآءُ.... non radicalem desinentia, ut عَذْرَآءُ virgo, جُلَّآءُ negotium grave, نَافِقَآءُ foramen; par. 712.

Quae vero nomina terminationem ـَآءٌ.... ex ipsa radice ortam habent, ut بِنَآءٌ aedificatio, بَدَآءٌ visio, رِدَآءٌ amiculum, par. 553. 562. ea declinationem primam sequuntur.

4. adiectiva distributiva a numeralibus ducta, ut أُحَادُ أُحَادُ singuli, ثُنَآءُ ثُنَآءُ bini, ثُلَاثُ ثُلَاثُ trini, pro quibus etiam مَوْحَدُ مَوْحَدُ مَثْنَى مَثْنَى مَثْلَثُ مَثْلَثُ ponuntur. Nonnulli etiam formas مُوَحَّدُ مُوَحَّدُ مُثَنَّى مُثَنَّى مُثَلَّثُ مُثَلَّثُ admitti dicunt. Quae adiectiva distributiva fortasse ideo ad declinationem secundam delegata sunt, quia quasi adverbia esse censebantur; par. 900.

5. substantiva بُوحُ sol, ذُكَآءُ sol, شَعُوبُ nex, سَقَرُ orcus, شَوَّالُ mensis Schawwâl. Vocabulum حَضَاجِرُ *hyaena* declinationem secundam sequitur; sed re vera plurale fractum formae فَعَالِلُ art. 16. ac par. 972. esse videtur. Nomen صَفَرُ *mensis Safar* Fîrûsâbâdensis modo ad primae, modo ad secundae declinationis flexionem accommodat.

b. nomina propria.

6. nomina formae فُعَلُ viris tributa, ut عُمَرُ Omar, زُفَرُ Sofar. Quae Arabes per *deflexionem haud genuinam* ab adiectivis عَامِرٌ زَافِرٌ ducta esse dicunt; par. 795.

7. nomina formae فُعَالُ feminis tributa, ut سُعَادُ Soâda Quae vero in Râam desinunt, primam declinationem sequuntur.

8. nomina propria, quae primitus appellativa feminina supra litteras tres continentia fuerunt; ut عَقْرَب Akrab, quod primitus appellativum utriusque generis fuit, significans *scorpionem*.

9. nomina hominum ac locorum in terminationem ....ان et ....ون non radicalem desinentia, ut nomina virorum عُثْمَانُ Othmân, غَطَفَانُ Gatafân, سَعْدُونُ Saadûn, خَلْدُونُ Chaldûn, et nomen arcis Jemenicae ظَفِرَانُ Dafirân.

10. nomina propria aliquam verbi formam, ut يَفْعَلُ يُفْعِلُ فُعِلَ فَعَّلَ أَفْعَلُ تَفْعَلُ aliamve, referentia; e quibus sunt nomina virorum ضُرِبُ شَمَّرُ يَزْدَادُ أَحْمَدُ تَغْلِبُ يَعِيشُ يَمُوتُ يَزِيدُ يَخْلُدُ ac nomina urbium تَعِزُّ et يَثْرِبُ Kâm. pag. 553. Tydeman specimen, pag. 255.

11. nomina feminarum quadrilittera, ut زَيْنَبُ Seinab. Quaecunque trilittera secundam litteram Sukûno instructam habent, ea ad utramque declinationem accommodari possunt, ut هِنْدٌ et هِنْدُ Hinda.

12. nomina urbium trilittera multa, quorum littera tertia mota est, ut عَدَنُ Adana, رِمَعُ Rimaa, ac nomina urbium quadrilittera, ut خَيْبَرُ Chaibara, زَبِيدُ Sebîda. Quaecunque trilittera secundam litteram Sukûno instructam habent, ea ad utramque declinationem accommodari possunt, ut حِمْصٌ et حِمْصُ Himssa.

13. nomina hominum ac locorum peregrina plurima, ut hebraea اسْحَقُ Isaak, دَاوُدُ David, مَرْيَمُ Maria, دِمَشْقُ Damascus, et persica فَيرُوزُ Fîrûs, رُسْتَمُ Rustem, مَاهُ Mâha, سِيرِينُ Sîrîna, بَغْدَادُ Bagdâda, مَرْوُ Merwa.

Excipiuntur nomina hebraea virorum trilittera, quae secundam litteram quiescentem habent, ut لُوطٌ Lot, نُوحٌ Noach.

c. deminutiva.

14. deminutiva a primitivis secundae declinationis ducta ut أُصَيْفِرُ flavulus, أُصَيْمِمُ surdulus, أُحَيٌّ fusculus, يُخَيْلِدُ Jachludiolus, quae ab أَصْفَرُ أَصَمُّ أَحْوَى يَخْلُدُ ducta sunt.

Excipiuntur deminutiva a numeralibus distributivis art. 4. ducta. Nam رُبَاعُ ثُلَاثُ أُحَادُ pariunt deminutiva رُبَيِّعٌ ثُلَيِّثٌ أُحَيِّدٌ. Quae fortasse ideo primam declinationem sequuntur, quia deminutivis جُلَيِّسٌ حُمَيِّرٌ par. 776. similia sunt; Sacy gr. par. 912. art. 16.

d. pluralia fracta.

15. pluralia fracta in ...آءُ desinentia, ut فُعَلَاءُ أَفْعِلَاءُ par. 962. 963. 967. conf. supra art. 3.

16. pluralia fracta quadrisyllaba primae secundaeque syllabae Fatcham, tertiae Kesram tribuentia, i. e. تَفَاعِلُ أَفَاعِلُ مَفَاعِلُ فَوَاعِلُ فَعَايِلُ فَعَالِيلُ تَفَاعِيلُ أَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُ فَوَاعِيلُ فَعَالِلُ par. 900. 970—973.

17. adiectiva pluralia feminina فُعَلُ confirmantia, universitatem significantia, quae ad enuntiationis finem ponuntur, ut جُمَعُ كُتَعُ بُتَعُ omnes, cunctae, universae. Quae a singularibus femininis جَمْعَاءُ كَتْعَاءُ بَتْعَاءُ ducta esse censentur; Alfiyya pag. 164. Ita etiam pluralis أُخَرُ *alii*, ac pluralis أَشْيَاءُ *res* declinationem secundam sequuntur; Kâm. pag. 664. Sacy gr. par. 853.

2. *Nomen in ...ةُ desinens.*

904. Haec secundae declinationis nomina omnia sunt nomina propria, atque sic flectuntur, ut nomen feminae مَيَّةُ Majja:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	مَيَّةُ Majja	أَلْمَيَّةُ illa Majja	مَيَّةُ
gen.	مَيَّةَ Majjae	أَلْمَيَّةِ illius Mejjae	مَيَّةِ
acc.	مَيَّةَ Majjam	أَلْمَيَّةَ illam Majjam	مَيَّةَ
		dual.	
nom.	مَيَّتَانِ duae Majjae	أَلْمَيَّتَانِ illae duae Majjae	مَيَّتَا
gen.	مَيَّتَيْنِ duarum Majjarum	أَلْمَيَّتَيْنِ illar. duar. Majjar.	مَيَّتَيْ
acc.	مَيَّتَيْنِ duas Majjas	أَلْمَيَّتَيْنِ illas duas Majjas	مَيَّتَيْ

plural.

nom.	مَيَّاتٌ	Majjae	اَلْمَيَّاتُ illae Majjae	مَيَّاتُ
gen.	مَيَّاتٍ	Majjarum	اَلْمَيَّاتِ illar. Majjar.	مَيَّاتِ
acc.	مَيَّاتٍ	Majjas	اَلْمَيَّاتِ illas Majjas	مَيَّاتِ

905. Hanc flexionem nomina propria in ة desinentia omnia, quotquot exstant, sequuntur, sive virorum nomina sunt, ut عُرْوَةُ Urwa, مُعَاوِيَةُ Moâwija, sive feminarum, ut فَاطِمَةُ Fâtima, عَايِشَةُ Aïscha, sive urbium, ut مَكَّةُ Mekka, غَرْنَاطَةُ Granâda.

Porro nomen femininum فُلَانَةُ *certa quaedam*, quod pro nomine proprio ponitur, plerumque ad declinationem secundam, masculinum فُلَانٌ *certus quidam* vero ad primam accommodatur; Kâm. pag. 799. 1241. 1925.

3. *Nomen defectivum.*

906. Nomen defectivum secundae declinationis id est, quod in ىُ.... desinit; par. 895. Igitur plurale fractum فَعَالِى par. 964. est nomen secundae declinationis defectivum; nam pro فَعَالِىُ ponitur; par. 293. art. 5. par. 895. Exempla sunt pluralia صَحَارِى campi, كَسَالِى pigri, quae sic flectuntur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
nom.	صَحَارٍى aliqui campi	اَلصَّحَارِى illi campi	صَحَارِى
gen.	صَحَارِىَ aliquor. campor.	اَلصَّحَارِى illor. campor.	صَحَارِى
acc.	صَحَارِىَ aliquos campos	اَلصَّحَارِىَ illos campos	صَحَارِىَ

Nonnulla huius classis pluralia, a nominibus simplicibus ducta, etiam ut nomina defectiva declinationis primae flectuntur, ut لَيَالٍ لَيْلٌ nox, أَرَاضٍ أَرْضٌ terra; par. 965.

907. Plurale fractum فَوَاعِلُ a radice defectiva ductum, ut, quae a singularibus جَارِيَةٌ غَانِيَةٌ ducta sunt, pluralia جَوَارِى puellae, غَوَانِى bellae, flexionem nominis deflectivi secundae declinationis sequi oportebat. Sed hoc sibi proprium habet, ut nominativum genitivumque ad primam

declinationem accommodet, accusativum ad secundam; Sacy gr. par. 855. 915. Ponuntur igitur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
nom.	جَوَارٍ aliquae puellae	اَلْجَوَارِى illae puellae	جَوَارِى
gen.	جَوَارٍ aliquar. puellar.	اَلْجَوَارِى illar. puellar.	جَوَارِى
acc.	جَوَارِىَ aliquas puellas	اَلْجَوَارِىَ illas puellas	جَوَارِىَ

908. Pluralia fracta تَفَاعِلُ فَعَالِلُ مَفَاعِلُ أَفَاعِلُ par. 972. a radicibus defectivis ducta flexionem nominis defectivi secundae declinationis sequi oportebat. Sed eodem modo, quo جَوَارٍ par. 907. flecti videntur. Exempla sunt:

sing.	plural. primitiv.	plural. usitat.	sing.	plural. primitiv.	plural. usitat.
أُغْنِيَّةٌ cantus	أَغَانِيُ	أَغَانٍ	مَعْنًى	مَعَانِيُ	مَعَانٍ

4. *Nomen curtum.*

909. Nomen curtum secundae declinationis id est, quod in ىَ.... desinit, hancque terminationem in ى.... contrahit, par. 897. ut nomina virorum مُوسَى Moses, سَلْمَى Solma. Quae sic flectuntur:

	indefinit.	articulo definit.	in statu construct.
		singularis	
nom.	مُوسَى Moses	اَلْمُوسَى ille Moses	مُوسَى
gen.	مُوسَى Mosis	اَلْمُوسَى illius Mosis	مُوسَى
acc.	مُوسَى Mosem	اَلْمُوسَى illum Mosem	مُوسَى
		dualis	
nom.	مُوسَيَانِ duo Moses	اَلْمُوسَيَانِ illi duo Moses	مُوسَيَا
gen.	مُوسَيَيْنِ duorum Mosium	اَلْمُوسَيَيْنِ illor. duor. Mosium	مُوسَيَيْ
acc.	مُوسَيَيْنِ duos Moses	اَلْمُوسَيَيْنِ illos duos Moses	مُوسَيَيْ
		pluralis	
nom.	مُوسَوْنَ Moses	اَلْمُوسَوْنَ illi Moses	مُوسَوْا
gen.	مُوسَيْنَ Mosium	اَلْمُوسَيْنَ illor. Mosium	مُوسَيْ
acc.	مُوسَيْنَ Moses	اَلْمُوسَيْنَ illos Moses	مُوسَيْ

910. Quam singularis, dualis, pluralisque flexionem omnia nomina propria in ىَ.... non radicale desinentia sequuntur, ut سَلْمَى Selma, شَنْفَرَى Schanfara.

Porro hanc singularis dualisque flexionem omnia nomina appellativa in ىَ.... non radicale desinentia par. 708. 709. sequuntur, ut سَكْرَى ebria, كُذْبَى mendacium, صُغْرَى minor, دُنْيَا mundus, par. 94. 95.

Denique hanc singularis flexionem sequuntur pluralia fracta in ىَ.... non radicale desinentia, ut فُعَالَى فَعَالَى فَعْلَى par. 964. 965.

Declinatio nominum propriorum compositorum.

911. Si nomen est إِضَافِيٌّ par. 796. art. 1. tum suam quaeque nominis pars declinationem sequitur, ut عَبْدُ ٱللّٰهِ servus Dei sive Abdalla, عَبْدِ ٱللّٰهِ servi Dei sive Abdallae, عَبْدُ مَنَاةَ servus Menâthae sive Abdmenâthus, عَبْدِ مَنَاةَ servi Menâthae sive Abdmenâthi.

912. Si nomen est مَزْجِيٌّ par. 796. art. 3. tum gemino modo declinari potest. *Aut* perinde ut إِضَافِيٌّ flectitur, e. g. حَضْرُمَوْتٍ حَضْرِمَوْتٍ حَضْرَمَوْتٍ. *Aut* prima nominis pars indeclinabilis ponitur, altera vero ad declinationem secundam accommodatur, e. g. حَضْرَمَوْتُ حَضْرَمَوْتَ.

Maadi karib, nomen viri, nominativis مَعْدِى كَرِبُ et مَعْدِى كَرِبَ utitur, genitivo et accusativo مَعْدِى كَرِبَ.

913. Si nomen in وَيْهِ desinit, vel إِسْنَادِيٌّ est, tum flecti nequit; par. 760. 796.

Declinatio indeclinabilium.

914. Vocabula indeclinabilia nonnulla par. 761. interdum propter significationem quodammodo mutatam in declinabilia convertuntur. Ita e. g. nomina propria in وَيْهِ desinentia, si indefinita ponuntur, flecti possunt, ut رُبَّ سِيبَوَيْهٍ رَأَيْتُهُ multum Sîbeweihum vidi, i. e. multos Sîbeweihos vidi.

Particulae لَوْ si, هَلْ num, لَا non, مَا haud, aliaeque, si in expositione grammatica citantur explicandae, tanquam substantiva introduci,

flectique possunt. Tum, quae in Elifem desinunt, terminationem ءٌ آ.... adscis-cunt; ceterae bilitterae extremam litteram geminant. Ponuntur igitur: لَوٌّ *una particula lau*, لَوَّانِ *duae particulae lau*, لَآءٌ *una particula lá*. Quae supra duas litteras habent, extremae litterae solitas tantum casuum terminationes *un in an* suffigunt, ut لَيْتَ utinam! لَيْتٌ *una particula laita*; Sacy gr. par. 596. 898. not.

Adverbia increpatoria nonnulla sive interiectiones par. 764. passim terminationes casuum recipiunt. Ita ponuntur صَهْ et صَهٍ st! sile! مَهْ et مَهْ مَهْ et مَهٍ مَهٍ apage! أُفْ et أُفًّا phui! حَيَّ هَلَا et حَيَّ هَلًا age! sursum! Sacy gr. par. 917. Harîr. pag. 302.

Caput quartum decimum.

De vocativo.

915. Vocativum Arabes adpellant ٱلنِّدَآءُ *compellationem* sive ٱلْمُنَادَى *compellatum*, eumque, si directo vocatur, nominativo significant, si oblique vocatur, accusativo; par. 879. Duos potissimum vocativos ipsi distinguunt; Alfiyya pag. 142. Qui quidem hi sunt:

1. vocativus solitarius ٱلْمُفْرَدُ i. e. ex quo nullus genitivus pendet, neque accusativus, neque praepositio cum complemento coniuncta, neque pronomen suffixum, ut: *o princeps! o homines!* Qui vocativus, si personam re vera praesentem vocat, directo vocare censetur. Pronomen relativum ٱلَّذِى *qui* ad vocativum solitarium adponere licet.

2. vocativus adnexus ٱلْمُضَافُ i. e. ex quo genitivus pendet, vel accusativus, vel praepositio cum complemento coniuncta, vel pronomen suffixum; ut: *o princeps iuventutis! o evertens civitatem! o prodiens in hostem! o mi domine!* Qui vocativus oblique vocare censetur.

916. Vocativis Arabes plerumque particulas vocantes أَيَا يَا أَىْ أَ هَيَا *o! ha! heu!* praemittunt, quibus nonnunquam pronomina أَيُّهَذَا هَذَا أَيُّهَا subiunguntur. Interdum vocativi Hêam clamantem هَآءُ ٱلْوَقْفِ *Héam pausae* terminationi suae suffigunt; par. 127.

1. *Vocativus solitarius.*

917. Vocativum solitarium par. 915. art. 1. eo Arabes nominativo significant, qui nûnationem abiecit, quia formae vocantes terminatione curta uti solent. Ponuntur igitur: يَا مَلِكُ o rex! يَا مُحَمَّدُ o Mohammed! يَا مُقَاتِلُونَ o dimicantes! يَا مُؤْمِنَاتُ o credentes!

918. Particulam يَا vocantem omittere licet, si vocativus solitarius est *nomen proprium*, praesertim articulo non instructum, ut يُوسُفُ Jussuf! عَوْنُ يَا عَوْنُ Aun! o Aun! agân. art. Essobeir ben dachmân; vel *pronomen* مَنْ qui, ut مَنْ لَا يَمُوتُ o tu, qui non moritur!

919. Vocativus solitarius, si nomen adpellativum est, saepe articulo أَلْ munitur, ut persona vocata fortius compelletur. Tum vocativo *aut* pronomen vocans أَيُّهَا praemittitur, ut أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ o rex! أَيُّهَا ٱلْمُقَاتِلُونَ o dimicantes! *aut* particula يَا cum pronomine vocanti masculino أَيُّهَا vel feminino أَيَّتُهَا coniuncta, ut يَا أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ o rex! يَا أَيَّتُهَا ٱلْمَلِكَةُ o regina! يَا أَيُّهَا ٱلْمُقَاتِلُونَ o dimicantes! *aut* particula يَا cum pronomine هٰذَا *hic* coniuncta, ut يَا هٰذَا ٱلرَّجُلُ o hic homo! quod sensu despicienti poni solet.

Igitur solam particulam يَا cum vocativo, qui articulo munitus est, coniungi vetant. Excipitur unus vocativus ٱللّٰهُ articulum continens, cui يَا sic praemitti potest: يَا ٱللّٰهُ o Deus! Sacy gr. tom. 2. par. 173. et Alfiyya pag. 143. Ab Sacyo gr. tom. 2. par. 1103. etiam يَا ٱلرَّجُلُ o vir! positum est. Pro يَا ٱللّٰهُ etiam ٱللّٰهُمَّ o deus! atque a poetis لَاهُمَّ tanquam forma vocans usurpatur.

Nomen proprium articulo instructum, ut ٱلْوَلِيدُ El walîd, ٱلْأَسْوَدُ El aswad, si in vocativo ponitur, articulum abiicere videtur, ut: يَا وَلِيدُ o *El walîd!* atque sine يَا adposita: أَسْوَدُ o *Aswad!* annal. Taber. vol. 1. pag. 70.

920. Elifa particulae يَا vocantis, si vocabulum sequens primam litteram Elifam habet, in scriptura antiquiori saepe omittitur. Unde fit, ut pro يَا ٱللّٰهُ et يَا أَيُّهَا nonnunquam يَاللّٰهُ et يَأَيُّهَا ponantur; Sacy gr. 2.

pag. 91. Interdum etiam pro يَا قَوْمِ *o popule mi!* modo breviori يَقَوْمِ scribitur; Ewald gr. par. 497.

921. Si Arabes vocativum pronominibus vel verbis significant, tum pro persona vocata non secundam, sed tertiam ponere solent. Igitur non ponunt: *o tu! o vos! o vos, qui creditis!* sed يَا هٰذَا o is! يَا هٰؤُلَاءِ o ii! يَا أَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا o ii, qui credunt! Saçy gr. 2. par. 174. Ewald gr. par. 708. art. 2.

922. Quum formae vocativae terminationes curtas adfectare soleant, nomina propria simplicia supra litteras tres continentia, si in vocativo ponuntur, interdum, et maxime quidem apud poetas, extremam litteram, vel extremas duas, pellunt. Hoc modo pro يَا حَارِثُ o El hârith! يَا مَنْصُورُ o Manssûr! يَا سُعَادُ o Soâda! يَا بَعْلَبَكُّ o Baalbek! أَعِكْرِمَةُ o Ikrima! decurtata يَا حَارِ يَا مَنْصُ يَا سُعَا يَا بَعْلَ أَعِكْرِمَ ponere licet; Alfiyya pag. 151. 152. Quod Arabes تَرْخِيمُ ٱلْمُنَادَى *decurtationem compellati* vocant.

Ita etiam pro يَا فُلَانُ o certe! يَا فُلَانَةُ o certa! يَا صَاحِبِي o mi amice! interdum decurtata يَا فُلُ يَا فُلَةُ يَا صَاحِ ponuntur; Alfiyya pag. 148.

Nomen proprium femininum in ة desinens, quamvis tres tantum litteras continens, si in vocativo ponitur, litteram ة interdum pellit. Ita pro يَا عَزَّةُ o Assa! أَمَيَّةُ o Majja! decurtata يَا عَزَّ أَمَيَّ ponuntur.

923. Contra fit interdum ut vocativi solitarii terminatio *clamando* extendatur in vocalem â productam, cui Hêa pausae adiici solet; par. 127. Ita pro يَا مُحَمَّدُ et يَا أَبْجَرُ cum terminatione *âh* clamante ponuntur يَا مُحَمَّدَاهْ et يَا أَبْجَرَاهْ annal. Taber. vol. 1. pag. 168. 192.

924. Si vocativo solitario nomen adpositione adiungitur, ut: o Mohammed, propheta! tum nomen adiunctum in nominativo, vel in accusativo, ponitur; nam minus directe vocari videtur. Itaque يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيُّ et يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيَّ ponuntur.

Si nomen adiunctum articulo non instructum est, genitivusque ex eo pendet, tum nomen adiunctum ex generali regula par. 926. in accusativo ponitur, ut يَا زَيْدُ صَاحِبَ ٱلْعِلْمِ o Seid, possessor doctrinae!

يَا زَيْدُ بْنَ عِيَاضٍ o Seid, fili Ijâdi! Alfiyya pag. 145. Sacy gr. tom. 2. par. 1105. A Sacyo quidem gr. tom. 2. par. 171. etiam يَا اِبْرَاهِيمُ خَلِيلَ ٱللّٰهِ o Ibrahim, amice Dei! positum est; sed hoc reprobandum esse videtur. Ubicunque in enunciatione vocativa بْنُ duobus nominibus propriis cingitur, ibi nomen primum etiam in accusativo ponere licet, ut يَا زَيْدَ بْنَ عِيَاضٍ o Seid, fili Ijâdi!

Si nomen adiunctum articulo instructum est, genitivusque ex eo pendet, tum nomen adiunctum in nominativo, vel in accusativo, ponere licet, ut يَا زَيْدُ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ et يَا زَيْدُ ٱلْحَسَنَ ٱلْوَجْهِ o Seid, pulcher faciei!

925. Raro Arabes vocativum solitarium *accusativo* significant, et quidem nomine adpellativo indefinito. Quod tum modo fit, si res vel persona vocatur, quae non re vera praesens est, sed cogitatione tantum percipitur. Quemadmodum a Romanis pro vocativis ponuntur accusativi: *o fortem! o fragilem fortunam!* ita ab Arabibus ponuntur: يَا نَبِيًّا o prophetam! si propheta absens est, يَا حَسْرَةً o miseriam! Kâm. pag. 1977. Sacy gr. tom. 2. par. 169.

2. *Vocativus adnexus.*

926. Vocativum adnexum par. 915. art. 2. Arabes accusativo significant. Ponuntur igitur:

a. cum sequente genitivo: يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ o princeps fidelium! يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ o Abdalla! يَا أَبَا ٱلْقَاسِمِ o Abul kâssem! يَا بَنِي عَمِّنَا o filii patrui mei!

b. cum sequente accusativo: يَا طَالِعًا ٱلْجَبَلَ o ascendens in montem! يَا مُعْطًى كُلَّ خَيْرٍ o tu, qui instructus est quibuscunque bonis!

c. cum sequente praepositione: يَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ o tu, qui nobilior Seido es! يَا رَفِيقًا بِٱلْعِبَادِ o tu, qui benevolus erga servos es!

d. cum sequente pronomine suffixo: يَا رَبَّنَا o domine noster!

Atque etiam cum sequente nominativo ponitur يَا حَسَنًا وَجْهُهُ o tu, cuius facies pulchra est! si attributum حَسَنٌ وَجْهُهُ *cuius facies pulchra* in vocativo ponendum est; Sacy gr. tom. 2. par. 169. 1102.

927. Particulam يَا vocantem ante vocativum adnexum, ex quo

genitivus vel pronomen suffixum pendet, ponendam omittere licet, ut in فَاطِرَ ٱلسَّمٰوَاتِ conditor coeli! رَبَّنَا domine noster! أَبَا دُلَف Abu-dolaf! Sacy gr. tom. 2. par. 174.

928. Vocativus, cui pronomen personae primae singularis ى..... süffixum est, terminationis curtandae causa par. 922. illius pronominis Iâam interdum pellit. Ponuntur igitur رَبِّى et رَبِّ mi domine! يَا غُلَامِى et يَا غُلَامِ o mi puer! يَا بُنَيِّى et يَا بُنَيِّ o mi filiole! Sacy gr. tom. 1. par. 1011.

Deinde pro يَا غُلَامِى rarius ponuntur: 1. cum Hêa pausae vel clamationis par. 127. adiecta يَا غُلَامِيَهْ o mi puer! 2. يَا غُلَامِىَ et يَا غُلَامِىَ gr. Sacyan. tom. 2. par. 172.

Porro pro غُلَامِى cum Hêa pausae et Fatcha claudente adiectis par. 923. poni dicuntur يَا غُلَامَاهْ يَا غُلَامَاهُ يَا غُلَامَا يَا غُلَامِ o mi puer! Atque sic pro يَا بُنَيِّ o mi filiole! plerumque يَا بُنَىَّ ponitur.

Vocabulis أَبٌ pater ac أُمٌّ mater in vocativo ponendis saepe littera ة vel ت adiicitur, ut terminationes clamantes commodius suffigi possint, par. 649. Itaque pro يَا أَبِى et يَا أَبَاهُ et يَا أَبَهْ etiam يَا أَبَتِ يَا أَبَتِى يَا أَبَاتُ يَا أَبَاتِ يَا أَبَةَ يَا أَبَهْ يَا أَبَةِ يَا أَبَتَاهْ يَا أَبَتَا يَا أَبَتَ يَا أَبَتُ يَا أَبَاتِ يَا أَبَاهْ يَا أَبَاهُ يَا أَبَاةَ يَا أُمَّتِ ponuntur. Ita pro يَا أُمِّى etiam يَا أُمَّتِ et يَا أُمَّتَ usurpantur; par. 891. gr. Sacyan. tom. 2. par. 172. anthol. gr. pag. 290. Ewald gr. par. 351. 414.

929. Si vocativo adnexo vocativus solitarius adpositione adiungitur, ut: *o princeps fidelium, sapientissime!* tum vocativum adiunctum ex generali regula par. 916. in nominativo poni coniicio, ut يَا مَلِكَ هٰذِهِ ٱلْبِلَادِ ٱلْعَادِلُ ٱلْحَكِيمُ o rex harum terrarum, integer atque sapiens!

3. *Vocativus plorans.*

930. Vocativus plorans, quem Arabes ٱلْمَنْدُوبُ *comploratum* vocant, significatur particula وَا *eheu!* cui subiungitur aut vocativus simplex, ut وَا زَيْدُ *eheu, Seidum!* وَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *eheu, Abdallam!* aut vocativus

cum terminatione extensa, quae vocalem *â* productam, atque saepe etiam Hêam pausae, adsciscit, cui etiam Dammam vel Kesram indere licet, par. 923. Ponuntur igitur:

وَا زَيْدَاهِ وَا زَيْدَاهُ وَا زَيْدَاهْ وَا زَيْدَا

Nomen Elifa brevi terminatum, ut مُوسَى Moses, vocativos plorantes وَا مُوسَاهْ et وَا مُوسَيَا fingit; Sacy gr. par. 1244. 1245. Nomen, cui pronomen personae primae singularis suffixum est, ut عَبْدِى *servus meus*, vocativos plorantes وَا عَبْدِيَا et وَا عَبْدَا fingit; par. 927.

931. Vocativus plorans, qui nomen adnexum ac genitivum definientem, ut *princeps fidelium* par. 885. vel integram propositionem par. 796. art. 2. continet, Hêam pausae ac Fatcham antecedentem extremo vocabulo adiicit. Ponuntur igitur:

وَا غُلَامَ زَيْدَاهْ eheu, servum Seidi!
وَا عَبْدَ ٱلْمَلِكَاهْ eheu, Abd el melikum!
وَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَاهْ eheu, principem fidelium!
وَا تَأَبَّطَ شَرَّاهْ eheu, Taabbata Scharram!
وَا مَنْ حَفَرَ بِئْرَ زَمْزَمَاهْ eheu, illum qui fodit puteum Semsemi!

Itaque nomen, quod terminationem اهْ..... clamantem recipit, nûnationem Kesramque claudentem, si adsunt, pellit; quemadmodum pro وَا غُلَامَ زَيْدٍ iam وَا غُلَامَ زَيْدَاهْ ponitur.

Interdum vero cum Kesra ac nûnatione retenta وَا غُلَامَ زَيْدِنِيهْ vel cum sola Kesra retenta وَا غُلَامَ زَيْدِيهْ ponitur. A nonnullis etiam وَا غُلَامَ زَيْدَنَاهْ admittitur.

932. Vocativus plorans, cui pronomen هُ *eius* vel pronomen كِ *tui* fem. suffixum est, horum pronominum vocales ante Hêam clamantem retinet. Itaque ab غُلَامُهُ *puer eius* masc. et غُلَامُكِ *puer tuus* fem. ducuntur وَا غُلَامَهُوهْ eheu, puerum eius! *masc.* et وَا غُلَامَكِيهْ eheu, puerum tuum! *fem.* Quod pronominum distinguendorum causa fit. Nam ab غُلَامُهَا *puer eius* fem. et غُلَامُكَ puer tuus masc. ducuntur وَا غُلَامَهَاهْ et وَا غُلَامَكَاهْ gr. Sacyan. par. 1247.

Ita perspicuitatis causa etiam in aliis vocabulis ante Hêam clamantem vocalis claudens a nonnullis retinetur; qui igitur ab أَلرَّجُلُ ducunt وَا أَلرَّجُلُوهْ eheu, illum virum!

Ab هَنَةٌ vel هَنْوَةٌ *femina* par. 656. ducuntur formae clamantes يَا هَنْتَاهْ o femina! يَا هَنَانِيهْ et يَا هَنْتَانِيهْ o feminae duae! يَا هَنُونَاهْ et يَا هَنَاتُوهْ o feminae!

933. Vocativus plorans etiam nominibus dolorum significatur, quibus plerumque terminatio extensa par. 923. 928. suffigitur, ac particula يَا praemittitur. Quemadmodum ab لَهْفٌ dolor, حَسْرَةٌ suspirium, ducuntur لَهْفِي o dolorem meum! agân. art. Ebn mofarrig, يَا لَهْفَا et يَا لَهْفَاهْ o dolorem! حَسْرَتَا o suspirium! agân. loc. cit.

4. *Vocativus implorans.*

934. Significatur hic vocativus particula يَا ac praepositione لَ nomini implorato praemissa, ut يَا لَزَيْدٍ o, Seidum imploro! Praepositionem لَ a nomine implorato separatam scribere licet, ut يَالَ مَازِنٍ o, Mâsenitas imploro! Sacy gr. tom. 1. par. 1049; tom. 2. par. 176.

Si nomen imploratum secundum adiicitur, particula وَ posita, particula يَا vero non repetitur, tum secundo nomini لِ praemittitur, ut يَا لَزَيْدٍ وَلِعَمْرٍو o, Seidum imploro, atque Amrum imploro! Hamâs. pag. 32. Alfiyya pag. 149.

Nomini eius, contra quem aliquis imploratur, praepositio لِ praefigitur, ut يَا لَزَيْدٍ لِمَازِنٍ o, Seidum implora contra Mâsenitas! Sacy gr. tom. 2. par. 176.

935. Vocativus implorans etiam ad significandam mirationem ponitur, ut يَا لَلْعَجَبِ وَلِضَيْعَةِ ٱلْأَدَبِ heu, mirum! atque heu, interitum doctrinae, Sacy gr. tom. 1. par. 1049. Interdum succlamationem significare videtur, ut يَا لَلْعَرَبِ heu, Arabes! Kosegarten chrest. ar. pag. 78. Ewald gr. par. 496.

In vocativo miranti etiam pronomina ponuntur, quibus praedicatum subiungitur aut in accusativo positum, aut praepositione مِنْ adnexum, ut

يَا لَهُ رَجُلًا et يَا لَهُ مِنْ رَجُلٍ o, illum, virum! i. e. o illum, qualis vir est! Sacy gr. tom. 1. par. 1050. Harîr. pag. 64. 530.

Quo quidem modo etiam aliae particulae clamantes cum pronominibus coniunguntur, ut آقًا لَهَا حَسْرَةً ah, illam, calamitatem! أُفٍّ لِهٰذَا خَشِعًا phui, hunc hominem, vilem! Taber. annal. pag. 170.

5. *Vocativus provocans.*

936. Significatur hic vocativus forma فَعَالِ vel فِعَالِ a radicibus trilitteris ducta. Ita ab نَزَلَ descendit, حَذِرَ cavit, ducuntur نَزَالِ descensio! i. e. descende! حَذَارِ cautio! i. e. cave! تَرَاكِ relictio! i. e. relinque! par. 764. art. 2. Hamâs. pag. 29. Sacy anth. pag. 97.

6. *Vocativus vituperans.*

937. Significatur hic vocativus forma فَعَالِ modo personam femininam, modo nomen abstractum indicante, ut يَا فَجَارِ o improba! et: o improbitas! Sacy gr. tom. 1. par. 956. Harîr. pag. 413.

Porro hic vocativus forma فُعَالِ personam femininam indicante significari dicitur, ut يَا خُبَاثِ o sordida! يَا فُسَاقِ o scelerata! Sacy anthol. pag. 230.

Forma يَا فُعَلُ persona mascula vituperatur, ut يَا خُبَثُ o sordide! يَا فُسَقُ o scelerate! Harîr. pag. 413. Sacyus gr. tom. 1. pag. 406. not. 1. etiam formam يَا لُكَعِ o abiecte! admittere videtur; par. 764. art. 2.

7. *Vocativus interrogans.*

938. Hac forma responsum hominis mirantis vel succensentis significatur, qui vocabulum, quod mirationem ipsi movit, indignabundus repetit. Cui vocabulo particulam أ interrogantem praemittit, ac litteras improbationis حُرُوفُ ٱلْإِنْكَارِ suffigit, i. e. extremam vocabuli vocalem producit, Hêamque pausae adiicit.

Igitur, si quis dixit: غَلَبَنِي ٱلْأَمِيرُ *superavit me princeps*, homo hoc mirans respondet, vocativo interroganti usus: أَٱلْأَمِيرُوهْ *princepsne!* Si quis

dixit: إِنِّي ذَهَبْتُ *equidem abii*, homo hoc mirans respondet: أَذَهَبْتُوهْ abiine! i. e. quid istud: abii?

Quodsi vocabulum, quod mirationem novit, Sukûno vel nûnatione c auditur, litterae improbationis ...يهْ ad Sukûnum vel nûnationem adiiciuntur. Ponuntur igitur:

جَآءَ زَيْدٌ venit Seidus. *responsum:* أَزَيْدُنِيهْ Seidusne!
جِيتُ بِزَيْدٍ veni cum Seido. *responsum:* أَزَيْدِنِيهْ Seidone!
رَأَيْتُ زَيْدًا vidi Seidum. *responsum:* أَزَيْدَنِيهْ Seidumne!

Di de Sacyi anthol. gramm. pag. 268. 375.

Caput quintum decimum.

Pluralia fracta.

939. Nomina arabica multa praeter plurale sanum par. 860. etiam *pluralia fracta* fingunt, nominaque alia permulta solis pluralibus fractis utuntur. Plurale fractum جَمْعٌ مُكَسَّرٌ id dicitur, quod terminationem ...ونَ pluralis sani propriam ad singulare non addit, sed formam singularis quasi frangit vel immutat, vocalibus potissimum mutatis, vel syllaba أَ vel مَ praefixa, vel terminationibus ...ةٌ ...آءُ ...ى ...ي ...انٌ suffixis. Ita singulare عَبْدٌ *servus* fingit plurale sanum عَبْدُونَ et pluralia fracta عِبَادٌ عَبِيدٌ عُبُدٌ أَعْبُدٌ عُبْدَانٌ مَعَابِدُ أَعَابِدُ aliaque; par. 859. Formae pluralis fracti diversae ad quadraginta, quae usitatiores sunt, reperiuntur. Alia singularia uno tantum plurali fracto utuntur, alia pluribus. Lexica arabica ad quodvis nomen singulare pluralia eius fracta adponere solent.

940. Pluralia fracta ut singularia declinantur. Alia primam, alia secundam declinationem sequuntur, prout ipsorum terminatio postulat. Quae in ...ٌ desinunt, ea sicut singularia sana decl. prim. flectuntur; ponuntur igitur: عِبَادٌ servi, عِبَادٍ servorum, عِبَادًا servos. Quae in ...ةٌ desinunt, ut صِبْيَةٌ pueri, ea sicut nomen singulare سَاعَةٌ par. 893. flectuntur. Quae in ...ٍ desinunt, ut مَعَانٍ significationes, par. 972. ea sicut singularia defectiva decl. prim. flectuntur, par. 895. 896.

Quae in ...... desinunt, ut أَعَابِدُ servi, أُمَرَآءُ principes, ea sicut singularia sana decl. sec. flectuntur, par. 900—903. Quae in ىٰ..... desinunt, ut صَحَارِى campi, ea sunt singularia defectiva decl. sec. par. 906. Quae in ى..... desinunt, ut قَتْلَى occisi, ea sicut singularia curta decl. sec. flectuntur, par. 909. 910.

941. Pluralia fracta maximam partem nomina *abstracta* singularia par. 626. dici posse videntur. Quo posito, plurale fractum عِبَادٌ *famuli* proprie *famulitium* significare dici posset.

Nam pluralia fracta sicut singularia declinantur par. 940. atque plerumque sicut singularia feminina cum ceteris vocabulis construuntur, id est, praedicata iis tribuuntur singularia feminina, tum adiectiva, tum verba.

Porro etiam formae pluralium fractorum multorum referunt formas nominum abstractorum. E quo genere sunt pluralium fractorum formae فُعُولَةٌ فَعَالَةٌ فَعِيلٌ فُعُولٌ فِعَالٌ vocalem productam post secundam radicalem sibi inserentes, formae فُعْلَانٌ فِعْلَانٌ syllabam ان..... radici suffigentes, formae فَعْلَى فُعْلَى femininae par. 708. Sacy gr. par. 861. ac formae simpliciores فِعْلَةٌ فَعَلَةٌ فُعَلٌ فِعَلٌ فُعْلٌ aliaeque. Quae quidem formae omnes etiam in infinitivis sive nominibus abstractis fingendis usurpantur, par. 425.

942. Ab nominibus collectivis par. 627. art. 3. par. 765. pluralia fracta distingui oportet; Sacy gr. par. 889. Nam a collectivis ducuntur nomina unitatis sola terminatione ةٌ...... adiecta. Sed a pluralibus fractis nomina unitatis non ducuntur. Itaque a pluralibus fractis تُحَفٌ dona, حُمْرٌ rubri, عُمُدٌ columnae, أُسُودٌ leones, nomina unitatis عُمُدَةٌ حُمْرَةٌ تُحَفَةٌ أُسُودَةٌ ducere non licet. Pluralibus illis respondent singularia تُحْفَةٌ donum, أَحْمَرُ ruber, عَمُودٌ columna, أَسَدٌ leo.

943. Rationes, ad quas a singularibus singulis pluralia fracta ducuntur, sunt variae; quas persequi longum est. Exempli gratia singularia فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ فَعْلَةٌ ita fingunt pluralia sua fracta, ut litteram ة abiiciant, secundae radicali vero Fatcham indant; unde pluralia fracta فِعَلٌ فُعَلٌ فَعَلٌ

exsistunt, quae infra sub nr. 1. 2. 5. enumerantur. Quae formae, si terminatione feminina augentur, fiunt pluralia فِعَلَةٌ فُعَلَةٌ فِعْلَةٌ nro. 6. 7. 8.

Singularia litteras quattuor continentia multa, ut فَعْلَلٌ أَفْعَلُ مَفْعَلٌ فَعْلَى aliaque, ita fingunt pluralia sua fracta, ut litterae secundae Fatcham productam, tertiae vero Kesram indant, unde pluralia fracta مَفَاعِلُ فَعَالِى فَعَالِلُ أَفَاعِلُ exsistunt; ex quorum classi pluralia infra enumerata nr. 22. 27—32. sunt.

Alia pluralium fractorum classis ita fingitur, ut solae tres radicales ponantur, secundae radicali vero vocalis producta indatur; ex qua classi sunt pluralia فَعِيلٌ فُعُولٌ فِعَالٌ atque, quae terminationem femininam adsciverunt, pluralia فُعُولَةٌ فِعَالَةٌ nr. 10. 12—15.

Alia classis syllabam أ radicalibus praefigit; ex qua sunt pluralia أَفْعِلَاءُ أَفْعِلَةٌ أَفْعُلٌ أَفْعَالٌ nr. 16—19.

Alia classis terminationem femininam ى..... radicalibus suffigit; ex qua sunt pluralia فُعَالَى فَعَالَى فِعْلَى فَعْلَى nr. 21. 23. Quae adeo inter se cognata sunt, ut saepe iis omnibus idem singulare utatur.

Pluralia fracta فَعَائِلُ فُعَلَاءُ أَفْعَالٌ فُعُولٌ فِعَالٌ omnium usitatissima sunt.

Plurale fractum ex constanti quadam lege ab suo singulari ductum, ut plurale فُعَلٌ ab singulari فُعْلَةٌ ductum, ab Arabibus قِيَاسِىٌّ *iustum* vocatur. Plurale fractum ab eo singulari ductum, quod raro hanc pluralis formam fingit, ut plurale أَفْعَالٌ a singulari فُعَلٌ ductum, ab Arabibus سَمَاعِىٌّ *usuale* atque نَادِرٌ *insolitum* vel شَاذٌّ *rarum* vocatur; Sacy gr. par. 891.

Iam singulas pluralium fractorum formas ita enumerabimus, ut a simplicioribus ad ampliores procedamus, suaque cuique singularia adponamus.

1. *Plurale* فُعْلٌ

944. Ducitur: 1. ab singularibus فَعْلَةٌ substantivis, ut حَلْقَةٌ حَلَقٌ annuli. 2. ab participiis فَاعِلٌ atque rarius ab singularibus فَعِيلٌ adiectivis, ut خَادِمٌ خَدَمٌ famuli, شَرِيفٌ شَرَفٌ nobiles.

Nomina agminum, ut رَكْبٌ turma, صَحْبٌ comitatus, par. 770. ex pluralibus رَكْبٌ equites, صَحْبٌ comites, orta esse censet Ewaldus gr. ar. par. 312.

2. *Plurale* فُعَلٌ

945. Ducitur: 1. potissimum ab substantivis فُعْلَةٌ atque adiectivis substantivisque فُعْلَى par. 826. ut عُلْبَةٌ عُلَبٌ mulctra, أُمَّةٌ أُمَمٌ gentes, قُوَّةٌ قُوًى vires, كُبْرَى كُبَرٌ grandiores, رُؤْيَا رُؤًى somnia.

2. rarius ab singularibus فَعْلَةٌ et فِعْلَةٌ substantivis, ut قَرْيَةٌ قُرًى oppida, حِلْيَةٌ حُلًى ornamenta.

Nonnunquam pro فُعُلٌ forma فُعَلٌ substituitur, quemadmodum a سَرِيرٌ *solium* pluralia سُرُرٌ et سُرَرٌ ducuntur; quod praesertim in nomine a radice surda ducto fieri videtur.

3. *Plurale* فُعُلٌ

946. Ducitur: 1. ab substantivis فِعَالٌ ac فَعَالٌ ex radice surda vel defectiva non ortis, ut كِتَابٌ كُتُبٌ libri, قَذَالٌ قُذُلٌ occipitia.

2. ab substantivis فَعِيلٌ فَعُولٌ فَعِيلَةٌ فَعُولَةٌ ex radice defectiva non ortis, ut سَرِيرٌ سُرُرٌ solia, عَمُودٌ عُمُدٌ columnae, سَفِينَةٌ سُفُنٌ naves, عَلُوفَةٌ عُلُفٌ pabula.

3. ab adiectivis فَعِيلٌ ac فَعُولٌ tum activis, tum intransitivis, ut نَذِيرٌ نُذُرٌ monitores, صَبُورٌ صُبُرٌ patientes, رَسُولٌ رُسُلٌ legati.

4. rarius ab substantivis فَعْلٌ فَعَلٌ فَعُلٌ فَعِلٌ فَاعِلٌ فُعْلَةٌ ut رَهْنٌ رُهُنٌ pignora, أَسَدٌ أُسُدٌ leones, ضَبُعٌ ضُبُعٌ hyaena, نَمِرٌ نُمُرٌ pardi, تَاجِرٌ تُجُرٌ mercatores, بُسْرَةٌ بُسُرٌ dactyli immaturi. Sed رُهُنٌ et تُجُرٌ ex pluralibus pluralium par. 977. esse dicuntur.

Haud raro, praesertim si singulare ex radice concava ortum est, plurale فُعُلٌ in فُعْلٌ contrahitur. Quemadmodum ab جَوَادٌ liberalis, سَيَالٌ spina, pluralia جُودٌ et سِيلٌ ducuntur; par. 279.

4. *Plurale* فُعْلٌ

947. Ducitur potissimum ab adiectivis أَفْعَلُ positivis, eorumque femininis فَعْلَاءُ par. 687. art. 1. Ponuntur igitur أَحْمَرُ حُمْرٌ rubri, حَمْرَاءُ حُمْرٌ rubrae, أَسْوَدُ سُودٌ nigri, سَوْدَاءُ سُودٌ nigrae, أَبْيَضُ بِيضٌ albi, بَيْضَاءُ بِيضٌ albae. Nam pro بُيْضٌ ponendum est بِيضٌ par. 279.

Rarius hoc plurale ab adiectivis فَعْلٌ فَعِلٌ فَاعِلٌ فَعُولٌ فَعِيلٌ ducitur, ut لَدْنٌ لُدْنٌ teneri, فَطِنٌ فُطْنٌ ingeniosi, لَذِيذٌ لُذٌّ iucundi.

5. *Plurale* فِعَلٌ

948. Ducitur: 1. potissimum ab singularibus فِعْلَةٌ et فِعْلَى substantivis, ut قِطْعَةٌ قِطَعٌ fragmenta, سِكَّةٌ سِكَكٌ monetae, حِيلَةٌ حِيَلٌ technae, رِشْوَةٌ رِشًى dona, ذِكْرَى ذِكَرٌ memoriae.

2. rarius a nominibus فَعْلَةٌ et فُعْلَةٌ substantivis, ut قَصْعَةٌ قِصَعٌ scutellae, قُوَّةٌ قِوًى vires.

6. *Plurale* فَعَلَةٌ

949. Ducitur potissimum ab adiectivis فَاعِلٌ hominem significantibus, non ex radice defectiva ortis, ut كَامِلٌ كَمَلَةٌ integri, بَارٌّ بَرَرَةٌ puri, حَائِكٌ حَاكَةٌ textores; par. 260. art. 3.

Rarius ab adiectivis فَعِيلٌ فُعَالٌ فَعَّالٌ aliisque ducitur, ut رَذِيٌّ رَذَاةٌ debilis, سَيِّدٌ سَادَةٌ domini, شُجَاعٌ شَجَعَةٌ strenui, أَكَّارٌ أَكَرَةٌ agricolae. Pro شَجَعَةٌ *strenui* etiam شَجْعَةٌ ponitur; Kâm.

7. *Plurale* فُعَلَةٌ

950. Ducitur potissimum ab adiectivis فَاعِلٌ hominem significantibus, ex radice defectiva ortis, ut غَازٍ غُزَاةٌ milites, قَاضٍ قُضَاةٌ iudices; par. 262. art. 1. par. 293. art. 1.

Rarius ab adiectivis فَعِيلٌ ducitur, ut سَرِىٌّ سَرَاةٌ princeps. Ab شُجَاعٌ *strenuus* etiam plurale شُجْعَةٌ ducitur; *Kâm.*

8. *Plurale* فِعَلَةٌ

951. Ducitur potissimum a nominibus فُعْلٌ فَعْلٌ فِعْلٌ فُعُلٌ substantivis, ut دُبٌّ دِبَبَةٌ ursi, كُوزٌ كِوَزَةٌ urcei, زَوْجٌ زِوَجَةٌ mariti, نَارٌ نِيَرَةٌ ignes, قِرْدٌ قِرَدَةٌ simiae, طُنُبٌ طِنَبَةٌ funes.

Etiam هَدِمَةٌ *camela libidinosa* plurali هِدَمَةٌ utitur. Plurale فِعَلَةٌ quodammodo plurali فِعَالٌ cognatum esse censet Ewaldus gr. par. 309.

9. *Plurale* فِعْلَةٌ

952. Ducitur a nominibus فَعْلٌ فَعَلٌ فَعَلٌ فَعَالٌ فَعِيلٌ ut أَخٌ إِخْوَةٌ fratres, ثَوْرٌ ثِيرَةٌ tauri, غُصْنٌ غِصْنَةٌ rami, غَزَالٌ غِزْلَةٌ hinnuli, غُلَامٌ غِلْمَةٌ iuvenes, صَبِىٌّ صِبْيَةٌ pueri, بَيِّنٌ بِينَةٌ manifesti.

10. *Plurale* فِعَالٌ

953. Ducitur: 1. a nominibus فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ فَعْلَةٌ فِعْلَةٌ فُعْلَةٌ substantivis, ut بَحْرٌ بِحَارٌ maria, قِدْحٌ قِدَاحٌ hastae, رُمْحٌ رِمَاحٌ lanceae, قَصْعَةٌ قِصَاعٌ scutellae, رُقْعَةٌ رِقَاعٌ laciniae, لَقْحَةٌ لِقَاحٌ gravidae.

2. a nominibus فَعَلٌ فَعُلٌ فَعِلٌ فَعَلَةٌ فَعِلَةٌ substantivis, praesertim si ex radice surda vel defectiva non orta sunt, ut جَبَلٌ جِبَالٌ montes, رَجُلٌ رِجَالٌ viri, نَمِرٌ نِمَارٌ pardi, رَقَبَةٌ رِقَابٌ colla, حِدَأَةٌ حِدَآءٌ milvi.

3. a nominibus فَعْلٌ فَاعِلٌ فَعِلٌ فَعِيلٌ فَعِيلَةٌ فَعْلَانُ فَعْلَانَةٌ فُعْلَانُ فَعْلَانَةٌ أَفْعَلُ فَعْلَى adiectivis, ut صَعْبٌ صِعَابٌ difficiles, تَاجِرٌ تِجَارٌ merca-

tores, شَرِيفٌ شِرَافٌ nobiles, نَدْمَانٌ نِدَامٌ poenitentes, خَمْصَانٌ خِمَاصٌ esurientes, أَحْمَقُ حِمَاقٌ stulti, أُنْثَى إِنَاثٌ femineae.

11. *Pluralia* فُعَّلٌ فُعَّالٌ فُعَلٌ

954. Plurale فُعَّلٌ ab adiectivo فَاعِلٌ ac feminino فَاعِلَةٌ ducitur; ut طَائِعٌ طُوَّعٌ obedientes, بَاهِلَةٌ بُهَّلٌ liberae.

Plurale فُعَّالٌ ab solo masculino فَاعِلٌ ducitur, ut كَاتِبٌ كُتَّابٌ scribae, غَازٍ غُزَّاءٌ bellatores.

Plurale فُعَالٌ ab singularibus فَاعِلٌ فَعِلٌ paucis ducitur, ut رَاعٍ رُعَاءٌ pastores, رَخِلٌ رُخَالٌ agnae.

12. *Plurale* فُعُولٌ

955. Ducitur potissimum ab substantivis فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ فَعَلٌ فَعِلٌ atque adiectivo فَاعِلٌ ut جَمْعٌ جُمُوعٌ agmina, جِيدٌ جُيُودٌ colla, جُنْدٌ جُنُودٌ legiones, أَسَدٌ أُسُودٌ leones, كَبِدٌ كُبُودٌ iecora, شَاهِدٌ شُهُودٌ testes, بَاكٍ بُكِيٌّ et بِكِيٌّ plorantes; par. 269. 300.

Rarius ab substantivis فِعَالَةٌ فَعَالٌ فَعْلَةٌ atque adiectivis فَعُولٌ فَعِيلٌ ducitur, ut خُرْبَةٌ خُرُوبٌ perae, عَنَاقٌ عُنُوقٌ capellae, هِرَاوَةٌ هُرِيٌّ et هِرِيٌّ baculi, هَاجِدٌ هُجُودٌ precantes, خَبِيثٌ خُبُوثٌ mali.

13. *Plurale* فَعِيلٌ

956. Ducitur ab singularibus فَعْلٌ فِعَالٌ فَاعِلٌ ut عَبْدٌ عَبِيدٌ servi, حِمَارٌ حَمِيرٌ asini, عَادٍ عَدِيٌّ currentes.

Etiam ab ضِرْسٌ dens عَجَبٌ mirum, بَقَرَةٌ vacca, pluralia ضَرِيسٌ عَجِيبٌ بَقِيرٌ duci dicuntur; Ewald gr. par. 308.

14. *Pluralia* فُعَالَةٌ فَعَالَةٌ فِعَالَةٌ

957. Ducuntur ab singularibus فَعَلٌ فَاعِلٌ ut حِجَارَةٌ حَجَرٌ lapides, صَاحِبٌ صَحَابَةٌ صِحَابَةٌ socii, جَمَلٌ جِمَالَةٌ جَمَالَةٌ جُمَالَةٌ cameli.

15. *Plurale* فُعُولَةٌ

958. Ducitur a singularibus فَعْلٌ فَعَلٌ ut بَعْلٌ بُعُولَةٌ mariti, عَمٌّ عُمُومَةٌ patrui, خَالٌ خُؤُولَةٌ avunculi, ذَكَرٌ ذُكُورَةٌ masculi.

Nomina plurale فُعُولٌ fingentia nonnulla etiam plurali فُعُولَةٌ utuntur, ut بَعْلٌ بُعُولٌ بُعُولَةٌ mariti, et ذَكَرٌ ذُكُورٌ ذُكُورَةٌ masculi.

16. *Plurale* أَفْعَالٌ

959. Ducitur: 1. ab singularibus trilitteris quibusvis, et maxime quidem ab iis, quae secundae radicali vocalem brevem induunt, ut فَرْخٌ أَفْرَاخٌ pulli, مَطَرٌ أَمْطَارٌ imbres, رَحًا أَرْحَآءٌ molae, أَبٌ آبَآءٌ patres, حَدَقَةٌ أَحْدَاقٌ pupillae, قُفْلٌ أَقْفَالٌ serae, طُنُبٌ أَطْنَابٌ funes, رُطَبٌ أَرْطَابٌ dactyli, خِثْيٌ أَخْثَآءٌ stercora, حِبٌّ أَحْبَابٌ amici, اِبْنٌ أَبْنَآءٌ filii, إِبِلٌ آبَالٌ cameli, نَمِرٌ أَنْمَارٌ pardi, وَجِلٌ أَوْجَالٌ timidi, يَقُظٌ أَيْقَاظٌ vigiles.

Ab singulari فَعْلٌ tum praesertim, si ex radice concava vel adsimilata ortum est, ducitur hoc plurale; ut سَيْفٌ أَسْيَافٌ gladii, وَقْتٌ أَوْقَاتٌ tempora. Ab singulari فُعَلٌ raro ducitur.

2. ab adiectivo فَاعِلٌ adque adiectivis فَعِيلٌ فَعُولٌ intransitivis, ut طَاهِرٌ أَطْهَارٌ puri, شَرِيفٌ أَشْرَافٌ nobiles, مَيِّتٌ أَمْوَاتٌ mortui, عَدُوٌّ أَعْدَآءٌ inimici.

17. *Plurale* أَفْعُلٌ

960. Ducitur: 1. ab singularibus trilitteris vocalem brevem vel Sukûnum secundae radicali indentibus, ut وَجْهٌ أَوْجُهٌ facies, عَيْنٌ أَعْيُنٌ oculi, جَبَلٌ أَجْبُلٌ montes, دَارٌ أَدْوُرٌ domus, دَلْوٌ أَدْلٍ pro أَدْلُوٌ par. 262.

art. 2. situlae, رِجْل أَرْجُل pedes, قُفْل أَقْفُل serae, كَبِد أَكْبُد iecora, نِعْمَة أَنْعُم commoditates.

2. ab singularibus trilitteris vocalem productam secundae radicali indentibus, ut ذِرَاع أَذْرُع brachia, يَمِين أَيْمُن iuramenta, رَسُول أَرْسُل legati, صَبِيّ أَصْبٍ pueri, par. 293. art. 2. Etiam رَمَضَان *mensis Ramadân* et جَائِز *trabs* pluralibus أَرْمُض أَجْوُز utuntur.

18. ***Plurale*** أَفْعِلَة

961. Ducitur: 1. rarius ab singularibus trilitteris brevioribus, ut فَرْخ أَفْرِخَة pulli, خَال أَخْوِلَة avunculi, قَفًا أَقْفِيَة occipitia.

2. potissimum ab singularibus trilitteris vocalem productam secundae radicali indentibus, ut طَعَام أَطْعِمَة cibi, عَمُود أَعْمِدَة columnae, رَغِيف أَرْغِفَة liba, إِلَاه آلِهَة dei, إِمَام أَئِمَّة antistites, حَبِيب أَحِبَّة cari, عَزِيز أَعِزَّة eximii, صَبِيّ أَصْبِيَة pueri, قَبَاء أَقْبِيَة tunicae.

3. rarius ab singulari فَاعِل nonnullisque aliis, ut وَادٍ أَوْدِيَة valles, بَاطِن أَبْطِنَة depressiora, عَاقّ أَعِقَّة repugnantes, نَاحِيَة أَنْحِيَة regiones, رَمَضَان أَرْمِضَة menses Ramadâni.

19. ***Plurale*** أَفْعِلَاء

962. Ducitur potissimum ab singularibus فَعِيل adiectivis, praesertim si ex radice surda vel defectiva orta sunt, rarius vero ab singularibus فَعِيل substantivis, ut قَرِيب أَقْرِبَاء propinqui, طَرِيق أَطْرِقَاء viae, حَبِيب أَحِبَّاء cari, غَنِيّ أَغْنِيَاء opulenti, نَبِيّ نَبِيء أَنْبِيَاء prophetae.

20. ***Plurale*** فُعَلَاء

963. Ducitur ab singularibus فَاعِل فَعِيل فَعُول فَعَال ut شَاعِر شُعَرَاء poetae, أَمِير أُمَرَاء principes, عَلِيم عُلَمَاء docti, نَقِيّ نُقَوَاء puri, رَئِيس

رُؤَسَآءُ praefecti, خُلَفَآءُ خَلِيفَةٌ chalîfae, أُسَرَآءُ أَسِيرٌ captivi, رُسَلَآءُ رَسُولٌ legati, جُوَدَآءُ جَوَادٌ liberales.

21. *Plurale* فَعْلَى

964. Plurale فَعْلَى ducitur: 1. ab adiectivis فَعِلٌ فَعِلٌ فَاعِلٌ فَعِيلٌ أَفْعَلُ praesertim hominem adflictum significantibus, ut جَرْحَى جَرِيحٌ saucii, صَرْعَى صَرِيعٌ prostrati, هَلْكَى هَالِكٌ pereuntes, حَمْقَى أَحْمَقُ vesani, جَلْدَى جَلْدٌ duri.

2. ab adiectivis فَعْلَانُ ut كَسْلَى كَسْلَانُ pigri.

Pluralia perraro usurpata sunt فِعْلَى فَعْلَآءُ فِعْلَآءُ ut كَيْسَى كَيِّسٌ astuti, ظِرْبَى ظِرْبَآءُ ظَرِبَانٌ mustelae, عِبِدَّى عَبْدٌ servi, قَصْبَآءُ قَصَبَةٌ arundines.

22. *Plurale* فَعَالِي

965. Ducitur. 1. ab singularibus فَعْلَى فِعْلَى فُعْلَى فَعْلَآءُ فِعْلَآءُ فُعْلَآءُ iisque, quae in ...ُوَةٌ et ...ِيَةٌ desinunt, ut فَتَاوِي فَتْوَى placita, ذَفَارِي ذِفْرَى crania, حَبَالِي حُبْلَى gravidae, صَحَارِي صَحْرَآءُ campi, تَرَاقِي تَرْقُوَةٌ guttura.

2. ab adiectivis فَعْلَانُ ut كَسَالِي كَسْلَانُ pigri.

3. ab singularibus فَعْلٌ فَعْلَةٌ ut لَيَالِي لَيْلٌ noctes, أَرَاضِي أَرْضٌ terrae, كَيَاكِي كَيْكَةٌ ova.

Forma فَعَالِي pro فَعَالِيُّ sec. declin. par. 906. ponitur, igiturque plurali فَعَالِلُ par. 972. cognata est. Nonnulla vocabula etiam forma فَعَالِي vel فَعَالٍ prim. declin. par. 895. utuntur, ut لَيَالٍ لَيْلٌ noctes, حَذَارٍ حِذْرِيَةٌ cristae. Pauca terminationem ...ِي in ...ِيُّ convertunt, ut إِنْسَانٌ أَنَاسِيُّ homines; Kâm.

Ita 4. etiam ab gentilitiis nonnullis pluralia فَعَالِي فَعَالٍ فَعَالِيٌّ ducuntur, ut بُخْتِيٌّ بَخَاتِي بَخَاتٍ بَخَاتِيٌّ cameli buchtici, مَهْرِيٌّ مَهَارِي مَهَارٍ مَهَارِيٌّ cameli mehrici, ذُرِّيَّةٌ ذَرَارِي ذَرَارٍ liberi, سُرِّيَّةٌ سَرَارِي سَرَارٍ pellices.

23. *Plurale* فَعَالَى فَعَالِى فُعَالَى

966. Plurale فَعَالَى ducitur: 1. ab singularibus فَعْلَى فِعْلَى فُعْلَى فَعْلَآءُ فِعْلَآءُ فُعْلَآءُ ut فَتْوَى فَتَاوَى placita, ذِفْرَى ذَفَارَى crania, صَحْرَآءُ صَحَارَى campi.

2. ab adiectivis فَعْلَانُ ut كَسْلَانُ كَسَالَى pigri, غَرْثَانُ غَرَاثَى famelici. Quae quidem adiectiva etiam pluralibus فُعَالَى ac فِعَالَى utuntur, ut كَسْلَانُ كَسَالَى كِسَالَى كُسَالَى pigri. Atque etiam adiectivis فَعِيلٌ أَفْعَلُ haec pluralia tribuuntur, ut عَجِيلٌ عَجَالَى عُجَالَى agiles, أَحْمَقُ حَمَاقَى حُمَاقَى vesani.

3. ab singularibus فَعِيلَةٌ rariusque فَاعِلَةٌ فَعَالَةٌ فُعَالَةٌ فَعُولَةٌ ex radice defectiva ortis, ut هَدِيَّةٌ هَدَايَا dona, مَطِيَّةٌ مَطَايَا iumenta, فَلُوَّةٌ فَلَاوَى pulli, نُقَايَةٌ نَقَايَا selecta, هِرَاوَةٌ هَرَاوَى baculi, زَاوِيَةٌ زَوَايَا anguli, par. 95. Grammatici Arabes vero haec pluralia هَدَايَا مَطَايَا pro هَدَائِيُ مَطَائِيُ poni, igiturque rectius pluralia formae فَعَائِلُ par. 970. dici censent.

4. etiam a gentilitio مَهْرِيٌّ *camelus mehricus* Fîrûsâbâdensis plurale مَهَارَى duci perhibet pag. 668.

24. *Pluralia* مَفْعَلٌ مَفْعَلَةٌ مَفْعُلَةٌ مَفْعُولَآءُ

967. Ducuntur haec pluralia, quibus nomina pauca utuntur, ab singularibus simplicioribus par. 644. ut رَجُلٌ مَرْجَلٌ viri, عَبْدٌ مَعْبَدَةٌ servi, سَيْفٌ مَسْيَفَةٌ gladii, عَبْدٌ مَعْبُودَآءُ servi; par. 712.

25. *Plurale* فُعْلَانٌ

968. Ducitur ab singularibus simplicioribus par. 644. potissimumque ab فَعَلٌ فَعَالٌ فُعَلٌ فُعَالٌ فَعِيلٌ porroque ab فِعْلٌ فَعْلٌ فَاعِلٌ ex radice concava ortis, ut فَتًى فِتْيَانٌ pueri, أَخٌ إِخْوَانٌ fratres, غَزَالٌ غِزْلَانٌ hinnuli, صُرَدٌ صِرْدَانٌ passeres, ذُبَابٌ ذِبَّانٌ muscae, ظَلِيمٌ ظِلْمَانٌ struthiones, قُذَّةٌ قِذَّانٌ pulices, حُوتٌ حِيتَانٌ pisces, جَارٌ جِيرَانٌ vicini, حَائِطٌ حِيطَانٌ parietes.

26. *Plurale* فُعْلَانٌ

969. Ducitur ab singularibus فَعْلٌ فُعْلٌ فَعَلٌ فَاعِلٌ فَعِيلٌ فُعَالٌ فِعَالٌ أَفْعَلُ ut بَطْنٌ بُطْنَانٌ pennae, خُرْءٌ خُرْآنٌ excrementa, بَلَدٌ بُلْدَانٌ regiones, فَارِسٌ فُرْسَانٌ equites, رَغِيفٌ رُغْفَانٌ liba, زُقَاقٌ زُقَّانٌ angiportus, ذِرَاعٌ ذُرْعَانٌ brachia, أَحْمَرُ حُمْرَانٌ rubri.

27. *Plurale* فَعَايِلُ

970. Ducitur ab singularibus simplicibus par. 644. vocalem productam secundae radicali indentibus, ut فَعِيلٌ فَعُولٌ فَعَالٌ فَعِيلَةٌ فَعُولَةٌ فَعَالَةٌ ceterisque, praesertim feminina significantibus par. 359. Ponuntur igitur ضَمِيرٌ ضَمَايِرُ flaccidae, عَرُوسٌ عَرَايِسُ sponsae, شِمَالٌ شَمَايِلُ sinistrae, عَجِيبَةٌ عَجَايِبُ mirae, رَكُوبَةٌ رَكَايِبُ iumenta, سَحَابَةٌ سَحَايِبُ nubes.

28. *Pluralia* فَوَاعِلُ فَوَاعِيلُ

971. Plurale فَوَاعِلُ ducitur ab singularibus simplicibus, primae radicali vocalem productam indentibus, i. e. فَاعِلٌ فَاعَلٌ فَاعِلَةٌ فَاعِلَاءُ par. 235. art. 1. ut فَارِسٌ فَوَارِسُ equites, حَامِلٌ حَوَامِلُ gravidae, سَامٌّ سَوَامُّ venenosi, خَاصٌّ خَوَاصُّ speciales, عَامٌّ عَوَامُّ generales, طَابَقٌ طَوَابِقُ sartagines, صَاعِقَةٌ صَوَاعِقُ fulmina, قَاصِعَاءُ قَوَاصِعُ foramina. Participium فَاعِلٌ marem significans rarius hoc plurale fingit.

Participia feminina فَاعِلَةٌ a radicibus defectivis ducta, ut جَارِيَةٌ puella, غَانِيَةٌ bella, plurale فَوَاعِل ut nomen primae declinationis flectunt. Ponuntur igitur جَوَارٍ puellae, جَوَارٍ puellarum, جَوَارِيًا puellas; sed frequentius accusativus جَوَارِىَ ponitur, ad secundam declinationem accommodatus; par. 895. 906. 907.

Plurale فَوَاعِيل ab singularibus simplicibus, et primae, et secundae radicali vocalem productam indentibus, ducitur, ut جَوَاسِيسُ جَاسُوسٌ exploratores, بَوَاسِيرُ بَاسُورٌ haemorrhoïdes, قَوَارِيرُ قَارُورَةٌ ampullae, خَوَاتِيمُ خَاتَامٌ sigilla, دَوَاوِينُ دِيوَانٌ codices; par. 359.

29. *Pluralia* مَفَاعِل أَفَاعِل تَفَاعِل فَعَالِل

972. Plurale مَفَاعِل ab singularibus مَفْعَل مَفْعَلَةٌ ceterisque, quae Mîmam tribus radicalibus praefigunt, secundaeque radicali vocalem brevem indunt, ducitur, ut مَقَاتِلُ مَقْتَلٌ occisiones, مَزَابِلُ مَزْبَلَةٌ fimeta, مَنَازِلُ مَنْزِلٌ mansiones, مَكَارِمُ مَكْرُمَةٌ virtutes, مَعَانٍ مَعْنًى significationes, par. 908.

Plurale مَفَاعِل ex radice concava, quae mediam radicalem Iâam habet, ortum pro media radicali Iâam non hamsatam ponit. Igitur ab سَاحَ يَسِيحُ ducuntur مَسَايِحُ مَسَاحَةٌ spatia.

Plurale مَفَاعِل ex radice concava, quae mediam radicalem Wàwam habet, ortum pro media radicali tum Wâwam, tum Iâam non hamsatam, tum Iâam hamsatam ponit. Igitur ab نَارَ يَنُورُ ducuntur مَنَاوِرُ مَنَارَةٌ مَنَايِرُ مَنَائِرُ lychnuchi.

Plurale أَفَاعِل ab singularibus أَفْعَلُ أَفْعَلَةٌ أَفْعُلٌ ceterisque, quae Elifam tribus radicalibus praefigunt, secundaeque radicali vocalem brevem indunt, ducitur, ut أَكَابِرُ أَكْبَرُ principes, أَنَامِلُ أَنْمُلَةٌ extremitates digitorum, أَصَابِعُ أُصْبُعٌ digiti. Ab adiectivo أَفْعَلُ hoc plurale tum potissimum ducitur, si adiectivum illud in substantivum abit.

Porro plurale أَفَاعِل ad primam declinationem accommodatum etiam ab singulari أُفْعُولَة ex radice defectiva orto duci videtur. Nam أُغْنِيَّة cantilena, أُمْنِيَّة votum, أُثْفِيَّة fulcrum, pluralibus أَثَافٍ أَمَانٍ أَغَانٍ utuntur, quae sicut جَوَارٍ par. 908. 971. flectuntur. Rarius pro iis ponuntur أَثَافِيُّ أَمَانِيُّ أَغَانِيُّ quemadmodum etiam أَنَاسِيُّ usurpatur, par. 964. Plurale أَمَالٍ *dictationes* ab infinitivo إِمْلَآءٌ *dictatio* ductum esse dicitur, Sacy anth. pag. 137; praeterea a quodam singulari أُمْلِيَّة *dictatum* ductum esse coniici posset.

Plurale تَفَاعِل ab singularibus تَفْعَل تَفْعَلَة ceterisque, quae Tâam tribus radicalibus praefigunt, secundaeque radicali vocalem brevem indunt, ducitur, ut تَجَارِبُ تَجْرِبَة experientiae.

Plurale فَعَالِل ab singularibus quadrilitteris par. 757. simplicibus tertiae radicali vocalem brevem indentibus, ducitur, ut ضَفَادِعُ ضِفْدَعٌ ranae, جَنَادِبُ جُنْدَبٌ locustae, جَوَاهِرُ جَوْهَرٌ gemmae, قَنَاطِرُ قَنْطَرَةٌ pontes, عَلَابِطُ عُلَابِطٌ corpulenti.

30. *Pluralia* فَعَالِيل تَفَاعِيل أَفَاعِيل مَفَاعِيل

973. Ducuntur haec pluralia ab singularibus paragrapho antecedenti enumeratis, si litterae tertiae vocalem productam, vel diphthongum, indunt par. 359. Ponuntur igitur مَفَاتِيحُ مِفْتَاحٌ claves, مَقَادِيرُ مِقْدَارٌ decreta, أَسَالِيبُ أُسْلُوبٌ modi, أَكَالِيلُ إِكْلِيلٌ coronae, أَسَانِيدُ إِسْنَادٌ fulcimenta, تَصَارِيفُ تَصْرِيفٌ conversiones, قَنَادِيلُ قِنْدِيلٌ candelae.

Rarius haec pluralia ab singularibus vocalem brevem litterae tertiae indentibus ducuntur, ut مَرَاضِيعُ مُرْضِعٌ lactantes, مَطَافِلُ مُطْفِلٌ et مَطَافِيلُ pullum habentes.

Porro plurale فَعَالِيل ab singularibus فُعْلَانٌ فِعْلَانٌ فَعْلَانٌ substantivis nonnullis ex radice trilittera ortis ducitur, quasi haec singularia quadrilittera essent. Ita ponuntur رَيَاحِينُ رَيْحَانٌ flores, سَرَاحِينُ سِرْحَانٌ lupi,

سُلْطَانٌ سَلَاطِينُ principes. Atque eadem ratione haec singularia etiam deminutiva fingunt, par. 773; Sacy gr. tom. 1. par. 893.

31. *Pluralia* فَعَالِلَةٌ تَفَاعِلَةٌ أَفَاعِلَةٌ مَفَاعِلَةٌ

974. Ducuntur: 1. rarius ab singularibus par. 972. enumeratis, secundae radicali, vel syllabae, vocalem brevem indentibus, praesertim si peregrina sunt, personasque significant, ut مَلْأَكٌ مَلَائِكُ et مَلَائِكَةٌ angeli, أُسْقُفٌ أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ episcopi, قَيْصَرٌ قَيَاصِرَةٌ caesares.

2. saepius ab singularibus par. 973. enumeratis, secundae radicali, vel syllabae, vocalem productam indentibus, ut تِلْمِيذٌ تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ discipuli, بِطْرِيقٌ بَطَارِيقُ et بَطَارِقَةٌ patricii.

3. saepius ab gentitilitiis, quorum primigenia quattuor vel quinque litteras continent, ut مَغْرِبِيٌّ مَغَارِبَةٌ Mauritani, بَرْمَكِيٌّ بَرَامِكَةٌ Barmekidae, بَغْدَادِيٌّ بَغَادِدَةٌ Bagdâdenses.

32. *Pluralia* فَعَاعِلُ فَعَاعِيلُ فَعَاعِلَةٌ

975. Haec pluralia secundam radicalem repetentia ducuntur: 1. ab singularibus secundam radicalem geminantibus, ut خُرَّقٌ خَرَارِقُ passeres, خُفَّاشٌ خَفَافِيشُ vespertiliones, تُبَّعٌ تَبَابِعَةٌ reges, جَبَّارٌ جَبَابِرَةٌ potentes.

Etiam nomina peregrina دِينَارٌ denarius, دِيبَاجٌ sericum, quia pro دِنَّارٌ دِبَّاجٌ poni videntur, pluralibus دَنَانِيرُ دَبَابِيجُ utuntur.

33. *Pluralia* فَعَالِلُ *singulare truncantia.*

976. Singularia consonantes quinque continentia, ut جَحْمَرِشٌ decrepita, عَنْدَلِيبٌ luscinia, قَلَنْسُوَةٌ pileus, عَنْكَبُوتٌ aranea, plurale fractum ita fingunt, ut consonantem extremam, rarius penultimam vel antepenultimam, abiiciant, ceteras consonantes vero in formam فَعَالِلُ redigant. Itaque nomina illa pluralibus جَحَامِرُ عَنَادِلُ قَلَانِسُ عَنَاكِبُ utuntur; par. 778. Atque ita ab خَزْرَنَقٌ *aranea* pluralia خَزَارِنُ et خَزَارِقُ ducuntur.

Participia quinquelittera ac sexlittera, ut مُدَحْرَجٌ volutatus, مُنْطَلَقٌ dimissus, مُسْتَخْرِجٌ educens, fere semper pluralibus sanis utuntur; par. 863. art. 7. Si plurale fractum ab iis ducitur, tum ea, quae solam Mîmam praefixam habent, hanc abiiciunt; itaque ab مُدَحْرَجٌ plurale دَحَارِجُ ducitur. Quae praeter Mîmam etiam Nûnam, vel Sînam et Tâam, praefixam habent, ea has tantum litteras serviles abiiciunt, Mîmam vero retinent; itaque ab مُنْطَلَقٌ مُسْتَخْرِجٌ pluralia مَطَالِقُ مَخَارِجُ ducuntur.

34. *Pluralia pluralium.*

977. Ab pluralibus fractis nonnullis Elifam praefigentibus ducuntur pluralia fracta alia, quae potissimum multitudinem maiorem vel indefinitam significare dicuntur, atque ab Arabibus جَمْعُ ٱلْجَمْعِ *plurale pluralis* vocantur; Sacy gr. par. 880. Ita ponuntur نَعَمٌ armentum, أَنْعَامٌ armenta, أَنَاعِيمُ armenta multa, عَبْدٌ servus, أَعْبُدٌ servi, أَعَابِدُ servi multi, عَدُوٌّ hostis, أَعْدَآءٌ hostes, أَعَادٍ hostes multi.

Ab pluralibus fractis nonnullis pluralia sana masculina ducuntur, ut عَمٌّ patruus, أَعْمُمٌ patrui, أَعْمُمُونَ patrui, قَلِيلٌ paucus, قُلُلٌ pauci, قُلُلُونَ pauci.

Ab pluralibus fractis pluribus pluralia sana feminina ducuntur, ut بَيْتٌ بُيُوتٌ بُيُوتَاتٌ domus, طَرِيقٌ طُرُقٌ طُرُقَاتٌ viae, شَيْءٌ أَشْيَآءُ أَشْيَاوَاتٌ res, صَاحِبَةٌ صَوَاحِبُ صَوَاحِبَاتٌ amicae; agân. art. Maabed el jaktîni. Interdum plurale pluralis demonstrat significationem paulo immutatam, ut بُيُوتَاتٌ familiae, stirpes.

Ab pluralibus fractis interdum ducuntur dualia, collectiones duas significantia, ut أَصْلٌ principium, أُصُولٌ principia, أُصُولَانِ collectiones duae principiorum i. e. principia theologiae ac principia iuris; Sacy gr. tom. 1. par. 887.

35. *Pluralia fracta insolentiora.*

978. Pluralibus fractis anomalis, sive insolito modo fictis, singularia nonnulla utuntur, ut قَوْسٌ قِسِيٌّ arcus, إِنْسَانٌ أُنَاسٌ نَاسٌ homo,

سَوَآءٌ سَوَاسِيَةٌ aequalis, رَغِيفٌ تَرَاغِيفُ libum, آمْرَأَةٌ mulier, نِسَآءٌ et نِسْوَةٌ mulieres. Quae pluralia partim ab singularibus inusitatis ducta sunt; par. 787.

Pluralibus fractis rarioribus singularia nonnulla utuntur, ut مَلِكٌ أَمْلُوكٌ domini, قَيْلٌ مَقَاوِلُ principes, عِلْجٌ عِلَاجَةٌ barbari, عَبْدٌ عِبِدَّآءُ servi, كُرَةٌ كُرِينَ et كِرِينَ globi, سَنَةٌ سِنِينَ et سِنِينَ anni; quae ex كُرُونَ سَنُونَ par. 864. orta esse videntur. Ad بُرَةٌ *annulus* Kâmûs pluralia بُرِينَ بِرِينَ adposuit.

Pluralia fracta nonnulla a singularibus perbrevibus ducta litteram Hêam radicalibus adiiciunt, ut مَآءٌ أَمْوَاهٌ et مِيَاهٌ aqua, فُو أَفْوَاهٌ os, شَفَةٌ شِفَاهٌ labium; par. 649.

---

979. Gentilitia in يٌّ.... desinentia etiam singulare femininum pro plurali ponunt, ut عُثْمَانِيٌّ Othmânida, أَلْعُثْمَانِيَّةُ Othmânidae.

980. Nomen, cui subiiciuntur significationes diversae, interdum has significationes pluralibus fractis diversis distinguit. Ita ponuntur عَيْنٌ oculus, عُيُونٌ oculi, أَعْيَانٌ principes, بَطْنٌ venter, بُطُونٌ ventres, بُطْنَانٌ pennae; Sacy gr. tom. 1. par. 871.

981. Pluralia sana, atque pluralia fracta أَفْعِلَةٌ أَفْعَالٌ أَفْعُلٌ فِعْلَةٌ ab Arabibus جُمُوعُ قِلَّةٍ *pluralia paucitatis* vocantur, quia, si nomen pluralibus pluribus utitur, pluralia illa potissimum numerum minorem, ultra novem non progredientem, significare solent; ut دَارٌ domus, أَدْوُرٌ domus paucae, دِيَارٌ domus multae.

Cetera pluralia fracta جُمُوعُ كَثْرَةٍ *pluralia multitudinis* vocantur, quia etiam numerum maiorem significant.

Caput sextum decimum.

Nomina numeralia.

982. Numeralia i. e. أَسْمَآءُ ٱلْعَدَدِ *nomina numeri* sermo arabicus eadem, qua ceterae linguae semiticae, ratione constituit. Cardinalia

potissimum substantivorum formam naturamque referunt, partimque genus masculinum ac femininum distinguunt, atque in casus plures flectuntur. Ordinalia vero adiectiva sunt, partimque et ipsa genus ac casus distinguunt.

1. *Numeralia cardinalia.*

983. Numeralia primaria, quae ab Arabibus مُفْرَدَةٌ *simplicia* atque آحَادٌ *unitates* vocantur, haec sunt:

masc.	femin.		masc.	femin.	
أَحَدٌ	إِحْدَى	unus.	سِتَّةٌ	سِتٌّ	sex.
اِثْنَانِ	اِثْنَتَانِ	duo.	سَبْعَةٌ	سَبْعٌ	septem.
ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ	tres.	ثَمَانِيَةٌ	ثَمَانٍ	octo.
أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ	quattuor.	تِسْعَةٌ	تِسْعٌ	novem.
خَمْسَةٌ	خَمْسٌ	quinque.	عَشَرَةٌ	عَشْرٌ	decem.

984. Numeralia أَحَدٌ إِحْدَى par. 847. plerumque ut adiectiva rei numeratae subiunguntur, atque sicut nomen sanum primae, et nomen curtum secundae declinationis par. 888. 909. flectuntur. Pro iis etiam وَاحِدَةٌ وَاحِدٌ ponuntur, quae *singulum* significant.

Numeralia اِثْنَانِ اِثْنَتَانِ sunt dualia nominis ثِنْيٌ sive اِثْنٌ *iteratio* par. 648. ideoque sicut cetera dualia flectuntur par. 888. 893. Plerumque rei numeratae ut adiectiva subiunguntur.

985. Cetera numeralia primaria masculina terminationem femininam ةٌ..... sibi suffigunt. Nomina abstracta esse videntur, quae proprie: *trinionem*, *quaternionem*, atque sic cetera, significant; par. 640. art. 3. Deinde ab iis numeralia feminina duxerunt, terminatione illa abiecta.

Numerale masculinum ponitur, ubi solum numerale significatur, ut ثَلَاثٌ نِصْفُ سِتَّةٍ trinio est dimidium senionis, Sacy gr. tom. 2. par. 568; porro ubi numerale in statu constructo positum praemittitur rei numeratae masculae, ut ثَلَاثَةُ رِجَالٍ trinio virorum, sive tres viri; denique ubi rei numeratae masculae numerale subiungitur, ut رِجَالٌ ثَلَاثَةٌ viri, trinio, i. e. viri tres.

Numerale femininum ponitur ubi numerale in statu constructo positum praemittitur rei numeratae femininae, ut ثَلَاثُ بَنَاتٍ trinio filiarum; porro ubi rei numeratae femininae numerale subiungitur, ut بَنَاتٌ ثَلَاثٌ filiae, trinio, i. e. filiae tres.

986. Pro ثَلَاثٌ ثَلَاثَةٌ ex modo scribendi antiquiori ثَلَثٌ ثَلَثَةٌ ponuntur.

Numerale سِتَّةٌ pro سِدْسَةٌ poni videtur; a quo ducta sunt سَادِسٌ sextus, سُدْسٌ sextans, سَدِيسٌ sexennis.

Numerale femininum ثَمَانٍ pro ثَمَانِيٌ ponitur, igiturque sicut nomen defectivum primae declinationis par. 895. flectitur. Itaque, si in statu constructo ponitur, Jâam recipit; ponuntur igitur ثَمَانِي بَنَاتٍ octo filiae, ثَمَانِيَ بَنَاتٍ octo filias, sive: octadem filiarum. Pro ثَمَانٍ raro ثَمَانٌ ponitur.

Formâ عَشَرَةٌ ab Fîrûsâbâdensi atque Ebn mâliko probatur; Alfiyya pag. 101. 102. Ab aliis عَشْرَةٌ ponitur.

987. Numeralia proxime sequentia, quae ab undecim ad undeviginti procedunt, ab Arabibus مُرَكَّبَةٌ *composita* vocantur, atque indeclinabilia ponuntur, excepto numerali duodenario:

masc.	femin.		masc.	femin.	
أَحَدَ عَشَرَ	إِحْدَى عَشَرَةَ	11.	سِتَّةَ عَشَرَ	سِتَّ عَشَرَةَ	16.
اِثْنَا عَشَرَ	اِثْنَتَا عَشَرَةَ	12.	سَبْعَةَ عَشَرَ	سَبْعَ عَشَرَةَ	17.
ثَلَاثَةَ عَشَرَ	ثَلَاثَ عَشَرَةَ	13.	ثَمَانِيَةَ عَشَرَ	ثَمَانِيَ عَشَرَةَ	18.
أَرْبَعَةَ عَشَرَ	أَرْبَعَ عَشَرَةَ	14.	تِسْعَةَ عَشَرَ	تِسْعَ عَشَرَةَ	19.
خَمْسَةَ عَشَرَ	خَمْسَ عَشَرَةَ	15.			

Numeralia haec composita indeclinabilia fortasse adverbia eius generis sunt, quod ab Arabibus مُرَكَّبٌ تَضَمُّنِيٌّ *compositum continens* vocatur, quoniam particulam quandam continere videtur. Ex quo genere est صَبَاحَ مَسَاءَ *mane ac vespera;* quod particulam *ac* continere videtur. Ita etiam خَمْسَةَ عَشَرَ *quinque ac decem* significat; Sacy gr. tom. 1. par. 936.

In his numeralibus compositis numerali simplici masculino subiungitur numerale denarium femininum, numerali simplici feminino vero numerale denarium masculinum. Quod utrum propter euphoniam, an alia ex causa fiat, nescio.

Numeralia duodenaria اِثْنَا عَشَرَ et اِثْنَتَا عَشَرَةَ genitivum atque accusativum اِثْنَيْ عَشَرَ et اِثْنَتَيْ عَشَرَةَ fingunt. Pro ثَمَانِيَ عَشَرَةَ etiam ثَمَانِي عَشَرَةَ et ثَمَانِ عَشَرَةَ et ثَمَانْ عَشَرَةَ ponuntur.

988. Numeralia denaria, quae ab Arabibus عُقُودٌ *noda* sive *monilia* vocantur, pluralibus numeralium primariorum sanis significantur. Quae denaria, si in genitivo vel accusativo ponuntur, terminationem pluralis ...ونَ solito more in ...ينَ convertunt, genera vero non distinguunt. Sunt igitur haec:

عِشْرُونَ	viginti	سِتُّونَ	sexaginta
ثَلَاثُونَ	triginta	سَبْعُونَ	septuaginta
أَرْبَعُونَ	quadraginta	ثَمَانُونَ	octoginta
خَمْسُونَ	quinquaginta	تِسْعُونَ	nonaginta.

Quae numeralia rei numeratae in accusativo positae praemittuntur, tumque terminationes suas non decurtant. Ponuntur igitur ثَلَاثُونَ رَجُلًا triginta viri, ثَلَاثِينَ رَجُلًا triginta viros. Verba ثَلَاثُونَ رَجُلًا proprie: *triginta, quod viros adtinet*, significare videntur. Raro fit, ut haec numeralia decurtata ponantur, ut ثَلَاثُوا رَجُلًا et ثَلَاثِي رَجُلًا par. 885. art. 2.

989. Numeralia denaria, quae primarium sibi adiungunt, ut: unus et viginti, duo et viginti, etiam in sermone arabico primarium praemittunt, denarium vero, particula وَ interposita, adiungunt, atque utrumque declinant. Quod sic adiungitur, ab Arabibus مَعْطُوفٌ vocatur; Saçy gr. tom. 1. par. 934; tom. 2. par. 988. Ponuntur igitur:

masc.	femin.	
أَحَدٌ وَعِشْرُونَ	إِحْدَى وَعِشْرُونَ	unus et viginti.
اِثْنَانِ وَعِشْرُونَ	اِثْنَتَانِ وَعِشْرُونَ	duo et viginti.

In genitivo atque accusativo أَحَدٍ وَعِشْرِينَ atque أَحَدًا وَعِشْرِينَ ponuntur, eodemque modo cetera.

990. Numerale centenarium est nomen مِئَةٌ sive مِائَةٌ *centuria* hebr. מֵאָה. Ab nonnullis hoc nomen مِائَةٌ scribitur, eiusque forma primitiva مِأْيَةٌ fuisse putatur; par. 656. Quod fortasse nomen فِعْلَةٌ ab مَأَى ductum fuit, extensionem significans.

Ab مِئَةٌ et مِائَةٌ ducuntur dualia مِئَتَانِ et مِائَتَانِ *centuriae duae*, pluralia sana مِئَاتٌ مِئُونَ et plurale fractum مِئًى *centuriae;* Kâm.

Numeralia centenaria, quae ultra ducenarium procedunt, numerali primario feminino significantur, quod in statu constructo ponitur, sibique numerale مِائَةٌ in genitivo singularis positum subiungit, quanquam alias numeralia primaria sibi rem numeratam in genitivo pluralis positam subiungere solent; par. 985. Sacy gr. par. 940. Itaque ثَلَاثُ مِائَةٍ proprie: *trinio centuriarum*, significat. Centenaria igitur haec sunt:

مِائَةٌ centum

مِائَتَانِ	ducenti	سِتُّ مِائَةٍ	sexcenti
ثَلَاثُ مِائَةٍ	trecenti	سَبْعُ مِائَةٍ	septingenti
أَرْبَعُ مِائَةٍ	quadringenti	ثَمَانِي مِائَةٍ	octingenti
خَمْسُ مِائَةٍ	quingenti	تِسْعُ مِائَةٍ	nongenti

Pro ثَمَانِي مِائَةٍ etiam ثَمَانِ مِائَةٍ ponitur. Numeralia haec saepe in unum vocabulum contracta, ut ثَلَاثُمِائَةٍ trecenti, سِتُّمِائَةٍ sexcenti, scribuntur. Rarius cum centenario plurali ثَلَاثُ مِئِينَ poni Fîrûsâbâdensis perhibet.

991. Numerale millenarium est nomen أَلْفٌ *mille* hebr. אֶלֶף, quod fortasse ab أَلِفَ ductum est, *congregationem* significans. Ita Hebraei nomen רְבָבָה *multitudinem* pro decem millibus ponunt. Ab أَلْفٌ ducuntur duale أَلْفَانِ *duo millia*, ac pluralia آلَافٌ et أُلُوفٌ *millia*. Numeralia millenaria, quae ultra bis mille procedunt, significantur numeralibus primariis,

compositis, denariis, ceterisque masculinis, quibus aut plurale آلَافٌ aut singulare أَلْفٌ subiungitur, prout numerale antecedens postulat. Ponuntur igitur:

أَلْفٌ	1000	عِشْرُونَ أَلْفًا	20,000
أَلْفَانِ	2000	ثَلَاثَةٌ وَثَلَاثُونَ أَلْفًا	33,000
ثَلَاثَةُ آلَافٍ	3000	مِايَةُ أَلْفٍ	100,000
أَرْبَعَةُ آلَافٍ	4000	مِايَتَا أَلْفٍ	200,000
سَبْعَةُ آلَافٍ	7000	ثَلَاثُمِايَةِ أَلْفٍ	300,000
عَشَرَةُ آلَافٍ	10,000	أَلْفُ أَلْفٍ	1,000,000
أَحَدَ عَشَرَ أَلْفًا	11,000	أَلْفَا أَلْفٍ	2,000,000
اثْنَا عَشَرَ أَلْفًا	12,000	خَمْسَةُ آلَافِ أَلْفٍ	5,000,000

Numeralibus primariis vero etiam millenarium in singulari positum adiicitur, ut أَرْبَعَةُ أَلْفٍ quattuor millia, سِتَّةُ أَلْفٍ sex millia; Taberist. annal. vol. 2. pag. 252.

992. Si cum numeralibus primariis et denariis coniunguntur centenaria et millenaria, tum aut a maioribus ad minora descenditur, ut ثَلَاثَةُ آلَافٍ وَتِسْعُمِايَةٍ وَأَرْبَعَةٌ وَسَبْعُونَ 3974. aut a minoribus ad maiora ascenditur, ut سَنَةَ سِتٍّ وَتِسْعِينَ وَثَلْثِمِايَةٍ وَأَلْفٍ annus 1396.

2. *Numeralia ordinalia.*

993. Ordinalia primaria, excepto primo, sunt adiectiva formae فَاعِلٌ ab radicibus cardinalium ducta:

أَوَّلُ	primus	أُولَى	prima	سَادِسٌ	sextus	سَادِسَةٌ	sexta
ثَانٍ	secundus	ثَانِيَةٌ	secunda	سَابِعٌ	septimus	سَابِعَةٌ	septima
ثَالِثٌ	tertius	ثَالِثَةٌ	tertia	ثَامِنٌ	octavus	ثَامِنَةٌ	octava
رَابِعٌ	quartus	رَابِعَةٌ	quarta	تَاسِعٌ	nonus	تَاسِعَةٌ	nona
خَامِسٌ	quintus	خَامِسَةٌ	quinta	عَاشِرٌ	decimus	عَاشِرَةٌ	decima

Ordinale أَوَّلُ *prior* pro أَأْوَلُ poni, igiturque ab radice وَأَلَ hebr. יָאַל *incipere* ductum esse existimatur; par. 847. Kâm. pag. 1558. Sacy anth. pag. 471. Secundam declinationem sequitur, si attributum indefinitum est, ut in عَامٌ أَوَّلُ annus aliquis prior; plerumque vero est attributum definitum, ut in ٱلْبَابُ ٱلْأَوَّلُ caput primum, tumque declinationem primam sequitur, par. 901. Porro primam sequitur, si substantivi vel adverbii munere fungitur, ut أَوَّلًا primo, par. 903. Pro ٱلْأَوَّلُ et ٱلْأُولَى rarius ٱلْأَحَدُ et ٱلْإِحْدَى ponuntur, ut يَوْمُ ٱلْأَحَدِ dies primi, i. e. dies primus, et إِحْدَيهَا prima earum; Sacy anth. pag. 74. ar.

Ab أَوَّلُ pluralia أَوَالِى أَوَائِلُ أَوَّلُونَ ducuntur, ab أُولَى pluralia أُوَلُ أُوَلٌ.

Ordinale ثَانٍ pro ثَانِىٌ ab ثَنْىٌ ducto ponitur, par. 984. Itaque cum articulo adiecto ٱلثَّانِى scribitur. Pro خَامِسٌ et سَادِسٌ raro decurtata ٱلسَّاتِى ٱلسَّادِى سَاتٍ سَادٍ ٱلْخَامِى خَامٍ ponuntur.

994. Ordinalia proxime sequentia, quae ab undecimo ad undevigesimum procedunt, cardinalibus عَشَرَ et عَشْرَةَ significantur indeclinabilibus, quibus ordinalia primaria praemittuntur declinabilia:

masc.	femin.	masc.	femin.
ٱلْحَادِى عَشَرَ	ٱلْحَادِيَةَ عَشْرَةَ	ٱلسَّادِسَ عَشَرَ	ٱلسَّادِسَةَ عَشْرَةَ
ٱلثَّانِى عَشَرَ	ٱلثَّانِيَةَ عَشْرَةَ	ٱلسَّابِعَ عَشَرَ	ٱلسَّابِعَةَ عَشْرَةَ
ٱلثَّالِثَ عَشَرَ	ٱلثَّالِثَةَ عَشْرَةَ	ٱلثَّامِنَ عَشَرَ	ٱلثَّامِنَةَ عَشْرَةَ
ٱلرَّابِعَ عَشَرَ	ٱلرَّابِعَةَ عَشْرَةَ	ٱلتَّاسِعَ عَشَرَ	ٱلتَّاسِعَةَ عَشْرَةَ
ٱلْخَامِسَ عَشَرَ	ٱلْخَامِسَةَ عَشْرَةَ		

Quae ordinalia igitur primum tantum vocabulum declinant, alterum indeclinabile retinent. Ponuntur ergo in genitivo ٱلْحَادِى عَشَرَ undecimi, ٱلْحَادِيَةِ عَشْرَةَ undecimae; in accusativo ٱلْحَادِىَ عَشَرَ undecimum, ٱلْحَادِيَةَ عَشْرَةَ undecimam.

Si indefinita ponuntur, quod raro fit, tum etiam primum vocabulum indeclinabile ponitur, in Fatcham desinens, ut حَادِىَ عَشَرَ aliquis undecimus, حَادِيَةَ عَشْرَةَ aliqua undecima, ثَالِثَ عَشَرَ aliquis tertius decimus, ثَالِثَةَ عَشْرَةَ aliqua tertia decima. Quae numeralia igitur, si in genitivo vel accusativo ponuntur, non mutantur.

995. Ordinalia denaria ipsis cardinalibus denariis significantur declinabilibus, quibus ordinalia primaria praemittuntur itidem declinabilia. Ponuntur igitur:

اَلْعِشْرُونَ vicesimus, vicesima.

اَلْحَادِى وَٱلْعِشْرُونَ unus et vicesimus.

اَلْحَادِيَةُ وَٱلْعِشْرُونَ una et vicesima.

اَلثَّلَاثُونَ tricesimus, tricesima.

اَلثَّانِى وَٱلثَّلَاثُونَ secundus et tricesimus.

اَلثَّانِيَةُ وَٱلثَّلَاثُونَ secunda et tricesima.

In genitivo igitur ponuntur: اَللَّيْلَةِ ٱلثَّانِيَةِ وَٱلثَّلَاثِينَ noctis secundae et tricesimae, فِى ثَامِنٍ وَعِشْرِينَ شَهْرِ رَمَضَانَ sive فِى ثَامِنٍ وَعِشْرِى شَهْرِ رَمَضَانَ octavo et vicesimo mensis Ramadâni, فِى ثَالِثِ عِشْرِينَهُ tertio et vicesimo eiusdem; par. 885. Sacy gr. tom. 2. par. 547. 582. Coniunctio وَ inter primarium et denarium plerumque interponitur; rarius omittitur.

996. Ordinalia centenaria et millenaria ipsis cardinalibus significantur. Itaque ponitur: اَللَّيْلَةُ ٱلسَّابِعَةُ ٱلتِّسْعُونَ وَٱلْخَمْسُمِائَةِ nox quingentesima nonagesima septima. In significandis annis historici Arabes plerumque cardinalibus utuntur; igitur pro: annus octingentesimus tertius decimus, ponitur سَنَةُ ثَلَثَ عَشْرَةَ وَثَمَانِمِائَةٍ annus tredecim et octingentorum.

3. *Numeralia derivata cetera.*

997. *Numeralia gentilitia* sive relativa, sunt adiectiva certum numerum respicientia, atque ab cardinalibus ducuntur, terminatione gentilitiorum propria, quae ىّ.... est, adiecta; par. 726. Hoc modo igitur

finguntur أَوَّلِيٌّ primitivus, ثَنَوِيٌّ dualis, ثُلَاثِيٌّ tertianus, أُرْبَعِيٌّ quartanus, خُمَاسِيٌّ quinarius, quinque partes continens. Ab اِثْنٌ ductum est ثَنَوِيٌّ quemadmodum ab اِبْنٌ ducitur بَنَوِيٌّ par. 752.

Cardinalia composita, quae ab undecim ad undeviginti procedunt, gentilitium ita fingunt, ut hoc ab primo tantum vocabulo cardinalis compositi ducatur. Nam ab اِثْنَا عَشَرَ et خَمْسَةَ عَشَرَ ducuntur ثَنَوِيٌّ duodenarius, خَمْسِيٌّ quindenarius. Itaque haec cardinalia composita iisdem gentilitiis utuntur, quae ab cardinalibus primariis ducuntur; confer par. 739. Ab nonnullis vero etiam اِثْنَا عَشَرِيٌّ *duodenarius* ponitur; Sacy anthol. pag. 100.

Ab cardinalibus denariis عِشْرُونَ ثَلَاثُونَ ceterisque ducuntur genti litia عِشْرُونِيٌّ vigenarius, ثَلَاثُونِيٌّ trigenarius, atque ita cetera. Ab nonnullis, qui terminationem pluralem pellendam esse censent, etiam عِشْرِيٌّ vigenarius, ثَلَاثِيٌّ trigenarius, usurpantur. Ab مِئَةٌ et أَلْفٌ ducuntur مِئَوِيٌّ et مِئِيٌّ centenarius, أَلْفِيٌّ millenarius.

998. *Numeralia partientia*, quae certam rei partem significant, formis فُعُلٌ فُعْلٌ فَعِيلٌ utuntur. Ponuntur enim نِصْفٌ et نُصْفٌ dimidium, ثَلِيثٌ ثُلُثٌ ثُلْثٌ triens, tertia pars, رُبُعٌ رُبْعٌ رَبِيعٌ quadrans, quarta pars, عُشْرٌ عَشِيرٌ decuma; atque ita cetera. Quae numeralia potissimum plurali أَفْعَالٌ utuntur. Quodsi ultra decumam procedunt, pluribus verbis circumscribuntur, ut ثَلَاثَةُ أَجْزَآءٍ مِنْ عِشْرِينَ جُزْءًا tres partes ex viginti partibus, i. e. tres vigesimae.

999. *Numeralia distribuentia* aut cardinali bis posito significantur, ut وَاحِدٌ وَاحِدٌ singuli, اِثْنَانِ اِثْنَانِ bini, ثَلَاثَةٌ ثَلَاثَةٌ terni; aut forma فُعَالُ bis posita, ut أُحَادُ أُحَادُ singuli, ثُنَآءُ ثُنَآءُ bini, ثُلَاثُ ثُلَاثُ terni; aut forma مَفْعَلُ bis posita, ut مَوْحَدُ مَوْحَدُ singuli, مَثْنَى مَثْنَى bini, مَثْلَثُ مَثْلَثُ terni; par. 903. art. 4. Plerumque in accusativo posita usurpantur, ut دَخَلُوا مَوْحَدَ مَوْحَدَ intrarunt singillatim.

Porro ab cardinalibus denariis pluralia feminina sana ducuntur, quae *agmina* significant, ut عَشَرَاتٌ decuriae, عِشْرِينَاتٌ agmina, quorum quodvis viginti homines continet, خَمْسِينَاتٌ agmina, quorum quodvis quinquaginta homines continet; Sacy gr. tom. 1. par. 939.

1000. *Numeralia periodica* quae tempora certis annis, vel mensibus, vel diebus redeuntia significant, sunt nomina formae فِعْلٌ in accusativo posita. Ita ponuntur ثِلْثًا sive أَلثِّلْثَ tertio quoque anno, vel mensi, vel die, رِبْعًا sive أَلرِّبْعَ quarto quoque, خِمْسًا sive أَلْخِمْسَ quinto quoque. Interdum vocabulum anni, vel mensis, vel diei, adiicitur, ut in يَشْرَبُ أَلْخَمْرَ مَرَّةً أَلثِّلْثَ سَنَةً bibit vinum semel tertio quoque anno.

Atque aliae quoque res periodicae his nominibus significantur, ut أَلرِّبْعُ quartana, i. e. febris quarto quoque die rediens, أَلْخِمْسُ quintana, i. e. rigatio quinto quoque die rediens.

1001. *Numeralia multiplicativa* forma فُعَالِيٌّ utuntur, igiturque ab numeralibus distribuentibus formae فُعَالُ ducta esse videntur. Ita ponuntur ثُنَاءِيٌّ duplex, ثُلَاثِيٌّ triplex, رُبَاعِيٌّ quadruplex, عُشَارِيٌّ decemplex.

1002. *Numeralia dierum*, quibus certi septimanae vel mensis dies significantur, in ...آءُ desinent. Quae quidem sunt ثَلَاثَآءُ tertius dies septimanae, sive dies martis, أَرْبِعَآءُ quartus dies septimanae, sive dies mercurii, تَاسُوعَآءُ nonus dies mensis, عَاشُورَآءُ decimus dies mensis.

1003. *Numeralia deminutiva* ab cardinalibus ex legibus solitis par. 771. ducuntur, ut خُمَيْسٌ. خُمَيْسَةٌ سُدَيْسٌ سُدَيْسَةٌ ثُمَيْنِيَةٌ vel ثُمَيْنَةٌ par. 776. 986. Ab خَمْسَةَ عَشَرَ *quindecim* deminutivum خُمَيْسَةَ عَشَرَ ducitur par. 781. Ab ثَلَاثُونَ *triginta* vero ثُلَيْثُونَ vel ثُلَيِّثُونَ par. 776.

Ita ab numerali distribuente ثُلَاثُ ternus, ducitur deminutivum ثُلَيِّثٌ ternulus.

1004. *Adverbia numeralia*, ut: semel, bis, ter, Arabes substantivis مَرَّةٌ transitio, دَفْعَةٌ pulsatio, significantur; ut مَرَّةً transitionem unam i. e. semel, مَرَّتَيْنِ transitiones duas i. e. bis, ثَلَاثَ دَفَعَاتٍ pulsationes tres i. e.

ter. Pro quibus substantivis rarius sola cardinalia ponuntur, ut أَحْيَيْتَنَا اثْنَتَيْنِ vivificasti nos duas i. e. transitiones duas i. e. bis; Korân sûr. 40. v. 11.

Vocabula تَارَةً — وَأُخْرَى significant: una vice — altera vero, uno loco — altero vero; Sacy anthol. pag. 125. ar.

1005. *Verba numeralia* ab cardinalibus ducuntur satis multa, ut ثَلَثَ tertiavit aliquem i. e. tertiam partem eius bonorum cepit; ثَلَّثَ tertiavit dactylus i. e. tertia eius pars maturuit; أَثْلَثُوا tertiarunt i. e. numerum ternarium compleverunt, ipsi facti sunt tres, أَمْأَوْا centuriarunt i. e. centuriam effecerunt, عَشْرَنَ vigintavit i. e. numerum vigenarium complevit, سَبْعَنَ septuagintavit i. e. numerum septuagenarium complevit; Sacy gr. tom. 2. par. 588. 589. Kâm. pag. 1946.

1006 Nominum terminationes, si pronomina suffixa cum iis coniunguntur, ex coalescendi legibus paulum mutantur; par. 443. De qua re libro septimo, ubi de pronominibus disserendum erit, plura exponentur; par 1021.

Liber septimus.

De conformatione ac flexione pronominum.

Caput primum.

Pronomina personalia.

1007. Pronomen personale, quod Arabes كِنَايَةٌ *vicarium* et ضَمِيرٌ *cogitatum* vocant, sermo arabicus eadem, qua ceterae linguae semiticae, ratione conformavit. Nam **nominativi** huius pronominis significantur pronominibus separatis, sive vocabulis integris; **genitivi** vero pronominibus nomini suffixis, sive syllabis ad finem nominis adiectis; **accusativi** tum pronominibus verbo suffixis, tum pronominibus compositis; **dativi** praepositione لِ vel لَ cum pronominibus suffixis coniuncta; par. 879.

1. *Pronomen separatum.*

1008. Pronomina separata, quae etiam ab Arabibus مُنْفَصِلٌ *separatum* vocantur, nominativos pronominis personalis significantia haec sunt:

sing.		dual.		plural.	
أَنَا	ego. *comm.*			نَحْنُ	nos. *comm.*
أَنْتَ	tu. *masc.*	أَنْتُمَا	vos. *comm.*	أَنْتُمْ	vos. *masc.*
أَنْتِ	tu. *fem.*			أَنْتُنَّ	vos. *fem.*
هُوَ	is.	هُمَا	ii. *comm.*	هُمْ	ii.
هِيَ	ea.			هُنَّ	eae.

1009. Pro أَنْتِ et أَنْتُمْ in libris sermone plebeio scriptis etiam أَنْتِي et أَنْتُوا ponuntur.

Pronomina هُوَ et هِيَ cum particula وَ *et* vel فَ *itaque* coniuncta primam vocalem interdum ita abiiciunt, ut وَهْوَ atque is, فَهْوَ itaque is, وَهْيَ atque ea, فَهْيَ itaque ea, ponantur.

A poetis pro أَنْتُمْ et هُمْ ad metrum versiculi explendum nonnunquam أَنْتُمُو et هُمُو ponuntur. In oratione soluta أَنْتُمُو et هُمُو usurpantur, si Elifa weslata sequitur; par. 173. pag. 80. Porro a poetis pro هُوَ et هِيَ in syllabis pausantibus, ut extrema syllaba producatur, nonnunquam هُوَهْ هِيَهْ هِيَا ponuntur; par. 311. 325. Pro هِيَ raro ه ponitur Freyt. lex.

1010. Pronomina separata etiam genitivum, dativum, accusativum significant, si ad pronomen suffixum, quod praecedit, ut تَوْكِيدٌ *firmamentum* eum in finem adponuntur, ut pronomen illud suffixum modo nervoso iterum significetur. Ita ponuntur: فَأَيْنَ نَصِيبِي أَنَا ubi est portio mei, ego? i. e. ubi est portio mei, mei? sive: ubi est portio mea, mea? أَلْوَيْلُ لَكَ أَنْتَ vae tibi, tu! i. e. vae tibi, tibi! مَا مَنَعَهُ هُوَ quid prohibuit eum, is? i. e. quid prohibuit eum, eum? par. 1041. Sacy gr. tom. 2. par. 643. In his pronomina هُوَ أَنْتَ أَنَا ut تَوْكِيدٌ adiecta sunt.

1011. Pronomina personae tertiae interdum pronominibus relativis أَلَّذِي *qui*, مَنْ *qui*, *quicunque*, مَا *quod, quodcunque*, eum in finem subiunguntur, ut casus horum relativorum ab enuntiatione sequenti flagitatus nervosius significetur par. 1077. Quod tum praesertim fit, si particula vel nomen sequitur, ut مَا هُوَ ضَلَالٌ quodcunque id falsum, i. e. quodcunque falsum est, أَلرَّجُلُ أَلَّذِي هُوَ فِي أَلدَّارِ ille vir qui is in illa domo i. e. ille vir, qui in illa domo adest. Rarius hoc pronomine subiuncto utuntur, si verbum sequitur, ut يَا مَنْ هُوَ دَعَانِي o qui is vocavit me i. e. o eum, qui vocavit me! Ewald gr. par. 713.

Si subiectum indefinitum antecedit, pro pronomine relativo solum personale ponitur, ut رَجُلٌ هُوَ فِي أَلدَّارِ aliquis vir is in illa domo i. e. aliquis vir, qui in illa domo adest; par. 1078. Ewald gr. par. 716.

Porro pronomina tertiae personae pronomini relativo أَلَّذِي novam enuntiationem introducenti adiunguntur, ut nomen proxime sequens ner-

vosius significetur, ut أَلَّذِى هُوَ مُصَلٍّ زَيْدٌ qui is precans, Seidus i. e. qui est precans, is est Seidus; par. 1081. Sacy gr. tom. 2. par. 607.

Raro fit, ut modo hebraico pronomina personae primae ac secundae sibi adiungant pronomen personae tertiae, quasi pro verbo *esse* positum, ut أَنَا هُوَ ٱلرَّبُّ ego is dominus i. e. ego sum dominus. Quod pronomen adiunctum ab Arabibus ضَمِيرُ ٱلْفَصْلِ *pronomen diremtionis* vocatur; Sacy gr. 2. par. 197. 198.

2. *Pronomen suffixum.*

1012. Pronomina nominibus suffixa, quae ab Arabibus مُتَّصِلٌ *coniunctum* vocantur, genitivos pronominis personalis, sive pronomina possessiva, significantia haec sunt:

	sing.			dual.			plural.	
ى....	mei.	*comm.*				نَا...	nostrum.	*comm.*
كَ....	tui.	*masc.*	كُمَا...	vestrum.	*comm.*	كُمْ...	vestrum.	*masc.*
كِ....	tui.	*fem.*				كُنَّ...	vestrum.	*fem.*
هُ....	eius.	*masc.*	هُمَا...	eorum.	*comm.*	هُمْ....	eorum.	
هَا....	eius.	*fem.*				هُنَّ....	earum.	

Quae quidem syllabae ex pronominibus separatis sumtae sunt. Suffixum ى.... ab forma antiquiori أَنِى *ego*, qua Hebraei utuntur, ductum est. Suffixa كَ كِ كُمْ كُنَّ syllabarum تَ تِ تُمْ تُنَّ vicem explent, propatereaque in sermone aethiopico etiam ad flectendum verbi praeteritum adhibentur. Aethiopes enim ponunt: *gabra* fecit, *gabarka* fecisti, *gabarki* fecisti fem., *gabarkmu* fecistis, *gabarkn* fecistis fem.

Itaque عَبْدِى significat: servus mei i. e. servus meus, عَبْدُكَ servus tui i. e. servus tuus, عَبْدُهُ servus eius, servus suus, عَبْدُكُمْ servus vestrum i. e. servus vester.

1013. Pronomina verbis quum activis, tum passivis, suffixa, accusativos pronominis personalis significantia, eadem sunt, quae paragrapho antecedente exposuimus, praeterquam quod suffixum personae primae singularis non ى..... sed نِى..... est, forma plenior ab أَنِى ducta. Ponuntur igitur أَخَذَنِى cepit ille me. أَخَذَتْكَ cepit illa te, أَخَذَهُمْ cepit ille eos.

Multa vero eorum verborum, quae cum dativo coniungere solemus, in sermone arabico cum accusativo coniunguntur. Unde fit, ut pronomina illis verbis suffixa dativum significare nobis videantur, ut أَعْطَانِى capere fecit me i. e. dedit mihi, أَرَانِى videre fecit me i. e. monstravit mihi.

1014. Pronomina praepositionibus suffixa, ut عَنْ *ab*, عَنْهُ *ab eo*, genitivum arabicum significare videntur, quia praepositiones arabicae nomen in genitivo positum sibi adiungunt; par. 879.

Pronomina coniunctionibus atque adverbiis suffixa, ut كَأَنَّ *quasi*, كَأَنِّى *quasi ego*, لَعَلَّ *fortasse*, لَعَلِّى *fortasse ego*, accusativum arabicum repraesentare videntur, quia coniunctiones illae nomen in accusativo positum sibi adiungunt; quem accusativum vero, si illa latine reddimus, in nominativum convertere nos oportet. Particula لَوْلَا *nisi*, quae nomen in nominativo positum sibi adiungit, propterea plerumque pronomen separatum, rarius suffixum, sibi adiicit; ponuntur igitur لَوْلَا أَنْتَ et لَوْلَاكَ *nisi tu esses*; Sacy anthol. pag. 164. Ewald gr. vol. 1. par. 492.

1015. Particulis إِنَّ *profecto*, أَنَّ *ut, quod*, verbo vel particulae praemissis interdum pronomen هُ ita suffigitur, ut certum nomen non respiciat; ut إِنَّهُ قَدْ جَآءَ أَمْرُ رَبِّكَ profecto iam advenit mandatum domini tui, زَعَمُوا أَنَّهُ كَانَ فِى بَغْدَادَ تَاجِرٌ ferunt quod fuit Bagdâdi quidam mercator. Ita fere in sermone germanico pronomen es ponitur, ut: wahrlich, es ist schon gekommen der Befehl deines Herrn. Quod pronomen, quoniam non certum nomen, sed universum quasi rei statum respicit, ab Arabibus plerumque ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ *pronomen status* vocatur.

Arabes in verbis هُوَ ٱللّٰهُ أَحَدٌ *est Deus unus* etiam هُوَ pronomen status esse ferunt. Sed illa verba etiam: *ille est Deus unus*, significare posse videntur; Sacy gr. tom. 1. par. 1228. tom. 2. par. 638.

1016. Pro suffixis ـِى..... et ـنِى.... ponuntur ـِىَ..... et ـنِىَ quotiescunque Elifa weslata sequitur, ut عَبْدِىَ ٱلصَّغِيرُ servus meus iunior, par. 172. Atque alias quoque a poetis ـِىَ..... et ـنِىَ metri explendi causa usur-

pantur, in syllabis pausantibus vero ....يَهْ ....يَا..... producendae syllabae causa, ut عَبْدِيَهْ servus meus; par. 1009. Sacy anthol. pag. 266. Korân. sur. 69. v. 28. 29.

Praeterea ى.... in يَ mutatur, si vocalis â producta antecedit, ut عَصًا baculus, عَصَايَ baculus meus, فَتًى puer, فَتَايَ puer meus, par. 1022. خَطَايَا peccata, خَطَايَايَ peccata mea, كِتَابَانِ libri duo, كِتَابَايَ duo libri mei; Ewald gr. ar. par. 369. Atque idem fit, si î vel ai vel û praecedit; tum vero vocalis haec producta in Iâam abit, quae cum Iâa suffixi coniungitur; par. 1023.

1017. Pro suffixo ى.... nonnunquam sola Kesra ...ِ.. ponitur, par. 928. Quod maxime in vocativis fit, ut رَبِّ domine mi! par. 922. atque in Korâni rhythmis finalibus, ut عِقَابِ poena mea, sûr. 40. v. 5. Porro pro نِي eadem ratione nonnunquam نِ ponitur; quod maxime in imperativis fit, ut اِتَّقُونِ revereminі me! atque in Korâni rhythmis finalibus, ut سَيَهْدِينِ ducet me, sûr. 43. v. 26.

Porro pro ى.... solam Kesram ponere licet, si Iâa hamsata kesrata antecedit. Ex آبَآءٌ patres et أَحِبَّآءٌ amici, cum suffixo ى.... coniunctis fiunt آبَآئِي patres mei, et أَحِبَّآئِي amici mei, par. 232. pro quibus etiam آبَآئِ et أَحِبَّآئِ ponuntur; par. 303.

1018. Pro suffixo كُمْ ponitur كُمُ si Elifa weslata sequitur; par. 173. pag. 80. Atque a poetis etiam explendi metri causa كُمُ ponitur; Sacy gr. tom. 2. par. 906.

Pro suffixo كِ Rebîitae nonnunquam شِ pronuntiasse, alii vero كِشْ vel كِسْ posuisse feruntur. Quae consonantes suffixo adiectae شِينُ ٱلْكَشْكَشَةِ et سِينُ ٱلْكَسْكَسَةِ vocantur; Sacy anth. pag. 110. 267.

1019. Pro suffixis هُ هُمَا هُمْ هُنَّ plerumque هِ هِمَا هِمْ هِنَّ ponuntur, si Kesra vel Diphthongus ai antecedit, par. 360. Igitur scri-

buntur عَبْدُهُ servi eius, عَبْدُهُمْ servi eorum, بِهِمْ cum iis, عَلَيْهِمْ contra eos. Sed ab aliis etiam عَلَيْهُمْ بِهُمْ probantur.

Pro هُمْ et هُمْ ponuntur هُمُ et هِمِ vel هِمُ si Elifa weslata sequitur; par. 173. pag. 80.

Poetae vocalem suffixorum ُهُ et ِهِ interdum abiiciunt; sic igitur pro عَبْدُهُ ponitur عَبْدُهْ *servus eius.*

1020. Suffixa duo, si, quod personam adtinet, differunt, ad verba, atque ad infinitivos participiaque, adiicere licet; par. 1032. Quod si fit, primo suffixum personae primae ponitur, deinde suffixum personae secundae ac postremo suffixum personae tertiae. Itaque ponuntur أَعْطَانِيهِ dedit mihi eam, يُرِيكَهُمْ monstrabit tibi eos, حُبِّيهِ amor mei eius i. e. amor, quo eum amplector, أَعْجَبَنِي عَطَاؤُكَهُ grata fuit mihi datio tua ei i. e. gratum mihi fuit, te ei dedisse, مُعْطِيكَهُ donans tibi eum. Si infinitivo duo suffixa inseruntur, primo genitivus, secundo accusativus significari censetur. Si participio duo suffixa inseruntur, primo aut genitivus, aut accusativus, secundo vero accusativus significatus esse censetur; Sacy gr. tom. 2. par. 652. Atque particulis, quae verborum vim acceperunt, suffixa duo inseri possunt, ut دُونَ cape! دُونَكَهُ cape tibi eum! Sacy gr. tom. 2. par. 649. Ewald gr. vol. 2. par. 674.

Pro كُمْ et هُمْ ponuntur كُمُو et هُمُو si ad ea suffixum aliud adiicitur, ut يُرِيكُمُوهُمْ monstrabit vobis eos, أَسْقَيْتُهُمُوهَا rigavi eos ea, par. 173. pag. 80. Sacy gr. par. 1015. Ewald gr. vol. 2. par. 674.

3. *Terminationum mutatio, quae propter suffigenda pronomina fit.*

1021. Nonnullae nominum ac verborum terminationes, ut pronomina suffixa commodius iis inseri possint, ex coalescendi legibus paulum mutantur; par. 443. 1006. De qua re hoc loco iam haec dicenda sunt.

1022. Nûnationem suffixum pellit, ut عَبْدٌ servus, عَبْدُكَ servus tuus, عَبْدٍ servi, عَبْدِنَا servi nostri, عَبْدًا servum, عَبْدَكُمْ servum vestrum; par. 885.

Praeter nûnationem etiam extrema vocalis a suffixo ىِ.... pellitur; unde fit, ut, si hoc suffixum adiicitur, nullum inter tres singularis casus intercedat discrimen. Ponuntur enim عَبْدٌ servus, عَبْدِى servus meus, عَبْدٍ servi, عَبْدِى servi mei, عَبْدًا servum, عَبْدِى servum meum.

Terminatio feminina ةٌ..... litteram Hêam in Tâam convertit, si suffixa accedunt; par. 885. art. 3.

Hamsa dammata, quae nomen claudit, propter pronomen suffixum in Wâwam abit, kesrata vero in Iâam. Ponuntur igitur جُزْءٌ pars, جُزْؤُكَ pars tua, جُزْئِكَ partis tuae, نِسَآءٌ mulieres, نِسَآؤُهُ mulieres eius, نِسَآئِهِ mulierum eius; par. 228. 232. 268.

Elifa brevis ى.... in fine nominis vel verbi posita propter pronomen suffixum plerumque in ا.... abit, ut مَعْنًى significatio, مَعْنَاهُ significatio eius, بَنَى aedificavit, بَنَاهُ aedificavit eum, رَأَى vidit, رَآهُ vidit eum. Rarius cum Elifa brevi retenta scribuntur مَعْنَيهُ بَنَيهُ par. 92. Praepositiones عَلَى contra, إِلَى versus, لَدَى apud, Elifam brevem, si suffixum accedit, in diphthongum *ai* convertunt, ut in عَلَيْكَ contra te, إِلَيْنَا versus nos.

1023. Terminationes nominum dualium ac pluralium ـَانِ.... ـَيْنِ.... ـُونَ.... ـِينَ.... abiiciunt Nûnam, si pronomen suffigitur. Ponuntur igitur: عَبْدَانِ duo servi, عَبْدَاكَ duo servi tui, عَبْدَيْنِ duorum servorum, عَبْدَيْنَا duos servos nostros, بَنُونَ filii, بَنُوهُ filii eius, بَنِينَ filiorum, بَنِيكَ filiorum tuorum, مُرْضَوْنَ probati, مُرْضَوْكَ probati tui, مُرْضَيْنَ probatorum, مُرْضَيْكَ probatorum tuorum; par. 885. 1052.

Si ad has terminationes decurtatas suffixum ى.... adiici oportet, quod ex praecepto par. 1016. in يَ convertitur, tum vocalis producta vel diphthongus antecedens in Iâam abit, quae cum Iâa suffixi ita coniungitur, ut syllabae *aija* et *auja* in *ajja* par. 302. contrahantur, *ûja* et *îja* vero in *ijja* par. 300. 301. Igitur pro عَبْدَيْيَ duorum servorum meorum, مُرْضَوْيَ probati mei, بَنُويَ filii mei, بَنِييَ filiorum meorum, ponuntur عَبْدَيَّ بَنِيَّ مُرْضَيَّ.

Atque eadem ratione etiam alia nomina in vocalem productam desinentia, ac praepositiones عَلَى contra, لَدَى apud, إِلَى versus, فِي in, suffixum ى.... vel يَ sibi inserunt, ut ٱلْقَاضِي iudex, قَاضِيَّ iudex, meus, ٱلْأَعَادِي hostes, أَعَادِيَّ hostes mei, عَلَيَّ contra me, فِيَّ in me.

1024. Terminationes verborum ...ُوا et ...َوْا abiiciunt Elifam, si pronomen suffigitur; ut أَخَذُوا ceperunt, أَخَذُوكَ ceperunt te, بَنَوْا aedificarunt, بَنَوْهُ aedificarunt eum, لِيَنْصُرُوا ut iuvarent, لِيَنْصُرُوهُ ut iuvarent eum.

1025. Terminatio praeteriti تُمْ in تُمُو extenditur, si pronomen suffigitur, ut رَأَيْتُمْ vidistis, رَأَيْتُمُونِي vidistis me; par. 173. pag. 80. par. 1017.

1026. Terminationes futuri ...ُونَ et ...ِينَ apud poetas nonnunquam Nûnam abiiciunt, si pronomen نِي vel نَا suffigitur. Itaque ab يَجِدُونَ inveniunt, تُشَوِّقِينَ desiderio imples, plerumque يَجِدُونَنِي inveniunt me, تُشَوِّقِينَنِي desiderio imples me, rarius vero يَجِدُونِي تُشَوِّقِينِي ducuntur; Sacy gr. tom. 2. par. 926.

4. *Dativi pronominum.*

1027. Dativi praepositione لِ cum suffixis coniuncta, quae in لَ abit, significatur, par. 879. 1007. Igitur dativi hi sunt:

sing.	dual.	plural.
لِي mihi. *comm.*		لَنَا nobis. *comm.*
لَكَ tibi. *masc.*	لَكُمَا vobis. *comm.*	لَكُمْ vobis. *masc.*
لَكِ tibi. *fem.*		لَكُنَّ vobis. *fem.*
لَهُ ei. *masc.*	لَهُمَا iis. *comm.*	لَهُمْ iis. *masc.*
لَهَا ei. *fem.*		لَهُنَّ iis. *fem.*

5. *Pronomen compositum.*

1028. Pronomina composita accusativos pronominis personalis significantia ex vocabulo إِيَّا atque pronominibus suffixis conflantur, quemad-

modum pronomen compositum Hebraeorum ex vocabulo אוֹת atque pronominibus suffixis conficitur. Sunt igitur haec:

sing.		dual.		plural.	
إِيَّايَ	me. *comm.*			إِيَّانَا	nos. *comm.*
إِيَّاكَ	te. *masc.*	إِيَّاكُمَا	vos. *comm.*	إِيَّاكُمْ	vos. *masc.*
إِيَّاكِ	te. *fem.*			إِيَّاكُنَّ	vos. *fem.*
إِيَّاهُ	eum.	إِيَّاهُمَا	eos. *comm.*	إِيَّاهُمْ	eos.
إِيَّاهَا	eam.			إِيَّاهُنَّ	eas.

1029. Hoc pronomen compositum Arabes usurpant quotiescunque suffixa aut prorsus non, aut non satis commode saltem, adhiberi possunt; Sacy gr. tom. 2. par. 648. Ewald gr. vol. 2. par. 674. De qua re haec fere dicenda sunt.

1030. Si per ellipsin quandam solum pronomen in accusativo ponitur, composito uti oportet. Quod quidem fit in exclamationibus إِيَّاكَ te! إِيَّاكِ te! إِيَّاكُمَا vos ambo! إِيَّاكُمْ vos! إِيَّاكُنَّ vos! quae pro: eripe te! eripite vos! sive: cave tibi! cavete vobis! ponuntur; Sacy anth. pag. 71.

1031. Si pronomen in accusativo positum, ut nervosius significetur, verbo praemittitur, composito uti oportet; ut إِيَّاكَ نَعْبُدُ te adoramus, خَالَهُمْ إِيَّاهُ يَعْنُونَ putavit eos eum significare, لَيْسَ إِيَّاهُ أَرَدْتُ non eum volui, Agân. art. Habbâba, وَإِيَّايَ فَاتَّقُونِ me vero, reveremini me!

1032. Ubi duo suffixa adiicere licet par. 1020. ibi pro iis suffixum unum ac pronomen compositum substitui possunt. Itaque pro أَعْطَيْتُكَهُ dedi tibi eum, حَسِبْتَنِيهِ existimasti me eum, عَطَاؤُكَهُ datio tua ei, etiam أَعْطَيْتُكَ إِيَّاهُ et حَسِبْتَنِي إِيَّاهُ et عَطَاؤُكَ إِيَّاهُ poni possunt. Verba potius duo suffixa sibi adsciscunt, infinitivi et participia potius unum suffixum et pronomen compositum; Sacy gr. tom. 2. par. 655.

Ubi vero duo suffixa eiusdem personae adiicienda sunt, pro secundo poni oportet pronomen compositum. Itaque pro ظَنَنْتُكَكَ et ظَنَنْتُهَاهَا ponuntur ظَنَنْتُكَ إِيَّاكَ putavi te te i. e. te te esse, et ظَنَنْتُهَا إِيَّاهَا putavi

eam eam i. e. eam eam esse. Sed duo suffixa personae tertiae, si aut genere, aut numero, differunt, eidem vocabulo inseri possunt; igitur et أَعْطَاهُ اياها et أَعْطَاهَا dedit ei eam ponuntur.

1033. Si ad infinitivum, ex quo genitivus pendet, adiicitur pronomen in accusativo ponendum, composito uti oportet; ut قَتْلُ ٱللّٰهِ ايّاهُ interfectio Dei eum i. e. quod interfecit Deus eum. Porro si ad participium indefinitum adiicitur pronomen in accusativo ponendum, composito uti oportet, ut لَكِنَّهُ سَامِعٌ ايّاهُ sed is est audiens eum.

In huiusmodi enuntiationibus vero pro accusativo composito etiam dativus pronominis i. e. لَهُ poni potest; Ewald gr. vol. 2. par. 652. 674.

1034. Si ad verba كَانَ fuit, صَارَ factus est, vel cetera idem significantia, vel لَيْسَ *non fuit*, pronomen adiicitur, praedicatum significans par. 629. tum plerumque suffixo utuntur, ut أَمَّا ٱلصِّدِّيقُ فَكُنْتُهُ quod adtinet probum, is ipse sum, لَيْسَنِي non ille ipse sum, Sacy gr. tom. 2. par. 656. interdum composito, ut رَجَوْتُ أَنْ يَكُونَ ايّاهُ sperabam eum esse illum; Taberist. annal. vol. 2. pag. 216. Sacy gr. tom. 2. par. 418.

1035. Post particulam إِلَّا *nisi*, *praeter*, quae sibi nomina in accusativo posita adiungit, pronomen compositum ponitur, ut إِلَّا ايّاكَ praeter te. Post لَيْسَ *praeter* plerumque suffixum, ut لَيْسَنِي et لَيْسِي *praeter me*, rarius compositum, ut لَيْسَ ايّاكَ *praeter te*, ponitur; Sacy gr. tom. 2. par. 657.

1036. Si ad particulam, quae cum accusativo coniungitur, ut إِنَّ certe, أَنَّ quod, pronomina duo, particula وَ intercedente, adponuntur, tum primum suffixo, alterum composito significatur; ut إِنَّا وَايّاكُمْ لَعَلَى هُدًى certe nos atque vos in via recta sumus, أَشْهَدُ أَنَّكَ وَايّاهَا لَهُ testor, te atque illam ipsi esse, Agân. art. Ebn mofarrig.

1037. Si ad verbum accusativi duo, particula وَ intercedente, adponuntur, quorum posterior pronomen est, tum composito utuntur; ut يُخْرِجُونَ ٱلرَّسُولَ وَايّاكُمْ pellunt legatum atque vos; Kor. sûr. 60. v. 1. Ewald gr. vol. 2. par. 675. 727.

1038. Particula وَ si *cum* significat, pronomen compositum sibi adiungit, quia illa particula etiam nomina in accusativo posita sibi adiungere solet, quotiescunque ipsa *cum* significat. Ita positum est فَكُنْتُ وَإِيَّاهُ كَقَلْبَيْنِ فِي صَدْرٍ fui cum eo sicut corda duo in pectore uno; Wolff Babbagha pag. 6.

1039. Si ad particulam إِذَا *ecce!* pronomina duo adponuntur, primum separato, alterum composito significatur; ut فَإِذَا هُوَ إِيَّاهُ atque ecce! is ille erat. Alii vero rectius poni existimabant فَإِذَا هُوَ هُوَ. Harîr. pag. 388. Abulf. annal. tom. 2. pag. 74.

1040. Pronomen *ipse* Arabes, ceterique Semitae iuxta, significant nomine نَفْسٌ *anima*, vel عَيْنٌ *oculus*, vel ذَاتٌ natura, quibus pronomina suffixa inseruntur; ut نَفْسِي anima mea i. e. ego ipse, نَفْسُكَ anima tua i. e. tu ipse, نَفْسَهُ animam eius i. e. eum ipsum, أَنْفُسُكُمْ animae vestrae i. e. vos ips; par. 1068. 1109.

Rarius illis nominibus, pronomen *ipse* significantibus, praepositio بِ praefigitur, ut جَآءَ بِنَفْسِهِ venit ipse, فَإِنَّهَا وَٱللّٰهِ هٰذِهِ بِعَيْنِهَا atque certe ea, per Deum, haec fuit ipsa; Agân. art. Ebn mofarrig; ٱلْكَوَاكِبُ بِأَعْيَانِهَا astra ipsa, هُوَ هُوَ بِعَيْنِ ille est is ipse, Kâm. Confer Sacy gr. tom. 2. par. 481. Ewald gr. par. 663.

Post particulum هَا *ecce* ponuntur pronomina demonstrativa pro pronomine *ipse*, par. 1056. Poetae pronomen *ipse* interdum solo pronomine suffixo significant, ut وَجَاشَتْ إِلَيْهِ ٱلنَّفْسُ خَوْفًا وَخَالَهُ مُصَابًا atque commotus est in eo eius animus prae metu, seque ipsum existimavit percussum, Taraf. moallak. ed. Vullers pag. 58.

1041. Si ad pronomen suffixum, e verbo pendens, alterum pronomen ut تَوْكِيدٌ *firmamentum* adponitur par. 1010. ac praeterea pronomen *ipse* adiicitur, tum firmamentum illud aut pronomine separato, aut composito, significatur. Ponuntur igitur رَأَيْتُكَ أَنْتَ نَفْسَكَ et رَأَيْتُكَ إِيَّاكَ نَفْسَكَ vidi te, te ipsum; Sacy gr. tom. 2. par. 481.

Caput secundum.

Pronomina demonstrativa.

1042. Pronomen demonstrativum simplex vocabulo ذَا *hic*, plur. أُولَاءِ *hi*, significatur, quod hebraïco זֶה *hic*, plur. אֵלֶּה *hi*, respondet.

Cui si suffixum personae secundae subnectitur, demonstrativum ذَاكَ et ذٰلِكَ *ille*, aram. דֵּךְ *ille*, exsistit. Si syllaba demonstrativa هَا sive هِ praefigitur, demonstrativum هٰذَا *hic*, hebr. הַזֶּה *hic*, exsistit. Quorum singularia in utrumque genus, dualia etiam in casus flectuntur. Praeterea articulus definiens أَلْ sive ٱلْ par. 168. hebr. הַל pronominibus demonstrativis adnumerari potest; par. 1042. art. 1.

Pronomen demonstrativum ab Arabibus ٱسْمُ ٱلْإِشَارَةِ *nomen monstrationis* vocatur.

1. *Articulus definiens* أَلْ

1043. Articulus definiens أَلْ ab Arabibus plerumque لَامُ ٱلتَّعْرِيفِ *Lâm definitionis* vocatur, quia litteram Lâm gravissimam eius partem esse censent. In casus varios non flectitur, sed idem praefigitur singularibus, dualibus, pluralibusque, in quovis casu positis, quum masculinis, tum femininis, par. 636. 885.

1044. Nomen articulo illo definitum certas quasdam res vel personas specialiter definitas eadem fere ratione significat, qua graece ὁ βασιλεύς, gallice *le roi*, germanice der König, ponuntur. Quod nomen definitum latine interdum adiecto pronomine demonstrativo significari potest, ut: *ille rex*. Arabes vero ad duos potissimum definiendi modos articulum أَلْ adhiberi ferunt:

1. لِلْعَهْدِ ad recordationem i. e. ut in memoriam revocetur certa res vel persona, aut paulo antea commemorata, aut animo auditoris ex universo sententiae sensu satis perspicua.

Rem antea commemoratam articulus in memoriam revocat, si dicitur دَخَلَ لِصٌّ إِلَى دَارٍ فَقَالَ لَهُ صَاحِبُ ٱلدَّارِ penetravit quidam fur in domum quandam, tumque ei dixit possessor illius domus.

Rem ex universo sententiae sensu perspicuam articulus in memoriam revocat, si dicitur ثُمَّ أَقْدَمْتُ عَلَى ٱلْبَابِ فَقَالَ لِيَ ٱلْحَارِسُ deinde accessi ad portam, tumque mihi dixit custos i. e. custos ille, quem ad portam adesse scitis. Eadem ratione ponitur ضَوْءُ ٱلْقَمَرِ lumen lunae i. e. illius lunae, quam noctu lucere scitis.

Ita articulus etiam ad significandam *eminentiam*, sive rem inter ceteras sui generis eminentem, ponitur, ut ٱلْكِتَابُ liber ille i. e. Korânus, quem gravissimum esse scitis, ٱلْإِلٰهُ sive per contractionem ٱللّٰهُ deus ille i. e. qui solus verus deus esse scitur. Unde fit, ut articulus iis adiectivis praefigatur, quae superlativum significant, par. 831.

Inde hoc quoque fit, ut articulus أَلْ interdum pro pronomine demonstrativo *hic* positus esse videatur, ut ٱلْيَوْمُ hic dies, ٱلْيَوْمَ hoc die, ٱللَّيْلَةُ haec nox, ٱللَّيْلَةَ hacno cte. Atque ita porro articulus أَلْ interdum pro pronomine possessivo positus esse dici potest, ut فَضَرَبَهُ بِٱلسَّيْفِ tum feriit eum illo gladio i. e. gladio, quem secum habebat, sive gladio suo; Sacy gr. tom. 1. par. 965.

2. لِلْجِنْسِ ad speciem i. e. ut tota quaedam rerum vel personarum species significetur, ut أَحْسِنُوا إِنَّ ٱللّٰهَ يُحِبُّ ٱلْمُحْسِنِينَ bene facite, nam Deus diligit bene facientes i. e. bene facientes omnes, فَأَسَرَ ٱلْمُقَاتِلِينَ constrinxit vero milites i. e. milites omnes, رُبَّ كَانَتِ ٱلْحِيلَةُ مِنَ ٱلْقُوَّةِ أَغْلَبَ saepe fuit astutia praepotentior quam vis. Interdum totam speciem persona vel res singula articulo definita repraesentat, ut ٱلْحُرُّ كَرِيمٌ ingenuus est generosus i. e. quisque ingenuus est generosus, ٱلْمُؤْمِنُ لِلْمُؤْمِنِ طَيِّعٌ pius erga pium est obsequens.

1045. Ergo quodcunque nomen neque articulo adiecto, neque modo alio par. 885. definitum est, id personam vel rem, sive personas vel res plures, indefinite commemoratas significat, quibus in sermone latino pronomina *aliquis* et *quidam* adponi solent; ut إِذَا مَا نِعْمَةٌ جَآءَتْكَ فَخُذْهَا si aliquod beneficium tibi obtingit, tum id accipe, بَيْنِي وَبَيْنَكَ نَسَبٌ inter

me ac te cognatio quaedam intercedit, جَآءَنِي يَوْمًا مَلَّاحٌ adiit me quodam die quidam nauta, بَعْدَ حِينٍ post tempus aliquod, مَرَّةً quadam vice, aliquando.

Atque inde persaepe fit, ut numerale *unus* non ipso vocabulo وَاحِدٌ adiecto significetur, sed solo nomine indefinito, ut فَأَقَمْتُ يَوْمًا itaque commoratus sum diem unum, كَقَلْبَيْنِ فِي صَدْرٍ sicut corda duo in pectore uno, فَٱلْكَلِمَتَانِ بِمَعْنًى verum duo vocabula illa cum sensu uno i. e. cum eodem sensu ponuntur. Inde porro hoc fit, ut pronomina indefinita pluralia *plures, nonnulli, aliquot*, significentur nominibus pluralibus indefinite positis, ut فَأَقَمْتُ أَيَّامًا itaque commoratus sum dies aliquot, فَرَأَيْتُ رِجَالًا tum conspexi aliquot viros.

1046. Nomina propria permulta, quamvis primitus appellativa fuerint, nunquam articulum recipiunt, ut مُحَمَّدٌ Mohammed, عَلِيٌّ Ali, هِنْدٌ Hinda, مَكَّةُ Mekka, وَاسِطُ Wâssita.

Nomina propria alia semper cum articulo adiecto ponuntur, ut ٱلْفَضْلُ El fadl, ٱلْعَبَّاسُ El abbâs, ٱلْوَلِيدُ El walîd, ٱلْحَسَنُ El hassan, ٱلْحُسَيْنُ El hossein, ٱلْبَصْرَةُ El basra; neque nisi qui sermone inquinatiori utuntur, his nominibus articulum detrahunt; Fraehn neueste Bereicherungen der muhammed. Numismatik, Liefer. 2. pag. 28. Si vero haec nomina cum praemissa particula يَا in vocativo ponuntur, tum articulus abiici videtur; par. 919.

Quaenam nomina propria articulum receperint, quaeque eo non utantur, nonnisi ex multa lectione, vel ex lexico Fìrûsâbâdiano, disci potest.

1047. Articulus definiens أَلْ apud poetas interdum more hebraïco pro pronomine relativo ٱلَّذِي ita ponitur, ut ipsis verbis ac particulis praemittatur, ut مَا أَنْتَ بِٱلْحَكَمِ ٱلتُّرْضَى حُكُومَتُهُ haud tu ille iudex es, cuius adprobatur iudicium, Sacy anthol. pag. 456. et مَنْ لَا يَزَالُ شَاكِرًا عَلَى ٱلْمَعَهْ quicunque non desinit gratias agere pro eo quod apud ipsum est, Sacy gr. 1. par. 992.

Praeterea articulus *participiis praefixus* pro pronomine relativo poni quodammodo dici potest. Nam ٱلْمَلِكُ ٱلْمُؤْمِنُ idem fere quod ٱلْمَلِكُ

مُؤْمِنٌ ٱلَّذِى sive آمَنَ ٱلَّذِى ٱلْمَلِكُ *ille rex, qui credidit,* significat; atque ita لَهُ ٱلْمَوْلُودُ ٱلْمَلِكُ idem quod لَهُ مَوْلُودٌ ٱلَّذِى ٱلْمَلِكُ sive ٱلْمَلِكُ لَهُ وُلِدَ ٱلَّذِى *ille rex, cui natum est* scilic. infans; Sacy gr. 1. par. 993. 994. Ewald gr. par. 718.

1048. Vocabulum ٱللَّهُ *allâhu* i. e. *deus*, ac pronomen ٱلَّذِى *qui* articulum definientem continent; nam haec pro ٱلْإِلَاهُ sive ٱلْإِلَٰهُ *el-ilâhu*, illa divinitas, ὁ Θεός, atque ٱللَّذِى ponuntur; Sacy gr. 1. par. 985.

Praepositio لِ dativum significans, si articulo praefigitur, Elifam articuli pellit; igitur pro لِٱلْمَلِكِ *illi regi* ponitur لِلْمَلِكِ par. 879.

Articulus أَلْ nomini praefixus quomodo nominum terminationes decurtet, par. 885. art. 1. dictum est.

1049. Substantivum articulo definitum, si adiectivum epithetum par. 629. adponi oportet, sibi adiungit adjectivum articulo definitum. Ponitur igitur ٱلسَّيْفُ ٱلْقَاطِعُ ille gladius acutus, par. 636.

Porro ea quoque substantiva, quae aut adiecto genitivo definiente, aut pronomine suffixo definita sunt par. 885. atque nomina propria, ac pronomina personalia et demonstrativa, quoniam et ipsa ex nominibus definitis esse censentur, adiectivum epithetum sibi adiungunt articulo definitum. Ponuntur igitur سَيْفُ ٱلْعَبْدِ ٱلْقَاطِعُ gladius illius servi acutus, سَيْفِى ٱلْقَاطِعُ gladius meus acutus, عَلِىٌّ ٱلْقَاطِعُ Ali ille acutus, هٰذَا ٱلْقَاطِعُ hic acutus, أَنَا ٱلْقَاطِعُ ego, qui acutus sum; Sacy gr. 2. par. 436. Ewald gr. par. 507.

Substantivum indefinitum sibi adiungit epithetum sive attributum indefinitum, ut سَيْفٌ قَاطِعٌ gladius aliquis acutus, رِجَالٌ مُحْسِنُونَ viri nonnulli probi, غُلَامٌ لَهُ آخَرُ aliquis servus, qui ipsi erat, alius; par. 636.

1050. Sed nomen antecedens ٱلْمُضَافُ par. 885. adiecto genitivo tum tantum plene definitum redditur, si ipse hic genitivus definitus est, ut in verbis ثَوْبُ ٱلْبَوَّابِ tunica illius ianitoris, ثَوْبُ ٱبْنِى tunica filii mei.

Sin genitivus, qui adiicitur, indefinitus est, ut in verbis ثَوْبُ بَوَّابٍ aliqua tunica alicuius ianitoris, tum nomen antecedens non plene definitum, sed *semidefinitum* est, sibique adiungit epithetum indefinitum, ut ثَوْبُ بَوَّابٍ أَبْيَضُ aliqua tunica alicuius ianitoris alba. Nomen semidefinitum ab Arabibus مُخَصَّصٌ *peculiarizatum* vocatur; Sacy gr. 2. par. 243.

1051. Nomen antecedens, quod adiecto genitivo definitum, vel semidefinitum est, non recipit articulum, quoniam idem nomen dupliciter definitum reddere non licet, par. 636; Sacy gr. 2. par. 243. Itaque neque ٱلْبَابُ ٱلْقَصْرِ neque ٱلْبَابُ بَيْتِى neque ٱلْفَرَسُ قَصَّابٍ poni possunt. Sed pro iis ponuntur بَابُ ٱلْقَصْرِ porta illius castelli, بَابُ بَيْتِى porta domus meae, ٱلْفَرَسُ ٱلَّذِى لِقَصَّابٍ ille equus, qui alicui lanioni est.

At excipiuntur tamen antecedentia nonnulla, quae articulum recipere possunt. Quae haec fere sunt:

1. ea, quae in adnexione imperfecta اضافة غَيْرُ مُحْضَة ponuntur i. e. antecedentia, quae sunt participia vel adiectiva, sibique subiungunt genitivum definitum, qui aut obiectum participii antecedentis significat, ut ٱلْمُقِيمُوا ٱلصَّلَاةِ illi peragentes precationis i. e. illi qui peragunt precationem, aut subiectum adiectivi antecedentis, ut ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ ille pulcher faciei i. e. ille qui facie pulchra est, ٱلْكَثِيرُ لَحْمِ ٱلْجَسَدِ ille copiosus carnis corporis i. e. ille qui est carnosus, Kâm. pag. 1692. et ٱلشَّدِيدُ ٱلرَّأْسِ وَٱلصَّغِيرُهُ ille durus capitis et parvus eius i. e. qui est capite duro, eoque parvo, Sacy gr. 2. par. 333. In وَٱلصَّغِيرُهُ pronomen suffixum repraesentat genitivum definitum par. 1012; nam vocabulum illud pro وَٱلصَّغِيرُ ٱلرَّأْسِ positum est.

Si haec antecedentia sunt dualia vel pluralia, tum etiam cum genitivo indefinito ea coniungere licet, ut ٱلضَّارِبُوا زَيْدٍ illi percutientes Seidi i. e. illi qui Seidum percutiunt, Sacy gr. 2. par. 238. 246. 301. 306.

Articulus, qui his antecedentibus praefigitur, pro pronomine ٱلَّذِى positus esse dici potest; nam ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ idem quod ٱلَّذِى حَسُنَ ٱلْوَجْهِ significat; par. 1047.

2. ea, post quae antecedens aliud per ellipsin omissum est, ut رَأَيْتُ ٱلتَّيْمِيَّ تَيْمِيَّ تَيْمِ عَدِيٍّ quod ponitur pro رَأَيْتُ ٱلتَّيْمِيَّ تَيْمِ عَدِيٍّ vidi illum Teimitam, qui est Teimita ortus tribu Teim adî, par. 821. Ita porro ٱلْأَيَّامُ ٱلنَّاصِرِيَّةُ مُحَمَّدِ بْنِ قَلَاوُونَ ponitur pro ٱلْأَيَّامُ ٱلنَّاصِرِيَّةُ نَاصِرِيَّةُ مُحَمَّدِ بْنِ قَلَاوُونَ dies ennâssiriani, qui erant ennâssiriani Mohammedis ben kalawun i. e. quibus imperium tenebat El mâlik ennâssir mohammed ben kalawun, Sacy gr. 1. par. 789. tom. 2. par. 269.

3. ea, quae sunt numeralia, ut ٱلسِّتَّةُ ٱلْأَثْوَابِ illae sex tunicae, ٱلْمِائَتَا أَلْفِ دِرْهَمٍ illa ducenta millia dirhemorum. Sed plerumque haec antecedentia numeralia sine articulo ponuntur, rei numeratae vero articulus praefigitur, ut سِتَّةُ ٱلْأَثْوَابِ illae sex tunicae, Sacy gr. 2. par. 572. 575.

4. ea, quibus subiungitur genitivus materiam significans, ut تَعْلِيقُ صُلْبَانِ ٱلْخَشَبِ suspensio crucium ligni i. e. suspensio crucium lignearum, et مِنَ ٱلْقُرْصِ ٱلشَّعِيرِ ex pane hordei i. e. ex pane hordeaceo. Sed rariora sunt antecedentia huius generis articulo definita, solisque fere scriptoribus recentioribus usitata. Atque fortasse in his enuntiationibus vocabula ٱلصُّلْبَانِ et ٱلْقُرْصِ non sunt vera antecedentia مُضَافٌ sive nomina in statu constructo posita, sed potius nomina, quae sibi subiunxerunt vocabula ٱلْخَشَبِ et ٱلشَّعِيرِ quasi adiectiva, sive tanquam تَابِعٌ i. e. nomina adposita, quae بَدَلٌ *substitutum* vocantur. Quod si ita se habet, enunciationes illae significant: suspensio crucium, ligni, et: ex pane, hordeo; Sacy gr. 2. par. 243. not. Ewald gr. par. 535.

1052. Nomen, quod pronomine suffixo definitum est, non recipit articulum, quoniam idem nomen dupliciter definitum reddere non licet, par. 636. Itaque ٱلْكِتَابُكَ poni nequit, sed ponitur كِتَابُكَ liber tuus.

Sed haec tamen excipiuntur nomina suffixo definita, quae et ipsa articulum sibi praefigere possunt:

1. participia, ut ٱلضَّارِبُكَ ille feriens te, ٱلْمُبَلِّغُهَا ille perferens eam, sive: qui perfert eam, par. 1047. Sacy gr. 2. par. 246. 608. 609.

Quae participia quidem suffixa in accusativo posita ita sibi subiungere censeri possunt, ut ٱلضَّارِبُكَ eodem modo, quo ٱلضَّارِبُ زَيْدًا ille feriens

Seidum, dictum videatur, Sacy gr. 2. par. 306. Atque inde fit, ut haec participia saepenumero suffixum نِى *me* sibi subnectant, ut ٱلْمُوَافِينِى ille conveniens me. Indeque porro fit, ut haec participia, si dualia vel pluralia sunt, Nûnam claudentem, quae ante genitivum par. 1023. abiicitur, retinere possint. Usurpantur enim ٱلضَّارِبُوكَ atque ٱلضَّارِبُونَكَ illi ferientes te. Quemadmodum plerumque ٱلضَّارِبُونَ زَيْدًا illi ferientes Seidum, rarius ٱلضَّارِبُوا زَيْدًا ponitur; Sacy gr. 2. par. 307. 308.

2. exclamatio ٱلنَّجَآءَكَ ٱلنَّجَآءَكَ effugium tuum! effugium tuum! quae ponitur pro: festina! festina! Kâm. pag. 1952.

2. *Pronomen demonstrativum* ذَا *hic.*

1053. Pronomen demonstrativum simplex ذَا *hic* sic flectitur:

sing.

masc. ذَا hic. rarius ذَآءِ ذَآيِهْ

fem. ذِهْ haec. rarius ذِى ذِهِى تَا تِى تِهْ تِهِى

dual.

masc. nom. ذَانِ hi duo. gen. et acc. ذَيْنِ

fem. nom. تَانِ hae duae. gen. et acc. تَيْنِ

plur.

gener. comm. أُولَآءِ hi. hae. rarius أُولَا أُولَى أُلَى

Formae singularis ac pluralis etiam genitivum atque accusativum significant, ut ٱسْمُ ذَا ٱلرَّجُلِ nomen huius viri. Dativi praepositione لِ praefixa significantur, ut لِذَا huic, لِأُولَآءِ his. Omnes dualis formae rarius Nûnam claudentem geminant, ut ذَانِّ ذَيْنِّ.

1054. Pronomen ذَا bis positum interdum significat: *hic* — *ille*, *hoc* — *illud*; ut إِمَّا ذَا وَإِمَّا ذَا aut hoc, aut illud, Hamâs. pag. 61. Alias *hoc* – *illud* pronominibus ذَا وَذَاكَ significatur; ut وَلَكِنْ لَكَ ٱلْحَمْدُ فِى ذَا وَذَاكَ sed tibi laus sit in hoc atque illo! Koseg. chrest. ar. pag. 57.

1055. Pronomina ذَا et أُولَآءِ itemque هَٰذَا et هَٰؤُلَآءِ in enuntiatione vocativa pro pronomine personali personae secundae ponuntur, ut أَيُّهَا ذَا o hic! i. e. o tu! يَا هَٰذَا o tu! par. 921.

1056. Pronomina ذَا ذِهْ أُولَآءِ هَٰؤُلَآءِ post particulam هَا *ecce!* cum pronomine personali coniunctam ponuntur pro pronomine: *ipse;* ut هَا أَنَا ذَا ecce ego ipse! هَا هُوَ ذَا ecce ille ipse! هَا نَحْنُ أُولَآءِ ecce nos ipsi! هَا أَنْتُمْ هَٰؤُلَآءِ ecce vos ipsi! Bertheau proverb. Abi obaidi, pag. 13. Taber. annal. vol. 2. pag. 270. Sûr. 3. v. 59. 115. Ita ab Hebraeis אַתָּה זֶה *tu ipse* ponitur. Verba هَا أَنَا ذَا et هَا أَنَا ذِهْ raro in هَانَذَا et هَانَذِهْ contrahuntur; Sacy gr. 1. par. 1122; Ewald gr. par. 494.

1057. Pronomen ذَا pronominibus interrogativis مَنْ et مَا subiungitur, ut interrogatio nervosius significetur; ut مَنْ quis? مَنْ ذَا quisnam? مَا quid? مَا ذَا quidnam? لِمَاذَا ad quidnam? cur nam? Ita ab Hebraeis מִי זֶה et מַה זֶּה et לָמָּה זֶּה usurpantur.

Sacyus vocabula مَنْ ذَا non: *quis is*, sed: *quis est qui*, ita significare existimat, ut ذَا pro relativo ٱلَّذِى *qui* positum sit, gr. 1. par. 985. not. Sed Arabes ad مَنْ ذَا etiam ipsum ٱلَّذِى adiiciunt, ut مَنْ ذَا ٱلَّذِى يَشْفَعُ عِنْدَهُ quisnam est, qui intercedat apud eum? Sûr. 2. v. 256.

3. *Pronomen demonstrativum* ذَاكَ *ille.*

1058. Pronomini ذَا suffixa كَ كِ كُمَا كُمْ كُنَّ subnectuntur ad significandam rem paulo remotiorem; Sacy gr. 1. par. 974. Unde hoc pronomen exsistit:

sing.

masc. ذَاكَ ille. rarius ذَآيِكَ *Kâm.*

fem. تَاكَ illa. rarius تِيكَ

dual.

masc. nom. ذَانِكَ illi duo. gen. et acc. ذَيْنِكَ

fem. nom. تَانِكَ illae duae. gen. et acc. تَيْنِكَ

plur.

gener. comm. أُولَآئِكَ illi, illae. rarius أُولَاكَ أُلَّاكَ *Kâm.*

In hoc pronomine suffixum كَ pro dativo لَكَ *tibi* ita poni videtur, ut ذَاكَ proprie: *hic tibi* significet. Quamobrem pronomen ذَاكَ formam breviorem pronominis ذَالِكَ par. 1060. esse dicit Ewaldus, gr. par. 455.

Pro ذَاكَ *ille* interdum ذَاكِ *ille* usurpatur, si quis cum femina loquitur, ut ذَاكِ ٱلْكِتَابُ hic tibi, o femina! liber i. e. ille liber; pronomen ذَاكُمَا *ille* vero, si quis cum hominibus duobus loquitur, ut ذَاكُمَا ٱلْكِتَابُ hic vobis duobus liber i. e. ille liber; pronomen ذَاكُمْ *ille*, si quis cum viris pluribus loquitur, pronomen ذَاكُنَّ *ille*, si quis cum feminis pluribus loquitur. Quamobrem haec suffixa, quae pronomini demonstrativo subnectuntur, ab Arabibus حَرْفُ ٱلْخِطَابِ *particula adlocutionis* vocantur. Sed forma ذَاكَ in adlocutione quum unius, tum plurium utriusque generis hominum, utuntur.

1059. Pronomen ذَاكَ subiungitur vocabulis tempus significantibus, ut inde adverbia temporis fingantur; ut إِذْ tum, إِذْ ذَاكَ sive إِذَّاكَ tum illud i. e. tunc, يَوْمَ ذَاكَ die illius i. e. illo tempore; quemadmodum يَوْمَئِذٍ die tum i. e. illo tempore, ponitur. Ita scriptum est: كُتُبٌ صَنَّفَهَا لِبَنِي أُمَيَّةَ مُلُوكِ ٱلْأَنْدَلُسِ يَوْمَ ذَاكَ i. e. libri, quos confecit in usum Omajjidarum, qui reges Andalusiae erant illo tempore; Agân. cod. Hammer. adnot. in fine codicis.

4. *Pronomen demonstrativum* ذَلِكَ *ille.*

1060. Pronomini ذَا suffixa لَكُنَّ لَكُمْ لَكُمَا لَكِ لَكَ subnectuntur ad significandam rem remotiorem, Sacy gr. 1. par. 974. Unde hoc pronomen exsistit:

sing.

masc. ذَلِكَ ille. rarius ذَالِكَ

fem. تِلْكَ illa. rarius تَالِكَ

dual.

masc. nom. ذَانِّكَ illi duo. gen. et acc. ذَيْنِّكَ

fem. nom. تَانِّكَ illae duae. gen. et acc. تَيْنِّكَ

plur.

gener. comm. أُولَاَلِكَ illi, illae.

Pro ذَلِكَ interdum usurpatur ذَلِكِ si quis cum femina, ذَلِكُمَا si quis cum hominibus duobus, ذَلِكُمْ si quis cum viris pluribus, ذَلِكُنَّ si quis cum feminis pluribus loquitur, par. 1058. Littera Lâm in hoc pronomen inserta ab Arabibus لَامُ ٱلتَّبْعِيدِ *Lâm remotionis* vocatur.

Reiskius pro ذَلِكَ *ille* etiam ذَالِي et ذَالِمْ poni perhibet, Abulf. annal. tom. 1. pag. 50. atque ذَالْمْ pro ذَالِنَا substitutum esse existimat.

5. *Pronomen demonstrativum* هَذَا *hic.*

1061. Pronomini ذَا syllaba demonstrativa هَا sive هٰ vel هَ praefigitur, quae ab Arabibus حَرْفُ ٱلتَّنْبِيهِ *particula excitationis* vocatur. Unde hoc pronomen exsistit:

sing.

masc. هَذَا hic.

fem. هَذِهِ haec. rarius هَذِي *chrest. Koseg.* p. 147.

dual.

masc. nom. هَذَانِ hi duo. gen. et acc. هَذَيْنِ

fem. nom. هَتَانِ hae duae. gen. et acc. هَتَيْنِ

plur.

gener. comm. هَؤُلَاءِ hi, hae.

1062. Pronomen هَذَا interdum particulis vocantibus يَا et أَيُّ subiungitur, ut vocatio nervosius significetur, par. 916. 919.

1063. Pronomini هَذَا interdum suffixum كَ subnectitur, par. 1058. Unde exsistunt هَذَاكَ hic, هَذِيكَ haec, Kâm. et هَتَاكَ haec. Quae Harîrius هَاذَاكَ et هَاتَاكَ scribi iubet, Sacy anthol. pag. 67.

6. *Pronomina demonstrativa deminutiva.*

1064. Non usurpantur nisi raro. Hoc vero modo finguntur:

ذَا hic. *dem.* ذَيَّا	ذَاكَ ille. *dem.* ذَيَّاكَ
تَا haec. *dem.* تَيَّا تَيِّ	تَاكَ illa. *dem.* تَيَّاكَ تَيْكَ

ذَانِ hi duo. dem.	ذَيَّانِ	ذَلِكَ ille. dem.	ذَيَّالِكَ
أُولَاءِ hi. dem.	أُولَيَّاءِ	هٰذَا hic. dem.	هٰذَيَّا
أُولَى hi. dem.	أُولَيَّا	هٰؤُلَاءِ hi. dem.	هٰؤُلَيَّاءِ

Vide Sacyi anthol. gram. arab. pag. 26.

7. *Generalia quaedam de usu pronominum demonstrativorum exponuntur.*

1065. Pronomina demonstrativa arabica, si tanquam adiectiva, vel attributa sive epitheta par. 629. ponuntur, ut: *hic homo*, *illa femina*, adponi non possunt, nisi ad nomina definita. Nam pronomina demonstrativa, quum res, personasque certas significent, ipsa sua natura sunt nomina definita; par. 1044. 1049. Sacy gr. 2. par. 434. Ponuntur igitur ذَا ٱلْعَبْدُ hic servus, هٰذَا ٱلرَّجُلُ hic vir, هٰذِهِ ٱلْمَدِينَةُ haec urbs, هٰؤُلَاءِ ٱلْمُقَاتِلُونَ hi militantes. Ita ab Graecis ponitur *οὗτος ὁ βασιλεύς*.

Inde fit, ut quotiescunque demonstrativo subiungitur nomen indefinitum, toties inter ea verbum *est* vel *sunt* supplendum sit. Igitur هٰذَا رَجُلٌ significat: hic est vir, هٰؤُلَاءِ مُقَاتِلُونَ hi sunt militantes. Tum demonstrativum non est attributum, sed subiectum enuntiationis; nomen indefinitum vero, quod sequitur, est praedicatum, par. 629.

Si nomini, quod aut pronomine suffixo, aut statu constructo definitum est, demonstrativum tanquam epithetum addi oportet, tum plerumque subiungitur, ut عَبْدِى هٰذَا servus meus hic, جُرْزَةُ ٱلْحَطَبِ هٰذِهِ fasciculus ligni hic. Interdum demonstrativum praemittitur, ut فَلَمْ تَزَلْ تِلْكَ حَالَهُ neque cessavit haec eius conditio, Agân. art. Medschnûn, هٰذِهِ جُرْزَةُ ٱلْحَطَبِ hic fasciculus ligni, Ewald gr. par. 662.

1066. Demonstrativa, quae tanquam epitheta nominibus adponuntur, cum his nominibus, quod genus et numerum adtinet, in universum quidem concordant.

Sed demonstrativa pluralia هٰؤُلَاءِ أُولَالِكَ أُولَائِكَ أُولَاءِ non adponuntur fere, nisi plurali sano, rariusque plurali fracto personas ratione praeditas significanti, ut أُولَائِكَ ٱلْمُؤْمِنُونَ illi credentes, أُولَائِكَ ٱلرُّوسُ

haec capita i. e. hi homines. Demonstrativa singularia feminina هٰذِهِ تِلْكَ تِيكَ ذِى vero non modo nomini singulari feminino, verum etiam plurali fracto adponuntur, par. 941. ut تِلْكَ ٱلْعَسَاكِرُ illa agmina, هٰذِهِ ٱلْأَيَّامُ hi dies, Sacy gr. 1. par. 967. tom. 2. par. 471. 472.

Raro fit, ut demonstrativum singulare masculinum praemittatur nomini duali vel plurali fracto, ut ذٰلِكَ ٱلرَّجُلَانِ hi duo viri, ذَاكَ ٱلْقُصُورُ haec castella; Sacy gr. 2. par. 472.

1067. Demonstrativum neutrum *hoc, illud*, sive *haec res, illa res*, plerumque demonstrativo singulari masculino هٰذَا ذٰلِكَ ذَاكَ ذَا significatur, ut وَهَلْ إِلَى ذٰلِكَ مِنْ سَبِيلٍ num ad illud ullus aditus est? Agân. art. Medschnûn, فَأَجْرُوا ذَاكَ لَهُ مُجْرَى ٱلْأَمَانِ tum hoc ita accipite, ac si illi fides data sit, Taber. annal. vol. 2. pag. 264. ذٰلِكُمْ بِأَنَّهُ إِذَا دُعِىَ ٱللّٰهُ وَحْدَهُ كَفَرْتُمْ illud fit, quoniam, quum invocaretur Deus solus, increduli fuistis; sûr. 40. v. 12.

1068. Pronomini ذَا fortasse cognatum est nomen ذُو *possessor*, gen. ذِى acc. ذَا dual. ذَوَانِ ذَوَيْنِ plur. ذَوُونَ ذَوِينَ par. 891. quod in statu constructo positum praemittitur genitivo, ut ذُو مَالٍ aliquis possessor pecuniae i. e. homo dives, ذَوُو ٱلْعَقْلِ possessores intelligentiae i. e. qui intelligentes sunt. Ita etiam in nominibus propriis Himiaricis multis ذُو possessorem significare videtur par. 812. ut ذُو ثَاتٍ Dsû thât i. e. possessor Thâtii, nam Thât erat provincia quaedam El iemenae, Kâm. confer par. 875. Si re vera ذُو pro ذَا positum est, tum verba ذُو مَالٍ proprie significarent: is qui est pecuniae, dominus pecuniae.

Nomen ذُو *possessor* feminino ذَاتُ *possestrix*, gen. ذَاتِ acc. ذَاتَ dual. ذَوَتَانِ ذَوَتَيْنِ pl. ذَوَاتُ ذَوَاتِ utitur. Itaque ponitur ذَاتُ جَمَالٍ possestrix venustatis i. e. venusta.

Nominativus ذُو rarius pro pronomine relativo ٱلَّذِى *qui* et مَنْ *is qui* ponitur, ad nomina utriusque generis, cuiusvisque numeri respiciens, ut أَنَا ذُو عَرَفْتَ ego sum is quem novisti, أَتَتْنِى ذُو قَالَتْ كَذَا

convenit me ea quae loquuta est sic, لَا أَفْعَلُ ذَلِكَ بِذِي تَسْلَمُ haud faciam hoc, per eum, per quem viges! est formula iurandi, Kâm. art. ذا. Sacy gr. 2. par. 259. Ita apud Hebraeos זו pro relativo ponitur; Sacy gr. 1. par. 985. not. Rarius relativum ذُو in gen. ذِي acc. ذَا fem. sing. ذَاتُ plur. ذَوَاتُ flectitur; Sacy gr. 1. 991.

Femininum ذَاةٌ et ذَاتٌ in substantivum quoque abiit, quod *substantiam*, *naturam*, significat, saepiusque ad pronomen *ipse* significandum adhibetur, ut فِي ذَاتِهِ in eo ipso, par. 1040. Atque ita etiam ذُو usurpari perhibet Kâmûs, ut مِنْ ذِي نَفْسِهِ ex natura animae suae i. e. ex se ipso.

Accusativi ذَا et ذَاتَ nominibus temporis praemittuntur ad fingenda adverbia temporis, ut ذَا صَبَاحٍ quodam mane, ذَا مَسَآءٍ quadam vespera, ذَاتَ يَوْمٍ quodam die, ذَاتَ ٱلزُّمَيْنِ quodam tempore, Harîr. pag. 186.

1069. Pronomini أُولَآءِ *hi* fortasse cognatum est nomen plurale أُولُوا *possessores*, gen. أُولِي fem. أُولَاتُ quod in statu constructo positum praemittitur genitivo, ut أُولُوا ٱلرَّأْيِ possessores prudentiae i. e. qui prudentes sunt. Quod nomen maxime in sermone antiquiori usurpatur.

Caput tertium.

Pronomina relativa, interrogativa, ceteraque.

1. *Pronomen relativum* ٱلَّذِي *qui.*

1070. Pronomen relativum ٱلَّذِي *qui*, quod ab Arabibus مَوْصُولٌ ٱسْمِيٌّ *coniunctio nominalis* vocatur, ex articulo أَلْ ac Lâma inserta, et pronomine ذَا compositum esse videtur. Ita Hebraei pronomen demonstrativum הַלָּזֶה *hic* composuerunt. Relativum arabicum per genera et numeros ita flectitur:

sing.

masc. ٱلَّذِي qui. raro ٱلَّذِيُّ apud poetas.

fem. ٱلَّتِي quae.

dual.

masc. nom. ٱللَّذَانِ qui ambo. gen. et acc. ٱللَّذَيْنِ

fem. nom. ٱللَّتَانِ quae ambae. gen. et acc. ٱللَّتَيْنِ

plur.

masc. ٱلَّذِينَ qui. raro ٱللَّذُونَ ٱللَّاؤُونَ ٱلْأُلَى

fem. ٱللَّاتِى quae. raro ٱللَّوَاتِى ٱللَّائِى ٱللَّاءِ

In tribus tantum formis, iisque usitatissimis ٱلَّذِينَ ٱلَّتِى ٱلَّذِى Lâma articuli cum Lâma inserta confunditur, Teschdîdo adposito.

Formae dualis Nûnam claudentem raro geminant, Teschdîdo adposito; par. 1053.

Interdum ٱلْأُلَى pro plurali feminino, ٱللَّائِى vero pro plurali masculino usurpatur. Forma rarior ٱللَّاءِ pro plurali utriusque generis ponitur.

Qui nominativos plurales ٱللَّاؤُونَ ٱللَّذُونَ usurpant, in genitivos et accusativos ٱللَّائِينَ ٱللَّذِينَ eos flectunt.

Praeterea a poetis passim usurpantur formae decurtatae, sing. masc. ٱللَّذِ ٱللَّذْ لَذِى sing. fem. ٱللَّتْ ٱللَّتِ dual. masc. ٱللَّذَا dual. fem. ٱللَّتَا plur. masc. ٱلْذِى plur. fem. ٱللَّاتِ ٱللَّوَاتِ ٱللَّاتْ ٱللَّوَا ٱللَّوِى ٱللَّاىِ Sacy gr. 2. par. 930.

1071. Formae deminutivae relativi sunt: sing. ٱللَّذَيَّا ٱللَّتَيَّا dual. ٱللَّذَيَّانِ ٱللَّتَيَّانِ plur. ٱللَّذَيُّونَ Sacy anthol. pag. 64.

1072. Relativum neutrum *quod*, *id quod*, masculino ٱلَّذِى significari solet, ut هُوَ ٱلَّذِى قُلْتُ hoc est id quod dixi; par. 1067.

Rarius pronomen ذُو pro relativo ponitur, par. 1068. itemque articulus ٱلْ par. 1047. 1081. art. 4.

1073. Relativum ٱلَّذِى articulum ٱلْ continet, ergoque nomen definitum est. Propterea respicere non potest nisi nomen definitum, cui tanquam epithetum subiungitur, ut ٱلْعَبْدُ ٱلَّذِى قَالَ ذَلِكَ ille servus, qui dixit hoc, ٱلْكَتِيبَةُ ٱلَّتِى تَقَدَّمَتْ illa cohors quae praecessit, أَمَتِى ٱلَّتِى أَتَتْكَ ancilla mea, quae adiit te, Sacy gr. 2. par. 474.

Si nomen indefinitum vel semidefinitum par. 1050. praecedit, cui relativum tanquam epithetum subiungimus, sermo arabicus hoc relativum plane omittit. Ponuntur igitur عَبْدٌ قَالَ ذَلِكَ aliquis servus, qui dixit hoc, كَتِيبَةٌ تَقَدَّمَتْ aliqua cohors, quae praecessit, ثَوْبُ بَوَّابٍ خُرِقَ aliqua tunica alicuius ianitoris, quae lacerata erat.

1074. Rarius fit, ut, si nomen definitum praecedit, relativum omittatur, ut يُدْخِلُهُمُ ٱلْجَنَّةَ عَرَّفَهَا لَهُمْ introducet eos in illum hortum, quem notum fecit iis Sûr. 47. v. 7. هَذَا ٱلْمَجْلِسُ ٱجْتَمَعَ فِيهِ أَرْبَعَةُ أَئِمَّةٍ hic consessus, in quo convenerunt quattuor imâmi, Koseg. chrest. ar. pag. 116. Sûr. 62. v. 5. Weyers Ibn khacan, pag. 47. In cuiusmodi propositionibus enuntiatio descriptoria, ut: *notum eum fecit iis*, modo laxiori subnexa esse videtur; Ewald gr. par. 716.

1075. Relativum ٱلَّذِي cum eo nomine, ad quod respicit, quod genus et numerum adtinet, in universum quidem concordat, ut ٱلْأَمَةُ ٱلَّتِي فِي ٱلدَّارِ illa ancilla, quae in illa domo erat, ٱلْعَبْدَانِ ٱللَّذَانِ تَقَدَّمَا illi duo servi, qui praecesserunt. Sed pluralia ٱللَّاتِي ٱلَّذِينَ plerumque ad pluralia sana respiciunt, vel pluralia fracta, quae personas ratione praeditas significant. Pluralibus fractis ceteris singulare femininum ٱلَّتِي subiungitur, ut ٱلْكُتُبُ ٱلَّتِي سُرِقَتْ illi libri, qui furto ablati erant; par 1066. Sacy gr. 2. par. 474.

1076. Porro relativum ٱلَّذِي tanquam adiectivum cum eo nomine, ad quod respicit, etiam quod casum adtinet, concordare perhibent Arabes. Itaque in verbis آمَنُوا بِآيَاتِ ٱللّٰهِ ٱلَّتِي أَنْزَلَهَا crediderunt signis Dei, *quae demisit*, quum nomen آيَات in genitivo positum sit, etiam ٱلَّتِي in genitivo positum esse existimant Arabes. Quam casuum concordiam relativum duale, quum in casus flectatur, ipsa forma significare potest, ut أَنْشَدَ ٱلْبَيْتَيْنِ ٱلْمُطْرِفَيْنِ ٱللَّذَيْنِ أَسْكَتَا كُلَّ نَافِثٍ recitavit duos illos versiculos festivos, qui silentium imposuerunt cuivis loquenti, Harîr. pag. 538. Sacy gr. 2. par. 474. Quam relativi cum nomine praemisso concordiam, etiam Graecis passim usitatam, grammatici nostri attractionem vocare solent.

1077. Sed necessario fit, ut relativum etiam per enuntiationem sequentem in casum certum, aut rectum, aut obliquum, redigatur; quemadmodum in verbis: *ille homo, cuius domus conciderat*, pronomen relativum in casum genitivum redigitur per enuntiationem sequentem: *domus conciderat;* Sacy gr. 2. par. 596. Hos autem relativi casus ab enuntiatione sequenti flagitatos sermo arabicus significat subiuncto pronomine personali personae tertiae, quod in eo casu ponitur, quem enuntiatio relativo adiecta flagitat par. 1007. Quod pronomen personale subiunctum, quum ad relativum praemissum respiciat, ab Arabibus ٱلْعَـآئِدُ *rediens, referens se*, vocatur; Sacy gr. 1. par. 977. Itaque pronominis ٱلَّذِى casus ab enuntiatione sequenti flagitati sic significantur:

	sing.			plur.		
nom.	هُوَ	ٱلَّذِى	qui.	هُمْ	ٱلَّذِينَ	qui.
gen.	....هُ —	ٱلَّذِى	cuius.	....هُمْ —	ٱلَّذِينَ	quorum.
dat.	لَهُ —	ٱلَّذِى	cui.	لَهُمْ —	ٱلَّذِينَ	quibus.
acc.	....هُ —	ٱلَّذِى	quem.	....هُمْ —	ٱلَّذِينَ	quos.

Atque ita ceterorum relativorum ٱللَّاتِى ٱللَّتَانِ ٱلَّتِى ٱللَّذَانِ casus ab enuntiatione sequenti flagitati significantur. Pronomen *rediens* cum relativo antecedente in genere et numero concordare oportet. Usurpantur autem hi relativi casus sic:

nom. ٱلْعَبْدُ ٱلَّذِى هُوَ مَرِيضٌ ille servus, qui aeger est.

gen. ٱلْعَبْدُ ٱلَّذِى أُمُّهُ قَالَتْ ille servus, cuius mater dixit.

dat. ٱلْعَبْدُ ٱلَّذِى قُلْتُ لَهُ ille servus, cui dixi.

acc. ٱلْعَبْدُ ٱلَّذِى ٱشْتَرَيْتُهُ ille servus, quem emi.

nom. ٱلْعِبَادُ ٱلَّذِينَ هُمْ مُحْسِنُونَ illi servi, qui probi sunt.

nom. ٱلْامْرَأَةُ ٱلَّتِى هِىَ صَادِقَةٌ illa femina, quae sincera est.

Relativum duale igitur eum casum, quem nomen antecedens par. 1076. flagitat, formis diversis ٱللَّتَيْنِ ٱللَّتَانِ ٱلَّذَيْنِ ٱللَّذَانِ significat, eum

vero casum, quem enuntiatio sequens flagitat, pronomine *redienti*. Ponitur enim: اَلْعَبْدَانِ اَللَّذَانِ كَانَ قَتَلَهُمَا illi duo servi, quos interfecerat.

Ii quoque relativi casus, qui ex praepositione pendent, significantur posito relativo, subiunctoque pronomine *redienti*, ut:

عَلَى contra. اَلَّذِى عَلَيْهِ contra quem.

مِنْ ab. اَلَّذِى مِنْهُ ab quo.

بِ per. اَلَّذِى بِهِ per quem.

1078. Si nomen, ad quod relativum respicit, indefinitum est, tum اَلَّذِى omittitur par. 1073. pronomen *rediens* vero retinetur. Igitur ponuntur: عَبْدٌ هُوَ مَرِيضٌ aliquis servus, qui aeger est, عَبْدٌ أُمُّهُ قَالَتْ aliquis servus, cuius mater dixit, مُسْلِمُونَ قُلْتُ لَهُمْ aliqui moslemi, quibus dixi, بَيْتٌ فِيهِ رَجُلٌ quaedam domus, in qua quidem vir erat, قَتْلَى مَا هُمْ قُبِرُوا occisi, qui non sepulti sunt, Agân. art. Ebn mofarrig.

1079. Haud raro fit, ut pronomen *rediens* omittatur, si casus ille, in quem pronomen اَلَّذِى per enuntiationem sequentem redigitur, ex ipso huius enuntiationis sensu satis patefieri videtur. Igitur:

1. frequenter omittitur *rediens nominativum*, praesertim si sequitur verbum, ut اَلْعَبْدُ اَلَّذِى قَالَ ذَلِكَ ille servus, qui dixit hoc, أَمَتِى اَلَّتِى أَتَتْكَ ancilla mea, quae adiit te, par. 1073., Sacy gr. 2. par. 598. Arabes in ipsis personis verbi tertiis قَالَ et أَتَتْ pronomina personalia personae tertiae هُوَ et هِىَ quasi inesse, proptereaque haec pronomina adponere nihil opus esse, perhibent. Ita etiam in participiis pronomina personalia personae tertiae inesse, igiturque قَايِمٌ idem quasi quod قَايِمٌ هُوَ significare contendunt, Sacy gr. 1. par. 1022—1024.

Si vero relativum sequitur enuntiatio perbrevis, quae nihil nisi adiectivum attributum repraesentat, tum pronomen *rediens nominativum* retinetur, ut اَلْعَبْدُ اَلَّذِى هُوَ مَرِيضٌ ille servus, qui aeger est, اَلرَّجُلُ اَلَّذِى هُوَ فِى اَلدَّارِ ille vir, qui in illa domo adest, اَلرَّجُلُ اَلَّذِى هُوَ أَمِيرٌ ille vir, qui princeps est. Si nomen relativo praemittendum omittitur,

tum pronomen rediens nominativum retinetur, رَأَيْتُ ٱلَّذِى هُوَ أَتَاكَ vidi illum, qui te adiit, quod pro رَأَيْتُ ٱلرَّجُلَ ٱلَّذِى هُوَ أَتَاكَ vidi virum illum, qui te adiit, ponitur; Sacy gr. 2. par. 599.

2. rarius omittitur *rediens accusativum*, ex verbo vel participio pendens, ut ٱلْمَالُ ٱلَّذِى تَشْتَهِى أَنْفُسُنَا illa pecunia, quam appetunt animi nostri, et ٱلرِّزْقُ ٱلَّذِى مُولِيكَ ٱللّٰهُ فَضْلٌ ille victus, quem tibi tribuit Deus, est beneficium. In quibus propositionibus ab eo, qui adcuratius dicit, cum adiecto pronomine redienti تَشْتَهِيهِ et مُولِيكَهُ ponuntur; Sacy gr. 2. par. 600.

3. rarissime omittitur *rediens genitivum*, neque hoc fit, nisi quum rediens genitivum ex participio pendet, quod participium temporis praeteriti repraesentat, ut إِدْرَاكُ ٱلَّذِى كُنْتُ طَالِبًا adeptio eius quod petebam, in quibus طَالِبًا pro طَالِبَهُ positum est. Hoc participium autem ad tempus praeteritum respicere, ex praemisso كُنْتُ intelligitur; participium temporis praeteriti vero pronomina in genitivo posita sibi suffigere existimantur; Sacy gr. 2. par. 313. 601. Hamâs. pag. 31.

4. raro omittitur *rediens ex praepositione pendens*; quod si fit, etiam ipsa praepositio supprimitur, ut مَرَرْتُ بِٱلَّذِى مَرَّ سُلَيْمَانُ quod pro مَرَرْتُ بِٱلَّذِى مَرَّ سُلَيْمَانُ بِهِ praeterii eum, quem praeteriit Soleimân; Sacy gr. 2. par. 602. positum est

1080. Saepe nomen illud, ad quod relativum ٱلَّذِى respicit, supprimitur, tumque ٱلَّذِى non modo ipsum relativum, sed etiam nomen illud suppressum ita repraesentat, ut vicem pronominum latinorum: *is qui*, *id quod*, expleat. Sic ponuntur هُوَ ٱلَّذِى يُسَيِّرُكُمْ فِى ٱلْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ ille est is qui efficit, ut peragretis terram ac mare, قُلْ لِلَّذِينَ آمَنُوا dic iis, qui crediderunt, أَرَاجِعٌ لِى ٱلدَّهْرُ حَوْلًا كَامِلًا إِلَى ٱلَّذِى عَوَّدَ num revertetur mihi fortuna per annum integrum ad id quod solebat facere? Sacy gr. 2. par. 603. 474. not.

Hoc modo ٱلَّذِى praesertim in iis *propositionibus nervosis* usurpatur, quae, ut quoddam praedicatum fortius significetur, hoc praedicatum

praemittunt, quasi subiectum sit, atque verum subiectum subiungunt, quasi praedicatum خَبَرٌ sit. Itaque in his propositionibus ٱلَّذِى cum enuntiatione ipsi subnexa praemittitur, nomen vel pronomen vero, quod illa enuntiatio describit, subiungitur. Sic igitur pro propositione simplici: *Deus est is, qui condidit coelos ac terram*, ponitur propositio nervosa ٱلَّذِى خَلَقَ ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضَ ٱللّٰهُ is qui condidit coelos ac terram, est Deus; atque pro propositione simplici: *Seid est is qui est aeger*, ponitur propositio nervosa ٱلَّذِى هُوَ مَرِيضٌ زَيْدٌ is qui est aeger, est Seid. Propositiones nervosae hoc modo conformatae ab Arabibus vocantur ٱلْإِخْبَارُ عَنْ شَيْءٍ بِٱلَّذِى i. e. praedicare aliquid de aliqua re per vocabulum ٱلَّذِى. Vide Sacy gr. 2. par. 604.

1081. In quibus propositionibus nervosis haec observanda sunt:

1. relativum praemissum in genere et numero cum nomine vel pronomine ad finem propositionis reiecto, quo verum subiectum significatur, concordare oportet. Ponuntur igitur ٱللَّذَانِ بَلَّغَا ٱلْوُزَرَآءَ رِسَالَةً ٱلشَّاعِرَانِ illi duo, qui pertulerunt ad illos consiliarios epistolam, sunt illi duo poetae, et ٱلَّتِى بَلَّغَهَا ٱلشَّاعِرَانِ ٱلْوُزَرَآءَ رِسَالَةٌ ea, quam pertulerunt illi duo poetae ad illos consiliarios, est epistola. Relativum poni licet singulare femininum, si nomen vel pronomen ad finem reiectum est plurale fractum, par. 1075. Relativum poni licet singulare masculinum, si nomen femininum ad finem reiectum non *verum femininum* par. 843. significat; Sacy gr. 2. par. 604.

2. si in ea enuntiatione, quae relativo subnectitur, nullum inest verbum, tum pronomen *rediens* adiici oportet, ut ٱلَّذِى هُوَ مَرِيضٌ زَيْدٌ is qui [est] aeger, est Seid; par. 1079. art. 1. Sacy gr. 2. par. 607.

3. si nomen ad finem propositionis reiectum *tempus* quoddam significat, igiturque ab propositione simplici in accusativo ponitur, ut صُمْتُ يَوْمَ ٱلْجُمْعَةِ ieiunavi die veneris, tum propositio nervosa relativo praemisso praepositionem فِى *in* adiicit, ut ٱلَّذِى صُمْتُ فِيهِ يَوْمُ ٱلْجُمْعَةِ is, in quo ieiunavi, est dies veneris; Sacy gr. 2. par. 605. Nam etiam

in propositione simplici, si ٱلَّذِى adhibetur, ponendum est كَانَ يَوْمُ ٱلْجُمْعَةِ ٱلَّذِى صُمْتُ فِيهِ est dies veneris is, in quo ieiunavi.

Si nomen ad finem propositionis reiectum *rationem actionis* significat, igiturque ab propositione simplici in accusativo ponitur, ut جِئْتُ رَغْبَةً فِيكَ veni propter amorem erga te, tum propositio nervosa relativo praemisso praepositionem لِ *ob* adiicit, ut ٱلَّذِى جِئْتُ لَهُ رَغْبَةٌ فِيكَ id ob quod veni, est amor erga te; Sacy gr. 2. par. 606. Nam etiam in propositione simplici, si ٱلَّذِى adhibetur, ponendum est كَانَ رَغْبَةً فِيكَ ٱلَّذِى جِئْتُ لَهُ est ámor erga te id, ob quod veni; par. 1130. art. 6.

4. propositio simplex, quae verbum continet, ut يَقِى ٱللَّهُ ٱلْبَطَلَ protegit Deus strenuum, sive ٱللَّهُ هُوَ ٱلَّذِى يَقِى ٱلْبَطَلَ Deus est is, qui protegit strenuum, in nervosam converti potest aut pronomine ٱلَّذِى praemisso, ut ٱلَّذِى يَقِى ٱلْبَطَلَ ٱللَّهُ is qui protegit strenuum, est Deus, par. 1080. aut ita, ut verbum in participium, vel activum, vel passivum, convertatur, eique articulus ٱلْ praefigatur, ut ٱلْوَاقِى ٱلْبَطَلَ ٱللَّهُ ille protegens strenuum est Deus; par. 1047.

Igitur pro ٱلْبَطَلُ هُوَ ٱلَّذِى يَقِيهِ ٱللَّهُ strenuus est is, quem protegit Deus, nervose ٱلَّذِى يَقِيهِ ٱللَّهُ ٱلْبَطَلُ et ٱلْوَاقِيهِ ٱللَّهُ ٱلْبَطَلُ is, quem protegens est Deus est strenuus, sive: non protegit Deus, nisi strenuum, ponuntur; pro ٱلْمَلِكُ هُوَ ٱلَّذِى وُلِدَ لَهُ rex est is, cui natum est, vero: ٱلَّذِى وُلِدَ لَهُ ٱلْمَلِكُ et ٱلْمَوْلُودُ لَهُ ٱلْمَلِكُ is cui natum est, est rex.

Ad participium adiicitur pronomen personale *rediens*, si articulus ٱلْ relativi vicem explens aliam personam respicit, quam pronomen illud personale. Propterea poni oportet زَيْدٌ ٱلضَّارِبُهَا هُوَ جَارِيَتُهُ Seidus, ea quam percussit ipse, est ancilla eius. Nam articulus ٱلْ vicem relativi ٱلَّتِى explens respicit ancillam, pronomen personale هُوَ vero respicit Seidum. Contra non licet ponere زَيْدٌ ٱلضَّارِبُ هُوَ جَارِيَتَهُ هُوَ Seidus, is qui percussit ancillam eius, ipse est. Nam articulus ٱلْ vicem relativi ٱلَّذِى explens respicit Seidum, atque etiam pronomen هُوَ personale, si ad ٱلضَّارِبُ

adiiceretur, respecturum esset Seidum. Itaque, hoc pronomine suppresso, ponitur زَيْدٌ ٱلضَّارِبُ جَارِيَتَهُ هُوَ gr. Sacyan. 2. par. 609.

2. *Pronomen interrogativum* مَنْ *quis?* مَا *quid?*

1082. Pronomina مَنْ *quis?* et مَا *quid?* in *interrogatione recta* ita ponuntur, ut مَنْ maxime personas ratione praeditas respiciat, مَا vero animantia ratione non praedita, atque res. Ceterum haec pronomina nulla flectione utuntur, sed ad utrumque genus, numerosque, casusque quosvis pertinent. Ponuntur igitur مَنْ أَنْتَ quis tu? مَا أَنْتَ quid tu? i. e. quanam conditione uteris? مَنْ هُمَا qui sunt illi duo? مَنْ هُمْ qui sunt illi? ٱبْنُ مَنْ هٰذَا ٱلرَّجُلُ filius cuius hic vir est? مَا قُلْتَ quid dixisti? مَنْ إِلٰهٌ غَيْرُ ٱللّٰهِ يَأْتِيكُمْ بِضِيَآءٍ quis est aliquis deus, diversus ab illo Deo, tribuens vobis lucem? Dativus praepositione لِ praefixa significatur, ut لِمَنْ قُلْتَ ذٰلِكَ cui dixisti illud? Sacy gr. 2. par. 613. 618. 619.

1083. Interrogativum مَا *quid?* ex praepositione pendens plerumque Elifam suam pellit, atque saepenumero in scribendo cum praepositione coniungitur. Igitur pro لِمَا ad quod? بِمَا per quod? فِيمَا in quo? حَتَّى مَا usque quo? عَلَى مَا ob quid? ponuntur لِمَ بِمَ فِيمَ حَتَّى مَ حَتَّامَ حَتَّيمَ عَلَى مَ عَلَامَ gr. Sacyan. 1. par. 1000. not. par. 1183. Rarius Elifa retinetur; ut قَالَ بِمَا أُبَشِّرُ dixit: de quo laetabor? Agân. cod. Hammer. art. Abd alla ben essibara ٱلزِّبَعْرَى.

In لِمَا ad quod? retinetur Elifa, si ذَا adiicitur; par. 1084.

Pronomina مَنْ et مَا cum praepositionibus مِنْ *de*, عَنْ *ab*, coniuncta plerumque Nûnam harum praepositionum in Mîmam convertunt. Itaque pro مِنْ مَنْ de quo? plerumque مِمَّنْ ponitur; par. 201. b. Rarius مِنْ مَنْ scribitur.

1084. Pronominibus interrogativis مَنْ et مَا subnectitur demonstrativum ذَا ut interrogatio nervosius significetur; ut مَنْ ذَا أَتَاكَ quisnam adiit te? مَا ذَا تَقُولُ quidnam dicis? لِمَا ذَا ad quidnam? quamnam ob

rem? par. 1057. Sacy gr. 1. par. 1183. Rarius interrogativo subnectitur pronomen personale, ut مَنْ هُوَ ٱلْغَنِىُّ quisnam est dives? Ewald gr. par. 705.

Interdum relativo ٱلَّذِى inserto amplificatur interrogatio, ut مَنِ ٱلَّذِى أَمَرَ quis est is qui praecepit? مَنْ ذَا ٱلَّذِى سَلَّمَ عَلَيْكَ quisnam est is qui salutavit te? par. 1057. Sacy gr. 1. par. 995. not.

1085. Interrogativum مَا *quid?* in enuntiationibus admirantibus significat: *quam! quantum!* ut مَا أَكْرَمَ زَيْدًا quam generosus est Seid! par. 615.

1086. Interrogativum مَنْ *quis?* in genera, numeros, casusque flectitur, si solitarium ponitur. Solitarium poni dicitur, si ei, qui dixit: *percussi virum*, responditur solo interrogativo posito: *quem?* Flectitur autem مَنْ solitarium ita:

	masc.	femin.
sing. nom.	مَنُو	مَنَهْ مَنَتْ مَنْتْ
sing. genit.	مَنِى	مَنَهْ مَنَتْ مَنْتْ
sing. accus.	مَنَا	مَنَهْ مَنَتْ مَنْتْ
dual. nom.	مَنَانْ	مَنْتَانْ
du. gen. acc.	مَنَيْنْ	مَنْتَيْنْ
plur. nom.	مَنُونْ	مَنَاتْ
pl. gen. acc.	مَنِينْ	مَنَاتْ

Quae formae sunt pausantes, ad praecepta par. 307—309. confectae; Sacy anthol. pag. 321. Igitur si dictum est: جَآءَنِى رَجُلٌ adiit me quidam vir, interrogatur: مَنُو quis? Si dictum est قَتَلْتُ رَجُلًا occidi quendam virum, interrogatur: مَنَا quem? In quo casu nomen praecedens positum est, in eodem interrogativum ponitur. Quae interrogativi flectio propterea ab Arabibus حِكَايَةٌ *imitatio* vocatur; Sacy gr. 1. par. 997. 998.

Rarius fit, ut in eiusmodi interrogationibus interrogativo مَنْ subiungatur nomen proprium praecedens, et quidem in eodem casu positum, in

quo praecessit. Exempli gratia, si dictum est: رَأَيْتُ زَيْدًا vidi Seidum, interrogare licet مَنْ زَيْدًا quis: Seidum? vel: quem, Seidum? i. e. quis est ille, quem vocabulo: Seidum, significasti? Sacy gr. 2. par. 623. anthol. pag. 401.

Perraro fit, ut مَنْ flectatur ubi non solitarium positum est, ut: فَقُلْتُ مَنُونَ أَنْتُمْ tum dixi: quinam vos estis? Sacy gr. 2. par. 622.

1087. Interrogativum مَنْ tanquam adiectivum nomini indefinito interdum ita praemitti fertur, ut مَنْ رَجُلٍ significet: quinam vir? welcher Mann? *quel homme?*

Sed exemplum ab Sacyo gr. 2. par. 619. adpositum: مَنْ إِلَهٌ غَيْرُ ٱللّٰهِ يَأْتِيكُمْ بِضِيَآءٍ sûr. 28. v. 71. 72. quod Sacyus interpretatur: *quel dieu, autre que Dieu, vous procurera de la lumière?* mihi quidem significare videtur: quis est deus, diversus ab illo Deo, tribuens vobis lucem? wer ist ein Gott, außer jenem Gotte, der euch brächte Licht? *qui est un dieu, hormis Dieu, tel qu'il puisse vous procurer de la lumière?* par. 1082.

Exemplum ab Ewaldo gr. par. 705. adpositum: إِذَا ٱلْقَوْمُ قَالُوا مَنْ فَتًى moallak. Taraf. vers. 42. significare mihi videtur: *quum homines dicunt: quis est vir?* wenn die Leute sagen: wer ist ein Mann? Addit scholiasta ٱلزَّوْزَنِيُّ Sausenensis, verba مَنْ فَتًى significare: مَنْ فَتًى يَكْفِي مُهِمًّا أَوْ يَدْفَعُ شَرًّا quis est vir, qui avertat discrimen vel propulset calamitatem? wer ist ein Mann, der abwehrt Gefahr oder zurücktreibt Drangsal? Eiusdemque generis est exemplum alterum, ex Hamâssa pag. 48. sumtum: مَنْ فَارِسٌ quis est eques! i. e. quis est ita fortis, ut vere eques dici possit? Verba مَنَ ٱلْغَرُورُ أَقَلُّ رَأْيٍ مِنِّي ex fabulis Lokmâni nro. 41. sermone negligentiori conscriptis sunt sumta, eaque inconcinne posita pro مَنَ ٱلْغَرُورُ ٱلَّذِي هُوَ أَقَلُّ رَأْيًا مِنِّي vel مَنَ ٱلْغَرُورُ ٱلْأَقَلُّ ٱلرَّأْيِ مِنِّي quis est ille deceptus, qui magis inops consilii sit quam ego? par. 1051. art. 1.

Nam in eiusmodi *interrogationibus admirantibus* et nomine indefinito, et definito, uti licet; quemadmodum eodem fere sensu ponimus: wer ist ein Mann, der freudig stets zum Kampfe geht? et: wer ist der Mann, der freudig stets zum Kampfe geht? Confer إِذَا قِيلَ أَيُّ ٱلنَّاسِ شَرُّ قَبِيلَةٍ Ew. par. 597.

De enuntiationibus فَبِمَا رَحْمَةٍ مِنْ رَبِّكَ et مَرَرْتُ بِمَنْ مُعْجِبٍ لَكَ dicetur par. 1094.

1088. Pronomina interrogativa مَنْ et مَا etiam in interrogatione non recta sive relativa ponuntur, ut وَلَا أَدْرِى مَا أَقُولُ neque sciebam, quid dicerem. Atque etiam tum مَا ex praepositione pendens Elifam suam interdum abiicit, ut قَبْلَ أَنْ يَعْلَمَ عَبَّادٌ فِيمَ قَدِمَ antequam cognosceret Abbâd, propter quae venisset; agân. art. Ebn mofarrig; et وَوَٱللّٰهِ مَا أَدْرِى عَلَى مَ قَتَلْتَنِى ac, per Deum, nescio, propter quod me occidisti; agân. art. Medschnûn.

3. *Pronomen relativum* مَنْ *is qui*, مَا *id quod.*

1089. Pronomina مَنْ et مَا etiam pro relativo ita usurpantur, ut significent: *is qui*, *id quod*, *quicunque*, *quodcunque*, ad utrumque genus, numerosque, casusque quosvis respicientia. Ponuntur igitur مَنْ يَعْصِ ٱللّٰهَ وَرَسُولَهُ يُدْخِلْهُ نَارًا quicunque refragatur Deo, eiusque legato, eum immittet in ignem, إِذَا بَانَ مَنْ تَهْوَى quum abiit is, quem amas, مَنْ لَا يَمُوتُ o is, qui non moritur! وَهُوَ فِيمَنْ قَالَ ذَلِكَ atque is fuit inter eos, qui dixerunt illud, مَا عِنْدَ ٱللّٰهِ بَاقٍ id quod apud Deum est, durat, أَحْسَنُ مَا يَكُونُ pulcerrimum eius quod fiat i. e. pulcerrimum omnium, par. 831. art. 2. Sacy gr. 1. par. 987. 1186. tom. 2. par. 531.

Relativis مَنْ et مَا nomen duale, vel plurale, vel femininum, respicientibus interdum praedicata vel pronomina adponuntur cum illo nomine in genere et numero concordantia; ut نَكُنْ مِثْلَ مَنْ يَا ذِيبُ يَصْطَحِبَانِ erimus sicut ii duo, qui, o lupe, amici sunt, مَنْ آمَنَ وَأَصْلَحَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ quicunque credit et probus est, iis nihil timendum est, لِمَا نَسَجَتْهَا مِنْ جَنُوبٍ وَشَمْأَلِ propter id, quod concutit eam, ex austro, et aquilone i. e. propter flatus austri et aquilonis, qui eam concutiunt. Verbum femininum نَسَجَتْ cum ventis, qui generis feminini sunt, concordare videtur; Sacy gr. 2. par. 404. 615.

Sacyus primitivam pronominum مَنْ et مَا significationem esse existimat relativam, gr. 1. par. 995. Ewaldus vero interrogativam, gr. par. 465. not. quod probabilius esse mihi videtur.

1090. Interdum relativum مَنْ *is qui* verbo praemittendum omittitur, si, participium cum particula أَوْ *vel* vel وَ *et* adposita praecessit. Nam in hoc participio relativum quasi inesse existimatur, quoniam: *amans*, idem fere quod: *qui amat*, significat. Sic ponuntur مُرْتَدٌّ أَوْ كَادَ أَنْ يَرْتَدَّ deficiens, vel is qui in eo erat, ut deficeret, annal. Tab. vol. 1. pag. 14. إِنَّ ٱلْمُصَّدِّقِينَ وَٱلْمُصَّدِّقَاتِ وَأَقْرَضُوا ٱللّٰهَ قَرْضًا حَسَنًا certe viri largientes, feminaeque largientes, atque ii qui credunt Deo creditum bonum, sûr. 57. v. 15. Ewald gr. par. 722.

1091. Relativa مَنْ *quicunque* et مَا *quodcunque* praeterito vel futuro decurtato praemissa, quoties sententias generales, ad tempus quodvis pertinentes, modoque conditionali significatas, introducunt, illis temporibus significationem *praesentis indefiniti* tribuere nobis videntur, quoniam in eiusmodi sententiis praesens indefinitum ponere solemus. Igitur verba مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ بَلَغَ مُرَادَهُ quicunque celavit secretum suum, adsequutus est propositum suum, significant: quicunque celat secretum suum, adsequitur propositum suum; atque eiusdem generis sunt: مَنْ يُرِدْ ثَوَابَ ٱلدُّنْيَا نُؤْتِهِ مِنْهَا quicunque appetit mercedem mundi, ei damus ex eo. In qua interpretatione pro praesenti indefinito etiam futurum substituere possumus. Relativa مَنْ et مَا vero in his sententiis vicem quasi explent coniunctionis conditionalis إِنْ *si*. Nam: *quicunque appetit*, idem fere quod: *si quis appetit*, est; Sacy gr. 1. par. 403—407. 420. tom. 2. par. 617.

1092. Relativis مَنْ *is qui* et مَا *id quod*, ut casus eorum ab enuntiatione sequenti flagitatus significetur, pronomen *rediens* eodem prorsus modo adiicitur, quo relativo ٱلَّذِى subiungitur, par. 1077. 1078. Itaque ponitur cum redienti nominativo: مَنْ هُوَ بَرٌّ is qui probus est, مَا هُوَ ضَلَالٌ id quod falsum est; cum redienti genitivo: مَا أَخَذَ ٱللِّصُّ أَفْضَلَهُ id cuius praestantissimum abstulit fur, cum redienti accusativo: مَنْ دَعَاهُ ٱلْأَمِيرُ

is quem advocavit princeps; cum redienti, quod ex praepositione pendet: مَا كَانَ سَقَطَ فِيهِ id in quod deciderat, Sacy gr. 2. par. 616.

Rarius pro ضَرَبْتُ مَنْ رَغِبْتَ فِيهِ percussi eum cui faves, ponitur per breviloquentiam ضَرَبْتُ فِيمَنْ رَغِبْتَ percussi cui faves; Kâm. pag. 1932.

1093. Relativa مَنْ *is qui* et مَا *id quod*, si praemittitur: مِنْهُمْ ex iis sunt, مِنَ ٱلنَّاسِ ex hominibus sunt, مِنْهُ ex eo est, significare solent: *quidam qui* vel *nonnulli qui*, *quoddam quod* vel *nonnihil quod*; ut مِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ لَا يُؤْمِنُ بِٱللّٰهِ ex hominibus est quidam qui non credit Deo i. e. sunt nonnulli qui non credunt Deo, وَمِنْهُمْ مَنْ يَمْشِي عَلَى أَرْبَعٍ atque ex iis sunt nonnulli qui incedunt quattuor pedibus, فَمِنْ ذَلِكَ مَا قَدِ ٱشْتَرَوْهُ atque ex hoc erat nonnihil quod coemerant; Sacy gr. 1. par 995. not.

1094. Relativis مَنْ *is qui*, *quidam qui*, مَا *id quod*, *quoddam quod*, ex praepositione pendentibus interdum praedicatum subiungitur, aut adiectivo, aut substantivo significatum. Quod praedicatum in nominativo poni debebat, ut مَرَرْتُ بِمَنْ مُعْجِبٌ لَكَ praeterivi apud eum, qui placet tibi, مَرَرْتُ بِمَا مُعْجِبٌ لَكَ praeterivi apud id quod placet tibi. Sed per attractionem quandam hoc praedicatum a praepositione relativo praemissa in genitivum redigitur. Ponuntur igitur مَرَرْتُ بِمَنْ مُعْجِبٍ لَكَ et مَرَرْتُ بِمَا مُعْجِبٍ لَكَ atque كَفَى بِنَا فَضْلًا عَلَى مَنْ غَيْرِنَا حُبُّ ٱلنَّبِيِّ إِيَّانَا sufficit nobis, quod adtinet praestantiam prae eo qui est diversus a nobis, amor prophetae erga nos; Sacy gr. 1. par. 1180. tom. 2. par. 614. anthol. pag. 464. et text. ar. pag. 86. Ewald gr. par. 705.

Propterea Arabes praepositionibus nomini praemissis suffigi مَا encliticum perhibent, ut فَبِمَا رَحْمَةٍ مِنْ رَبِّكَ لِنْتَ لَهُمْ per misericordiam a Domino tuo lenis fuisti iis, مِمَّا خَطِيئَاتِهِمْ أُغْرِقُوا propter peccata ipsorum submersi sunt, عَمَّا قَلِيلٍ post paucum i. e. mox, Sacy gr. 1. par. 1048. Ita fere apud Hebraeos pro praepositionibus לְ בְּ כְּ etiam לְמוֹ בְּמוֹ כְּמוֹ usurpantur.

Poetae nomini quoque, quod in statu constructo positum est, suffigunt مَا encliticum, ut كُلُّ مَا حَيٍّ universitas vivi i. e. quisque vivus, يَا شَاةَ مَا قَنَصٍ o ovis praedae! Sacy gr. 2. par. 271. Hamâs. pag. 414.

1095. Relativum مَا *id quod* tempus respiciens ponitur pro: per id tempus quod, *quamdiu*, tumque ab Arabibus مَا ٱلدَّيْمُومَةِ i. e. مَا *durandi* vocatur; ut وَأُقْسِمُ لَا أَنْسَاكَ مَا ذَرَّ شَارِقٌ atque iuro: non obliviscar tui quamdiu explendescet oriens sol, وَكُنْتُ عَلَيْهِمْ شَهِيدًا مَا دُمْتُ فِيهِمْ atque exstiti contra eos testis quamdiu duravi inter eos; Sacy gramm. 1. par. 397. 1177.

1096. Relativum مَا *id quod* cum sequenti verbo, quod in certo tempore, et plerumque quidem praeterito, positum est, coniunctum interdum pro مَصْدَرٌ sive infinitivo ponitur, tumque ab Arabibus مَا مَصْدَرِيَّةٌ i. e. مَا *infinitivum* vocatur; ut وَدُّوا مَا عَنِتُّمْ exoptant id quod intereatis i. e. interitum vestrum, ضَاقَتْ عَلَيْكُمُ ٱلْأَرْضُ بِمَا رَحُبَتْ angusta fuit vobis terra cum eo quod ampla est i. e. cum amplitudine sua; صَبَرُوا عَلَى مَا كُذِّبُوا pertulerunt id quod vituperati sunt i. e. vituperationem suam. In quibus verba مَا عَنِتُّمْ et بِمَا رَحُبَتْ et عَلَى مَا كُذِّبُوا pro infinitivis عَنَتَكُمْ عَلَى تَكْذِيبِهِمْ بِرَحْبِهَا posita sunt; Sacy gr. 1. par. 1184.

Atque eodem fere modo verba طَالَ longum fuit, قَلَّ paucum fuit, كَثُرَ multum fuit, عَزَّ eximium fuit, شَدَّ vehemens fuit, بِئْسَ malum fuit, sibi subiungunt مَا cum sequenti verbo coniunctum; unde fit, ut ipsa tum adverbiorum vicem expleant. Sic enim ponuntur طَالَمَا أَيْقَظَكَ ٱلدَّهْرُ longum est quod excitavit te tempus i. e. longa fuit excitatio temporis erga te, sive: diu iam excitavit te tempus, قَلَّمَا سَلِمَ مِكْثَارٌ paucum est quod evadit garrulus i. e. pauca est evasio garruli, sive: raro evadit garrulus, لَشَدَّ مَا قَرَسَكَ ٱلْبَرْدُ certe vehemens est quod congelat te frigus i. e. certe vehementer te congelat frigus, بِئْسَ مَا حَبَانِي بِهِ عَبَّادٌ malum fuit id quod tribuit mihi Abbâd, agân. art. Ebn mofarrig.; Harîr. pag. 6. 15. 260. Sacy anth. pag. 90. 115. gr. 1. par. 1181. not.

1097. Relativum مَا *id quod* nominibus per appositionem subiunctum usurpatur pro pronomine *qualiscunque*, *qualecunque*, ut جُنْدٌ مَا هُنَالِكَ مَهْزُومٌ مِنَ ٱلْأَحْزَابِ agmen qualecunque ibi profligatum erit ex illis catervis, لِأَمْرٍ مَا فَعَلَ ذَلِكَ propter rem qualemcunque fecit illud, قَلِيلٌ مَا هُمْ paucum qualecunque sunt ii i. e. perpauci sunt, قَلِيلًا مَا يَشْكُرُونَ paucum qualecunque agunt gratias i. e. raro agunt gratias, Sacy gr. 1. par. 1179.

Ita مَا etiam verbis laudandi et vituperandi par. 608. 612. subiunctum, significansque *quodammodo*, praemittitur nominibus; ut إِنْ تُبْدُوا ٱلصَّدَقَاتِ فَنِعِمَّا هِيَ si palam confertis beneficia, tum praeclarum quid ea sunt, بِعْدَ مَا مُتَأَمَّلِي longinquum quid est id quod a me contemplatur, Sacy gr. 1. par. 1185.

Porro hoc modo مَا cum sequenti هُوَ interdum subiungitur praedicato per praepositionem إِلَى introducto, ut فَإِنَّ ٱلنُّطْقَ مِنْ بَيْنِ سَائِرِ ٱلصَّنَائِعِ ٱلْبَشَرِيَّةِ إِلَى ٱلرُّوحَانِيَّةِ مَا هُوَ nam locutio ex omnibus operationibus humanis ad spiritualia quodammodo est [vergens], ٱلشَّكْلُ إِلَى ٱلطُّولِ مَا هُوَ figura ad longitudinem quodammodo est [vergens]. In quibus هُوَ pro *esse* poni videtur, par. 1011. Sacy gr. 1. par. 1187.

Pronomen مَا nominibus eum in finem subiunctum, ut significationem eorum reddat generaliorem, ab Arabibus مَا خَاصَّةٌ i. e. مَا *speciale*, et مَا تَامَّةٌ i. e. مَا *integrum*, vocatur. Contra verum relativum مَا vocatur مَا عَامَّةٌ i. e. مَا *generale*, et مَا نَاقِصَةٌ i. e. مَا *defectivum*, quoniam indiget quodam complemento, ut in verbis مَا عِنْدَ ٱللّٰهِ quod apud Deum est, Sacy gr. 1. par. 1179. 1185.

1098. Relativa مَنْ et مَا subnectuntur pronomini أَيٌّ *qualis* relativo, ut eius significationem reddant generaliorem sive latius patentem; quam significationem generaliorem sermo latinus vocabulo *cunque* subnexo demonstrat. Ponuntur igitur أَيُّمَنْ qualiscunque, quisquis, أَيُّمَا *qualecunque*, quidquid; quorum vocabulorum compositorum pars prior in casus flectitur, par. 1114. Sacy gr. 1. par. 999.

Atque ita مَنْ et مَا ad nomen كُلّ *universitas* adiiciuntur, unde existunt كُلَّمَنْ universitas eorum qui i. e. quicunque, كُلَّمَا universitas eius quod i. e. quodcunque; par. 1094. 1116.

1099. Porro relativum مَا *quod* particulis multis eum in finem subiungitur, ut particulae significatio aut coniunctiva reddatur, aut generalior sive amplior. Unde fit, ut in his vocabulis compositis unum مَا coniungens, alterum amplificans, distinguere possimus.

1. *praepositionibus* مَا coniungens suffigitur, ut praepositio, quae nude singulum sibi adiungit complementum, iam totam enuntiationem, vel verbum, vel particulam, sibi adiungere possit complementum. Tum enim illud مَا suffixum vicem subit nominis illius singuli, quod alias praepositio sibi adiungit; Ewald gr. par. 485. Ita ponuntur:

لِ propter. لِلِّينِ propter lenitatem. لِمَا propterea quod. لِمَا هُوَ لَيِّنٌ propterea quod lenis erat.

كَ pro. كَأَسَدٍ pro leone. كَمَا pro eo quod. كَمَا ذَكَرَ ٱلْعَبْدُ pro eo quod dixit ille servus.

فِي in. فِي بَيْتٍ in domo. فِيمَا in eo quod. فِيمَا بَعْدُ in eo quod post i. e. tempore futuro.

بَيْنَ inter. بَيْنَ بَيْتَيْنِ inter duas domus. بَيْنَمَا inter id quod; dum. بَيْنَمَا هُمْ كَذٰلِكَ dum illi ita se habent.

بَعْدَ post. بَعْدَ ٱلرَّحِيلِ post discessum. بَعْدَ مَا posteaquam. بَعْدَ مَا فَعَلُوا ذٰلِكَ posteaquam fecerunt illud.

عِنْدَ apud. عِنْدَ ٱلْبَيْتِ apud domum. عِنْدَ مَا apud id quod; quum. عِنْدَ مَا هُوَ وَاصِلٌ quum ille adveniret.

حَسْبَ iuxta. حَسْبَ ٱلْمَوْعُودِ iuxta promissum. حَسْبَمَا iuxta id quod. حَسْبَ مَا وَعَدُوا iuxta id quod promiserunt.

Hoc مَا coniungens, si ipsi verbum adiicitur, idem fere est quod مَا مَصْدَرِيَّةٌ par. 1096.

2. *adverbiis* مَا amplificans suffigitur, ut adverbio significatio illa generalior tribuatur, quam sermo latinus vocabulo *cunque* adiecto demon-

strare solet, par. 1097. Ita ponuntur: أَيْنَ ubi, أَيْنَمَا ubicunque, كَيْفَ quomodo, كَيْفَمَا quomodocunque, حَيْثُ quo, حَيْثُمَا quocunque, كُلَّ omni, كُلَّمَا omnicunque, quotiescunque, اِذْ quum, اِذَامَا quotiescunque, مَتَى quando, مَتَى مَا quandocunque, Sacy gr. 1. par. 403. مَهْمَا quidquid, quotiescunque, Sacy gr. 1. par. 409. quod ex مَا bis posito constare videtur, ut latinum *quidquid*.

Nomini رُبَّ *multum*, quod in accusativo positum sibi subiungit nomen in genitivo positum, ut رُبَّ رَجُلٍ multum viri, qui est i. e. multi viri sunt, suffigitur مَا coniungens, ut praemitti possit verbo, ut رُبَمَا يَوَدُّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا multum eius est quod exoptant increduli i. e. saepe exoptant increduli, par. 1118. sûr. 15. v. 2. Sacy anth. pag. 89. 243.

Adverbia لَعَلَّ *fortasse*, لَيْتَ *utinam*, quae accusativum sibi subiungunt, ut لَعَلَّ ٱلرَّجُلَ fortasse ille vir, لَيْتَ ٱلرَّجُلَ utinam ille vir, interdum مَا encliticum sibi suffigunt, quod significationi illorum adverbiorum nihil novi addit, sed impedit quo minus illa nomen ipsis subiunctum in accusativum redigant. Tum enim ipsum مَا vicem illius accusativi subit. Igitur لَعَلَّمَا ٱلرَّجُلُ fortasse quod ille vir, sive fortasse ille vir, لَيْتَمَا ٱلرَّجُلُ utinam quod ille vir, sive utinam ille vir, ponuntur. Quam ob rem hoc مَا ab Arabibus مَا كَافَّةٌ i. e. مَا *impediens* vocatur. Rarius etiam adverbio لَيْتَمَا subiungitur accusativus, Sacy gr. 2. par. 127. Primitus لَعَلَّ et لَيْتَ verba fuisse videntur, Ewald gr. par. 491.

3. *coniunctionibus* إِنَّ certe, لَكِنَّ sed, كَأَنَّ velut si, quae accusativum sibi subiungunt, interdum مَا *impediens* suffigitur; quo facto, illae nominativum sibi subiungunt, quoniam مَا suffixum vicem subit accusativi subiuncti. Igitur ponuntur إِنَّ ٱلْعَبْدَ certe ille servus, إِنَّمَا ٱلْعَبْدُ certe ille servus, لَكِنَّ ٱلرَّجُلَ sed ille vir, لَكِنَّمَا ٱلرَّجُلُ sed ille vir, كَأَنَّ ٱلرَّجُلَ velut si ille vir, كَأَنَّمَا ٱلرَّجُلُ velut si ille vir, Sacy gr. 2. par. 127.

Coniunctionibus كَيْ *ut* et لِكَيْ *ut* raro suffigitur مَا encliticum, sed ita ut significationi eorum nihil novi addat. Ponuntur igitur كَيْمَا *ut* لِكَيْمَا *ut*.

Ex coniunctionibus إِنْ *si* et أَنْ *ut* cum مَا coniunctis fiunt coniunctiones إِمَّا *aut* et أَمَّا *autem*, de quibus infra dicetur.

1100. Relativum مَا interdum praemittitur praepositionibus nonnullis atque ita quidem, ut significationem earum non immutet, sed paulo fusius quasi demonstret.

Sic pro بَيْنَ *inter* etiam مَا بَيْنَ *id quod inter* vel *in eo quod inter* ponitur, ut قُتِلَ مَا بَيْنَ حَرَّانَ وَٱلرُّهَا interfectus est in eo quod inter Harrân et Erroha i. e. interfectus est inter Harrân et Erroha, Abulf. hist. anteisl. pag. 108.

Porro مَا بَيْنَ *id quod inter* adhibetur ad significandas partes varias, ex quibus res quaedam constat, quasque sermo latinus distinguere solet positis verbis: *partim, partim*, vel: *tum, tum*; ut فِيهَا مِنْ جَمِيعِ ٱلْأَشْيَاءِ مَا بَيْنَ رَاكِبٍ وَمَاشٍ وَطَائِرٍ in iis erant ex quibusvis rebus, partim equitantibus, partim peditibus, partimque volantibus, Kosegarten chrest. ar. pag. 2. Sacy gr. 1. par. 1102. Ewald gr. par. 590. Kâm. pag. 637.

Praepositionibus عَدَا praeter, خَلَا citra, حَاشَا extra, quae casum quemvis sibi adiungunt, interdum مَا praefigitur. Quod si fit, illa nonnisi accusativum sibi adiungunt, quoniam re vera sunt verba, quae significant: *excedit*, *omisit*, *removit*, atque per praemissum مَا *id quod* naturam verborum recuperant. Ponitur igitur مَا خَلَا زَيْدًا id quod excedit Seidum i. e. praeter Seidum, eodemque sensu مَا خَلَا زَيْدًا et حَاشَا زَيْدًا. Vide Sacy gr. 1. par. 1061. tom. 2. par. 716. Ewald gr. par. 473. 737.

1101. Pronomina مَنْ et مَا utrum nomina definita, an indefinita sint, disputatur, Sacy gr. 2. par. 620. 621. Neque hoc facile est exploratu, quia pronomina illa neque sibi subiungunt adiectiva epitheta par. 1049. neque ipsa nominibus subiunguntur epitheta par. 1073. Ponitur quidem ٱلرَّجُلُ ٱلَّذِى قَالَ ذٰلِكَ ille vir qui dixit illud; sed pro his poni ٱلرَّجُلُ مَنْ قَالَ ذٰلِكَ non licet. Nam مَنْ relativum significat: *is qui*, par. 1089. atque inde etiam hoc fit, ut non epitheta, sed praedicata sibi subiungat, par. 629. Nam مَنْ عَاقِلٌ *is qui prudens* idem quod مَنْ كَانَ عَاقِلًا *is qui est prudens* est.

1102. Ab interrogativo مَنْ *quis?* ducitur adiectivum gentilitium أَلْمَنِيُّ qualis? sive: cuius, cuia, cuium? welcher? lequel? quod ut nomen sanum declinationis primae flectitur. Si quis dixit: رَأَيْتُ زَيْدًا *vidi Seidum*, interrogatur: أَلْمَنِيَّ qualem? cuium? welchen? quoniam Seidi exstant plures. Si quis dixit رَأَيْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا *vidi Seidum et Omarum*, interrogatur أَلْمَنِيَّيْنِ cuios duos? welche beyde? Nam أَلْمَنِيُّ numerum, genus, casumque nominis praecedentis imitatur; Sacy anth. p. 374. De rebus quaerunt أَلْفُلَانِيُّ et أَلْهَنِيُّ par. 1119. 1120.

1103. Interrogativum مَا *quid?* etiam in coniunctionem negantem *non* abiit. De qua infra exponetur, lib. octav. cap. tert.

4. *Pronomen interrogativum* أَيٌّ *qualis?*

1104. Nomen أَيٌّ *qualis? quis?* quod in interrogatione recta ponitur, substantivi naturam refert, quasi significet: *qualitas?* Nam in statu constructo positum praemittitur nominibus, pronominibusque suffixis; ut أَيَّ ٱلْأَنْصَافِ تُعْطِينَا qualitatem dimidiorum dabis nobis? i. e. quale dimidium dabis nobis? أَيُّهُمْ أَتَاكَ qualis eorum adiit te? مِنْ أَيِّ ٱلنَّاسِ أَنْتَ ex quali hominum es? i. e. ex qualibus hominibus es? Waked. Mesop. pag. 6. Ita etiam forma huius vocabuli hebraea אֵי *quis?* ab nonnullis status constructus nominis אַי esse existimatur; Sacy gr. 2. par. 101.

A poetis pro أَيٌّ interdum أَيْ ponitur, ut أَيْهُمَا quis amborum? i. e. uter eorum? Kâm. pag. 1845.

1105. Si أَيٌّ *qualis?* nomini vel pronomini suffixo praemittitur, tum in singularis tantum casus flectitur, sequiturque flectionem nominis sani declinationis primae. Ponuntur igitur: nom. أَيُّهُمْ qualis eorum? gen. أَيِّهِمْ qualis eorum? أَيَّهُمْ qualem eorum?

Forma masculina أَيٌّ quum proprie: *qualitas?* significet, etiam femininis praemittitur, ut أَيُّ صُورَةٍ qualitas formae? i. e. qualis forma? أَيُّهُنَّ qualitas earum? i. e. qualis earum? Interdum vero forma feminina أَيَّةٌ qualis? quaenam? praemittitur feminis, flectiturque in eos singularis casus, quos femininum declinationis primae in ةٌ.... desinens par. 893. recipit; ut أَيَّتُهُنَّ قَالَتْ ذَلِكَ quaenam earum dixit illud?

Verba أَيُّ شَيْءٍ qualis res? أَيَّ شَيْءٍ qualem rem? لِأَيِّ شَيْءٍ propter qualem rem? interdum in أَيْشٌ vel أَيْشَ vel أَيْشٍ et لِأَيْشٍ contrahuntur. Ita positum est أَيْشَ تَعْنِي بِهٰذَا qualem rem significas hoc? Taraf. moall. ed. Vullers, text. ar. pag. 16. Etiam in interrogatione *non recta* أَيْشٌ ponitur, ut مَا يَدْرُونَ مِنْ أَيْشٍ عَيْشُهُمْ non sciebant ex quali re victus ipsorum; agân. cod. Hamm. art. ٱلْحَزِين. Qua contractione maxime utitur sermo vulgaris.

Pro أَيُّ شَيْءٍ *qualis res?* etiam أَيُّمَا quale cuius? quidnam? usurpatur, ut أَيُّمَا أَفْضَلُ ٱلْعَقْلُ أَمِ ٱلنَّقْلُ quidnam praestantius? utrum ratio, an traditio? Ewald. gr. par. 707.

1106. Sed et solitaria interdum interrogativa أَيٌّ et أَيَّةٌ ponuntur, i. e. ita ut nullus genitivus iis subiungatur, ipsa vero in eodem casu ponantur, in quo nomen praecedens positum est. Quod si fit, ipsa, ut مَنْ solitarium par. 1086. in dualis quoque, et pluralis casus, ita flectuntur:

sing.	أَيٌّ	أَيٍّ	أَيًّا	أَيَّةٌ	أَيَّةٍ	أَيَّةً
dual.	أَيَّانِ	أَيَّيْنِ	أَيَّيْنِ	أَيَّتَانِ	أَيَّتَيْنِ	أَيَّتَيْنِ
plur.	أَيُّونَ	أَيِّينَ	أَيِّينَ	أَيَّاتٌ	أَيَّاتٍ	أَيَّاتٍ

Quibus formis verba nonnulla, excepto genitivo, adiici licet, Sacy gr. 2. par. 625. Igitur si quis dixit: رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ vidi viros duos, interterrogatur: أَيَّيْنِ يَا صَاحِبِي quales duos, mi amice? Contra pronomini مَنْ solitario nulla adiici licet. Si أَيٌّ vel أَيَّةٌ solitarium ita ponitur, ut nihil prorsus adiiciatur, tum formae pausantes usurpantur. Igitur si quis dixit: ضَرَبْتُ عِبَادًا percussi servos, interrogari potest: أَيِّينْ quales? Ita مَنْ solitarium formis pausantibus utitur. Vide Sacy anthol. pag. 321.

1107. Interrogativum أَيُّ *qualis!* cui nomen indefinitum subiungitur, interdum *admirationem* significat.

Si nomen indefinitum praemittitur interrogativo admiranti, tum cum eo interrogativum, quasi adiectivum sit, in casu concordat, ut جِئْتَنِي بِرَجُلٍ أَيِّ رَجُلٍ venisti ad me cum viro, quali viro! Nam أَيٌّ nomen indefinitum esse censetur, propterea que cum alio nomine indefinito con-

cordare potest. Nomen illud praemissum supprimi licet; tum vero in quo casu nomen suppressum poni oportebat, in eodem interrogativum ponitur. Igitur pro اِنْتَكَوْا نِكَايَةً أَىَّ نِكَايَةٍ adflicti sunt adflictione, quali adflictione! substitui potest اِنْتَكَوْا أَىَّ نِكَايَةٍ adflicti sunt, quali adflictione!

Si nomen definitum praemittitur interrogativo admiranti, tum interrogativum sequitur in accusativo positum, quasi adverbium sit; ut جَآءَنِى زَيْدٌ أَىَّ رَجُلٍ venit ad me Seid, qualitate viri! i. e. qualis vir! Nam nomen أَىّ indefinitum cum definito concordare nequit; Sacy gr. 2. par. 633. 634. Harîr. pag. 464.

1108. Pronomina أَىّ et أَيَّة cum suffixo هَا coniuncta *vocationem* significant, nominibusque definitis hoc sensu praemittuntur, ut par. 919. 920. expositum est. Ponuntur igitur أَيُّهَا ٱلْقَاضِى o iudex! أَيَّتُهَا ٱلْقَيْنَةُ o cantrix! Interdum pronomini أَيُّهَا vocanti demonstrativum ذَا subiungitur, ut أَيُّهَا ذَا ٱلنَّابِحُ o hic latrans! par. 921. Hamâs. pag. 291. Suffixum هَا in أَيُّهَا esse demonstrativum quoddam, significans: *hic*, existimat Ewaldus, gr. par. 349. Pro أَيُّهَا rarius أَيُّهَذَا usurpatur; par. 916.

Fîrûsâbâdensis post أَيُّهَا interdum nomen vocatum in accusativo poni perhibet, ut أَيُّهَا ٱلرَّجُلَ o vir! pag. 1845.

1109. Pronomina أَيُّهَا et أَيَّتُهَا nomini definito, in accusativo quidem posito, praemissa significant huius nominis *notationem* nervosiorem. quam Arabes ٱخْتِصَاص vocant. Per nomen illud notatum مَخْصُوص plerumque adcuratius explicatur pronomen quoddam personae primae, quod antecedit. Ita ponuntur أَنَا أَفْعَلُ كَذَا أَيُّهَا ٱلرَّجُلُ ego agam sic, hic quidem vir i. e. quod me quidem adtinet, نَحْنُ نَفْعَلُ كَذَا أَيُّهَا ٱلْقَوْمُ nos agemus sic, hic quidem coetus i. e. quod nostrum coetum adtinet, ٱللَّهُمَّ ٱغْفِرْ لَنَا أَيَّتُهَا ٱلْعِصَابَةُ o Deus, ignosce nobis, huic quidem societati. Rarius per nomen notatum explicatur pronomen secundae personae antecedens, ut بِكَ أَيُّهَا ٱللَّهَ نَرْجُو ٱلْفَضْلَ per te, te quidem Deum, speramus benignitatem.

Interdum pronomen أَيُّهَا notans supprimitur, nomen notatum vero retinetur in accusativo positum, ut نَحْنُ ٱلْعَرَبَ أَقْرَى ٱلنَّاسِ لِلضَّيْفِ nos,

nos quidem Arabes, liberalissimi hominum erga hospitem sumus, بِكَ ٱللَّهَ نَرْجُو ٱلْفَضْلَ per te, te quidem Deum, speramus benignitatem.

Qui quidem accusativi esse videntur accusativi describentes, quales haud raro nomini subiiciuntur; pronomen أَيُّهَا iis praemissum vero Ewaldus par. 665. significare existimat: *qui hic*, *quod adtinet.* Alii accusativos illos vocantes esse censent; Sacy gr. 2. par. 631. 632. anthol. pag. 53.

1110. Pronomen interrogativum أَيٌّ etiam in interrogatione non recta ponitur, ut لِيَبْلُوَهُمْ أَيُّهُمْ أَحْسَنُ عَمَلًا ut experiatur eos, quisnam eorum sit praestantior in agendo; Sacy gr. 2. par. 101.

5. ***Pronomen relativum* أَيٌّ *quicunque, omnis qui.***

1111. Pronomen أَيٌّ in casus singularis flexum etiam pro *relativo* usurpatur, ad utrumque genus, numerosque quosvis, respiciens; passim vero, si femininum respicitur, etiam أَيَّةٌ ponitur. Quod relativum, si propositionem introducit, id quod: *quicunque*, significat; si in media propositione ponitur, verbis: *omnis qui*, *is qui*, respondet. Ita ponuntur أَيُّهُمْ أَفْضَلُ quicunque eorum praestantior est, أَيٌّ هُوَ أَفْضَلُ quicunque est praestantior, أَيُّهُمْ تَرَ يَأْتِكَ quemcunque eorum videbis, adibit te, أَقْتُلُ أَيًّا حَارَبَنِي interficiam omnem qui impugnat me, جِئْنِي بِأَيِّ عَصَوْا عَلَيَّ conveni me cum omnibus qui rebellarunt contra me, أَعْرِفْنِي بِأَيَّةٍ قَالَتْ هٰذَا significa mihi eam, quae dixit hoc; Sacy gr. 2. par. 626. anthol. text. ar. pag. 157.

1112. Relativo أَيٌّ pronomen rediens interdum subiungitur, quemadmodum ad ٱلَّذِي et مَنْ adiicitur, par. 1077. 1092. Ponuntur igitur أَيٌّ دَعَانِي إِلَيْهِ ad quemcunque vocavit me, أَيُّهُمْ تَرَهُ يَأْتِكَ quemcunque eorum videbis, adibit te, جِئْنِي بِأَيٍّ هُوَ أَفْضَلُ conveni me cum eo qui praestantior est. Sed frequenter pronomen rediens supprimitur; Sacy gr. 2. par. 628.

1113. Si أَيٌّ relativum ex antecedentibus pendet, tum in eo casu ponitur, quem antecedentia flagitant, ut أَقْتُلُ أَيًّا حَارَبَنِي interficiam omnem qui impugnat me; par. 1111.

Sed si أَيٌّ ex antecedentibus pendens in statu constructo ponitur, rediens vero supprimitur, enuntiatioque verbo carens sequitur, tum relativum أَيٌّ semper in nominativo ponitur, quia ipsum iam abit in subiectum enuntiationis illius sequentis. Sic ponuntur ثُمَّ لَنَنْزِعَنَّ مِنْ كُلِّ شِيعَةٍ أَيُّهُمْ أَشَدُّ عَلَى ٱلرَّحْمٰنِ عِتِيًّا deinde certe extrahemus ex quovis agmine omnem eorum qui fuit violentior erga clementem contumacia, et سَلِّمْ عَلَى أَيُّهُمْ أَفْضَلُ salutem dic ei eorum qui praestantior est. A nonnullis vero أَيٌّ in his quoque propositionibus in eum casum flectitur, quem antecedentia flagitant; Sacy anth. pag. 210.

Cum *redienti* adhibito ponitur عَلَى أَيِّهِمْ هُوَ أَفْضَلُ itemque cum أَيٌّ indefinito عَلَى أَيٍّ أَفْضَلُ gramm. Sacyan. 2. par. 629.

1114. Relativis أَيٌّ et أَيَّةٌ in statu constructo positis suffiguntur مَنْ et مَا relativa, ut pronomen *quicunque* nervosius significetur. Unde existunt relativa أَيَّتُمَا أَيُّمَا أَيُّمَنْ *quicunque, qualiscunque* quorum prima pars i. e. أَيٌّ in casus singularis flectitur. Ita positum est أَيَّمَا ٱلْأَجَلَيْنِ قَضَيْتُ فَلَا عُدْوَانَ عَلَيَّ quemcunque duorum illorum terminorum complevero, nulla culpa in me conferetur, Sûr. 28. v. 28. par. 1098.

Interdum أَيُّمَا et أَيَّتُمَا tanquam praedicata praemittuntur nominibus, tumque respondent verbis latinis: *qualiscunque est;* ut ٱلرَّجُلُ أَيُّمَا ٱلرَّجُلُ ille vir, qualiscunque vir est, وَٱلدَّهْرُ أَيَّتُمَا حَالٍ دَهَارِيرُ atque tempus, qualiscunque conditio est, est inconstans; Sacy anth. pag. 202.

Rarius relativo أَيٌّ indefinito subiungitur مَا *cunque*, ut أَيًّا مَا تَدْعُوا فَلَهُ ٱلْأَسْمَآءُ ٱلْحُسْنَى quodcunque adpellatis i. e. quocunque nomine adpellatis eum, ipsi sunt nomina pulcerrima; Sacy gr. 2. par. 253.

6. *Pronomina cetera.*

1115. Porro pronomina quaedam, adiectivaque pronominalia, quibus utimur, in sermone arabico certis substantivis significantur.

Adiectivum **alius** primo adiectivo masc. آخَرُ plur. آخَرُونَ et أُخَرُ ac fem. أُخْرَى plur. أُخْرَيَاتٌ et أُخَرُ significatur; deinde vero etiam substantivo غَيْرٌ *diversitas*, quod in statu constructo, eoque quidem casu, quem

antecedentia flagitant, positum praemittitur genitivo, vel pronomini suffixo, ut ثُمَّ جَآءَ غَيْرُهُ tum venit diversitas eius i. e. alius quam ille, ثُمَّ أَخَذَ غَيْرَهُ tum cepit alium quam illum, مَا مَرَرْتُ بِغَيْرِ زَيْدٍ non praeterii apud alium quam Seidum, رَأَيْتُ رَجُلًا غَيْرَكُمْ vidi virum alium quam vos, أَفَغَيْرَ دِينِ ٱللّٰهِ يَبْغُونَ num igitur aliam, quam religionem Dei, quaerunt? مَنْ يَبْتَغِ غَيْرَ ٱلْإِسْلَامِ دِينًا quicunque quaerit diversam ab islamismo religionem.

Inde fit, ut hoc vocabulo غَيْرٌ adiectivis et substantivis praemisso significentur adiectiva et substantiva negantia, ut indefinitum غَيْرُ عَاقِلٍ alius quam sapiens i. e. aliquis non sapiens, aliquis insipiens, بِغَيْرِ مَوَدَّةٍ cum non amicitia i. e. cum inimicitia; atque definitum غَيْرُ ٱلْعَاقِلِ et ٱلْغَيْرُ ٱلْعَاقِلِ par. 1051. art. 1.

Vocabulum غَيْرٌ in accusativo positum, genitivoque praemissum, significat praepositionem *praeter*, ut غَيْرَ زَيْدٍ praeter Seidum, par. 1125. art. 2.

Vocabulum غَيْرُ indeclinabile ad finem enuntiationis par. 1125. art. 3. positum significat adverbium *aliter*, ut عِنْدِي رَجُلٌ لَا غَيْرُ mecum est vir unus, non aliter i. e. non plures.

Simili modo adiectivum *alius* etiam substantivis بَيْدٌ *absentia* et سَوَآءٌ سُوًى سِوًى سَوَآءٌ *similitas* significatur, par. 1151.

1116. Adiectivum **omnis** substantivis كُلٌّ *universitas* et جَمِيعٌ *collectio* significatur, quae in statu constructo, eoque quidem casu, quem antecedentia flagitant, posita praemittuntur genitivo plurali definito, ut كُلُّ ٱلنَّاسِ قَالُوا universitas illorum hominum dixerunt i. e. omnes illi homines dixerunt, قَتَلُوا كُلَّهُمْ interfecerunt universitatem eorum i. e. omnes illos, أَسَرُوا جَمِيعَهُمْ constrinxerunt collectionem eorum i. e. omnes illos. Si haec substantiva genitivo singulari definito praemittuntur, tum adiectivo *totus* respondent, ut كُلُّ ٱلْمَدِينَةِ universitas urbis i. e. tota urbs.

Si كُلّ genitivo indefinito praemittitur, tum pronomini *quivis* respondet, ut كُلُّ رَجُلٍ universitas viri i. e. omnis vir, quivis vir, كُلُّ يَوْمٍ quivis dies, كُلُّ وَاحِدٍ universitas unius i. e. unusquisque, كُلُّ أُنَاسٍ universitas hominum i. e. quivis homo. Femininis interdum كُلَّةُ praemittitur, ut كُلُّ آمْرَأَةٍ et كُلَّةُ آمْرَأَةٍ quaevis femina, Kàm.

Porro nomini subnectuntur كُلّ et جَمِيع cum suffixo ad nomen illud respicienti coniuncta, atque cum nomine illo quod casum adtinet concordantia, ut قُتِلُوا آلْمُقَاتِلُونَ كُلُّهُمْ interfecti sunt illi militantes, universitas eorum i. e. illi militantes omnes, فَأَخْرَبَ آلْمَدِينَةَ جَمِيعَهَا tum vastavit illam urbem, collectionem eius i. e. illam urbem totam. Singulari indefinito haec substantiva non subnectuntur, nisi ei, qui rem certis terminis circumscriptam, ut annum, mensem, significat; ut أَقَامَ شَهْرًا كُلَّهُ commoratus est mensem unum, universitatem eius i. e. mensem plenum; Sacy gr. 2. par. 484.

Substantivum كُلّ etiam pronominibus مَنْ et مَا relativis praemittitur ad significandum pronomen *quicunque;* par. 1098.

1117. Adiectivum n o n n u l l i substantivo بَعْض *pars* significatur, quod in statu constructo positum praemittitur genitivo, ut أَسَرُوا بَعْضَ آلرِّجَالِ constrinxerunt partem illorum virorum i. e. nonnullos illorum virorum, ثُمَّ قَالَ بَعْضُهُمْ deinde dixerunt nonnulli eorum.

Atque etiam singularis *nonnullus*, *quidam*, substantivo بَعْض significatur, ut قَالَ بَعْضُ آلشُّعَرَاءِ dixit nonnullus poetarum i. e. quidam poeta, فِي بَعْضِ آلْأَيَّامِ in nonnullo dierum i. e. quodam die, فَلَمَّا كُنَّا فِي بَعْضِ آلطَّرِيقِ quum vero essemus in nonnullo viae i. e. in quadam parte viae, Agân. introduct.

Porro pronomen mutuum *alius - alium*, *alter - alterum* significatur vocabulo بَعْض bis posito; quod si fit, posteriori nullus genitivus subiungitur. Ponuntur igitur فَهُمْ بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ عَدُوٌّ atqui illi, i. e. quod illos adtinet, alius eorum alii inimicus erat, أَذَاقَ بَعْضَ بَنِي آدَمَ بَأْسَ

بَعْضٍ fecit gustare alios filiorum Adami fortitudinem aliorum, Arabsiad. vit. Timuri, introduct.

Rarius fit, ut haec substantiva articulo definita ponantur solitaria, ٱلْكُلُّ omnes, ٱلْجَمِيعُ cuncti, ٱلْغَيْرُ alii, ٱلْبَعْضُ nonnulli, ut قَتَلَ ٱلْجَمِيعَ interfecit cunctos, Abulf. hist. anteisl. pag. 96. Ewald gr. vol. 2. pag. 343.

1118. Adiectivum plures substantivo رُبٌّ *copia* significatur, quod in statu constructo atque casu accusativo positum praemittitur genitivo indefinito singulari. Atque saepe quidem hoc vocabulum ita usurpatum latine reddi potest adverbiis *interdum*, *aliquoties*. Sic ponuntur رُبَّ رَجُلٍ رَأَيْتُهُ جَاهِلًا copiam viri, quem vidi insipientem i. e. multum virum vidi insipientem, رُبَّ رَجُلٍ كَرِيمٍ لَقِيتُهُ copiam viri generosi, quem repperi i. e. multum virum generosum repperi, رُبَّ بُكَآءٍ وَتَصْلِيَةٍ شَرٌّ مِنْ مُكَآءٍ وَتَصْدِيَةٍ copiam fletus ac precationis, quae peior est quam sibilus ac complosio manuum i. e. interdum fit, ut fletus ac precatio minus laudabiles sint quam sibilus ac complosio manuum, El nawâbig pag. 62. رُبَّ مُذَاقِ ٱلْهَوَى خَالَنِى أَصْدُقُهُ multus simulator amoris credidit me favere ipsi; in quibus vocabulum مُذَاقِ in adnexione imperfecta par. 1051. art. 1. positum, ergoque non plene definitum est, unde fit, ut رُبَّ ei praemitti possit, Harîr. pag. 38.

Pro رُبَّ rarius رُبَ رُبُ رَبَّ رَبَ رُبْ رُبَّتْ رُبَتْ رُبْتَ رَبَّتَ ponuntur; Sacy gr. 1. par. 1103.

Interdum vocabulo رُبَّ subnectitur suffixum ه tanquam ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ par. 1015. Quod si fit, substantivum subiungitur indefinitum, in accusativo positum, quum singulare, tum plurale, ut رُبَّهُ رَجُلًا لَقِيتُ multum virum repperi, رُبَّهُ ٱمْرَأَةً رَأَيْتُ multam feminam vidi. Nonnulli suffixum illud ponunt cum substantivo subiuncto in genere et numero concordans, ut رُبَّهُمْ رِجَالًا لَقِيتُ multos viros repperi, Sacy gr. 1. par. 1105.

Porro vocabulum رُبَّ ut adverbium: *saepe*, *interdum*, praefigitur verbo; par. 1044. art. 2.

1119. Nomen فُلَانَةٌ فُلَانٌ *quidam*, *quaedam*, *ὁ δεῖνα*, significat hominem, vel rem, cuius nomen is qui loquitur aut ignorat, aut adponere

nolit; ut فَعَلَى ٱلْمُقَدِّمَةِ ٱلْوَلِيدُ بْنُ فُلَانٍ atque praeerat primo agmini El walîd ben fulân i. e. El walîd filius cuiusdam viri, cuius nomen ignoro. Masculinum فُلَانٌ plerumque primam declinationem sequitur, femininum فُلَانَةُ secundam, par. 905.

In vocativo a poetis interdum ponuntur sing. يا فُلُ يا فُلَةُ يا dual. يَا فُلَانِ يَا فُلَتَانِ pl. يَا فُلُونَ يَا فُلَاتُ Kâm. Ab فُلَانٌ ducitur ٱلْفُلَانِيُّ *ille quidam, certus*, quod etiam in interrogatione pro: *qualis?* ponitur, par. 1102. Sacy anth. pag. 402.

1120. Rarius nomine هَنٌ *res* par. 891. pronomen ipse significatur par. 1040. ut جَآءَنِي هَنُوكَ adiit me res tua i. e. adiisti me ipse, مَرَرْتُ بِهَنِيكَ praeterii apud te ipsum, رَأَيْتُ هَنَاكَ vidi te ipsum.

Porro يَا هَنُ et fem. يَا هَنَةُ et يَا هَنْتُ *o tu!* ut pronomina vocantia usurpantur. Quae in dualem et pluralem *o vos!* flectuntur: يَا هَنَانِ يَا هَنُونَ يَا هَنَاتَانِ يَا هَنْتَانِ يَا هَنَاتُ يَا هَنْتَاتُ et cum suffixo يَا هَنِى *o tu mi!* يَا هَنِيَّ *o vos mei!* Vide lexicon Freytagii. Ab هَنٌ ducitur ٱلْهَنِيُّ *qualis?* par. 1102. Sacy anth. pag. 402.

1121. Pronomen quot? vocabulo كَمْ significatur, quod ex كَمَا *sicut id quod* par. 1099. decurtatum esse videtur, sibique subiungit aut accusativum singularem indefinitum, ut كَمْ دِينَارًا عِنْدَكَ quot dinâri tecum sunt? aut praepositionem مِنْ cum singulari indefinito coniunctam, ut كَمْ مِنْ حَامِلٍ quot ex ferente i. e. quot ferentes? Ham. pag. 505.

Si كَمْ in exclamatione, vel in interrogatione haud recta, ponitur, tum genitivum indefinitum sibi subiungit, tum singularem, tum pluralem, ut كَمْ عَاقِلٍ عَاقِلٍ أَعْيَتْ مَذَاهِبُهُ o quot sunt prudentes, prudentes, quorum misera sunt fata! et لَا أَدْرِى كَمْ رِجَالٍ قَتَلْتَ nescio quot viros interfeceris, Sacy gr. 2. par. 135. 661. Si praepositio vocabulo كَمْ praemittitur, tum ab illa praepositione nomen subiunctum in genitivum redigitur, ut بِكَمْ دِينَارٍ pro quot dinâris?

Interdum كَمْ solitarium ponitur, significans: *quantum, quam saepe!* ut كَمْ أَخَذَ عَلَى هٰذِهِ ٱلْقَصِيدَةِ quantum accepit pro hoc carmine?

لَمْ نَدْرِ كَمِ ٱلْعُمْرُ بَاقٍ nescimus quantum vita duratura, Ham. pag. 20. كَمْ رَجُلٌ كَرِيمٌ قَدْ أَتَانِي quam saepe vir quidam generosus iam adiit me! Kâm.

1122. Porro pronomen quot? vocabulo كَأَيٍّ sicut quod? par. 1104. significatur, quod plerumque كَأَيِّنْ et rarius كَائِنْ et كَيِّنْ scribitur, eodemque modo quo كَمْ sibi subiungit nomen indefinitum. Ponuntur igitur كَأَيِّنْ رَجُلًا قُتِلُوا quot homines interfecti sunt? كَأَيِّنْ مِنْ قَرْيَةٍ عَتَتْ quot civitates desciverunt? sûr. 65. vers. 8. لَا أَدْرِى كَأَيِّنْ رَجُلٍ قَتَلْتَ nescio quot viros interfeceris.

Interdum كَأَيِّنْ vel كَائِنْ solitarium ponitur, significans: *quam saepe!* ut وَكَائِنْ قَدْ وَرَدْتُ بِهَا غَدِيرًا et quam saepe eas adduxisti ad lacum! Saçy chrest. tom. 3. pag. 45. text. ar.

1123. Vocabulum كَذَا *sicut id, ita, sic,* par. 1053. interdum significat: tot, id est numerum quendam certum, quem vero is, qui loquitur, adcurate significare aut nolit, aut non potest, tumque sibi subiungit aut accusativum, aut nominativum indefinitum, ut عِنْدِى كَذَا دِرْهَمًا et عِنْدِى كَذَا دِرْهَمٌ mecum sunt tot dirhemi i. e. certus quidam numerus dirhemorum, so und so viel Dirhem. Si praepositio vocabulo كَذَا praemittitur, tum nomen subiunctum ab illa praepositione in genitivum redigitur, ut بِكَذَا دِرْهَمٍ pro tot dirhemis.

Porro interdum vocabulo كَذَا *tot, talia,* numerum vel rem in incerto relictam significanti, praemittitur nomen in statu constructo positum, ut فِى شَهْرِ كَذَا مِنْ سَنَةِ كَذَا mense tali ex anno tali, in dem und dem Monat von dem und dem Jahre, وَقَدْ أَخَذْتُ بِلَادَ كَذَا وَكَذَا atque iam subieci terras tales, talesque, *et j'ai pris tel et tel pays;* Sacy gr. 1. par. 1046. tom. 2. par. 1124.

Liber octavus.

De particulis.

Caput primum.

De variis particularum generibus.

1124. Particulae, quae ab Arabibus حَرْفٌ plur. حُرُوفٌ vocantur, sunt vocabula indeclinabilia, quae quum ad nomina, tum ad verba, eum in finem adponuntur, ut personarum atque actionum, de quibus agitur, qualitas vel circumstantia adcuratius significetur momento quodam adiecto. Maxime autem actionum, vel praedicatorum, circumstantia momentis his adiectis plenius exponitur. Quattuor vero particularum illarum genera, si significationem earum, usumque, spectamus, apud Arabes quoque distingui posse videntur, adverbia, praepositiones, coniunctiones, interiectiones.

Adverbium arabicum est particula, quae momentum adiectum ipsa significat. Ita, si sententia أَلْقَصَّابُ يَأْتِي *lanio veniet* ponatur, praedicati *veniet* qualitas adcuratius significari potest adverbio addito: أَلْقَصَّابُ يَأْتِي غَدًا *lanio veniet cras*.

Praepositio est particula, quae nomini vel verbo subiungit nomen aliud, quo momentum adiectum significatur, ut أَلْقَصَّابُ يَأْتِي مَعَ أَخِيهِ *lanio veniet cum fratre suo*. Praepositio arabica nomen sibi subiunctum in casum genitivum redigit.

Coniunctio est particula, quae nomini vel verbo subiungit sententiam, qua momentum adiectum significatur, ut أَلْقَصَّابُ يَأْتِي لِيَأْخُذَ بَقَرَتَنَا *lanio veniet, ut capiat vaccam nostram*.

Interiectio exclamationem significat, quae affectum concitatiorem exprimat, ut وَا زَيْدَاهْ vae Seido!

Sunt vero particulae plures, quae utrum adverbia, an coniunctiones dici oporteat, ambigi potest.

1125. Particularum arabicarum ortus si spectatur, nonnullae dici possunt **primitivae**, ut adverbium لَا non, coniunctio إِنْ *si*, interiectio وَا *vae!* Ex quibus primitivis etiam eae sunt, quae *inseparabiles* nuncupantur, quoniam non ponuntur, nisi vocabulis aliis praefixa, ut adverbium لَ *certe*, praepositio بِ *in*, coniunctio فَ *itaque*.

Particulae permultae vero sunt **accitae**, sive ex nominibus vel verbis sumtae, ut adverbium جِدًّا *studio* i. e. valde, praepositio بَيْنَ *intervallo* i. e. inter, praepositio عَدَا *praeterit* i. e. praeter. Igitur particulae hae accitae re vera sunt nomina vel verba ad significationem particularum traducta. Quodvis enim nomen arabicum in accusativo positum quum personae, tum actionis, circumstantiam adcuratius exponere, sive particulae partes agere potest, quemadmodum nomina latina in ablativo, vel in accusativo, posita circumstantiam personae vel actionis significant. Ita enim ponuntur أَخَذَهُ قَهْرًا cepit illud vi, جُرِحَ كَثِيرًا sauciatus est multifariam.

Itaque ex nominibus arabicis varia haec particularum accitarum genera sumuntur:

1. nomen indefinitum in accusativo positum pro **adverbio** usurpatur. Igitur ab nominibus يَمِينٌ pars dextra, قَبْلٌ pars anterior, بَعْدٌ pars posterior, ducuntur adverbia يَمِينًا parte dextra sive dextrorsum, قَبْلًا parte anteriori sive antea, بَعْدًا parte posteriori sive postea; ut كُنْتُ قَبْلًا أَغَصُّ بِالْمَآءِ ٱلزُّلَالِ antea suffocabar aqua limpida, Sacy gr. 2. par. 260.

Quae nomina tempus quoddam significant, ea etiam articulo definita pro adverbiis ponuntur, ut ٱلْآنَ hoc tempore, nunc, ٱلْيَوْمَ hoc die, hodie; par. 1044. art. 1.

2. nomen in accusativo positum, genitivoque definienti par. 885. praemissum pro **praepositione** usurpatur, ut قَبْلَ وُصُولِهِ parte anteriori eius adventus i. e. ante eius adventum, بَعْدَ ٱلْقِتَالِ parte posteriori proelii i. e. post proelium.

Praepositio نَحْوَ *versus*, *secundum*, *instar*, Harîr. pag. 251. etiam in Dammam desinens نَحْوُ ponitur, Kâm. pag. 1520.

Praepositiones, si cum coniunctione أَنْ *ut*, *quod*, vel cum pronomine مَا *quod*, coniunguntur, in coniunctiones abeunt, ut قَبْلَ أَنْ antequam, قَبْلَ مَا antequam, بَعْدَ أَنْ postquam, بَعْدَ مَا postquam, par. 1099.

Praepositioni accitae sive ex nomine sumtae, ut قَبْلَ *ante*, بَعْدَ *post*, praepositio primitiva, ut مِنْ *ex*, praemitti potest, ut itidem praepositio significetur. Quod si fit, praepositio accita, ut verum nomen, a praepositione primitiva, quae praemittitur, in casum genitivum redigitur. Igitur pro قَبْلَ *ante*, بَعْدَ *post*, etiam مِنْ قَبْلِ *ante* et مِنْ بَعْدِ *post* poni possunt, ut مِنْ قَبْلِهِ ex anteriori parte eius i. e. ante eum.

3. nomen in Dammam desinens, articulo non definitum, ad finem sententiae ponitur tanquam **adverbium** indeclinabile, ut قَبْلُ antea, بَعْدُ postea, دُونُ praeterea, خَلْفُ pone, فَوْقُ supra, تَحْتُ infra, حَسْبُ satis, أَوَّلُ primo; Sacy gr. 2. par. 260. Ewald gr. par. 475. Sic positum est: سَافَرْتُ مَعَ ٱلْقَوْمِ وَدُونُ iter feci cum his hominibus, atque praeterea.

Interdum haec adverbia in Dammam desinentia etiam in media sententia ponuntur, ut وَكَانَ بَعْدُ يُكْثِرُ أَنْ يَتَذَكَّرَهُمْ بِٱلْكَرَاهِيَةِ atque postea saepius eorum recordatus est cum adversatione, Taber. annal. vol. 2. pag. 252. Adverbia حَيْثُ *ubi*, قَطُّ prorsus, عَوْضُ unquam, fere semper ponuntur in Dammam desinentia.

Adverbia in Dammam desinentia tum quoque, si praepositiones ipsis praemittuntur, indeclinabilia ponuntur, ut مِنْ بَعْدُ ex post, postea, مِنْ قَبْلُ antea. Nonnulli etiam مِنْ بَعْدٍ postea, مِنْ قَبْلٍ antea, usurpari posse existimant; Sacy 2. par. 260.

4. nomen in accusativo positum, quum indefinitum, tum statu constructo definitum, pro **interiectione** usurpatur, ut تَبًّا calamitatem! عَوْلَكَ eiulatum tuum i. e. vae tibi! بَلْهَ ٱلْأَكُفِّ omissionem manuum i. e. omitte manus! par. 925. Sacy gr. 2. par. 159—161. Ewald gr. par. 708.

Nonnulla nomina cum extrema consonanti quiescente pro interiectione ponuntur, ut هَقَطْ cito! par. 764.

1126. Sunt quaedam adverbia, quae ita nervose ponuntur, ut ipsa verbum, aut praeteritum, aut imperativum, repraesentare videantur, propterea que ab Arabibus أَسْمَآءُ ٱلْأَفْعَالِ *nomina verborum* nuncupentur. Ex quibus sunt شَتَّانَ diversum, سَرْعَانَ festinanter, هَيْهَاتَ procul. Ponuntur enim شَتَّانَ زَيْدٌ وَأَخُوهُ diversi sunt Seid atque eius frater, سَرْعَانَ زَيْدٌ festinabat Seid, هَيْهَاتَ procul est, et هَيْهَاتَ procul esto! Plerumque vero haec adverbia ponuntur exclamantia: *quam diversi sunt! quantum festinabat!* igiturque in interiectionum numerum referri possunt; Sacy gr. 1. par. 955. 956. 1190. tom. 2. par. 1126.

1127. Inter pronomina demonstrativa semitica ac particulas simpliciores, quae primitivae dici solent, eiusmodi cognationem intercedere, ut a pronominibus demonstrativis particulae illae ortae esse videantur, prae ceteris Hupfeldus in ephemerid. oriental. vol. 2. part. 1. 3. Gotting. 1838. pag. 124 — 163. copiose exposuit. Ex quo genere est cognatio ea, quae inter articulum أَلْ *hic*, pronomen أُولَآءِ *hi*, atque interiectiones هَلَّا *heus!* هَلُمَّ *huc!* intercedit, atque ea cognatio, qua pronomina هُمْ *illi*, هُنَّ *illae*, ac particulae הֵן ecce! إِنْ ecce! إِنَّ *utique* iunguntur.

Iam vero singulas particulas breviter ita recensebimus, ut non ortum, sed potissimum significationes atque usum earum spectemus.

Caput secundum.

De praepositionibus.

1128. Vocabulo antecedenti praepositio adnectit nomen, quo vocabuli illius antecedentis circumstantia adcuratius significetur, quae aut locus est, aut tempus, aut causa, aut finis, aut coniunctio, aut privatio. Praepositiones ipsae proprie *adverba localia*, vel varias loci rationes significantia, dici posse videntur. Ab Arabibus praepositiones, quum vocabulum sibi subnexum in casum genitivum redigant, nuncupantur حُرُوفُ ٱلْخَفْضِ et حُرُوفُ ٱلْجَرِّ *particulae genitivi*, et حُرُوفُ ٱلْإِضَافَةِ *particulae adnexionis*, par. 879. Sacy gr. 1. par. 900. 1033.

A. *Praepositiones primitivae.*

1. *Praepositio* ب *in inseparabilis.*

1129. Significat haec praepositio *commorationem* in nomine subiuncto variis modis cogitatam, quum physicam, tum idealem. Itaque latine sic reddi potest:

1. in loco; ut كَانَ بِٱلْأَهْوَازِ رَجُلٌ erat in El ahwâsa homo quidam, Agân. art. Mohammed ben hâsim. وَبِيَدِهِ عُودٌ atque in eius manu erat lyra, Agân. art. Abd alla ben el abbàs. قَرْيَةٌ بِمِصْرَ oppidum in Aegypto, Kàm. pag. 1270. cuius usus exempla in Kàmûsso reperiuntur innumera.

Propterea ب etiam terminum intervalli localis significat, ut قُرْبَ خَانِقِينَ بِمَرْحَلَةٍ prope Chànikînam in itinere uno i. e. quod abest ab Chânikîna unius diei iter, ٱلْآتِي بَعْدُ بِأَسْطُرٍ qui venturus est postea in aliquot lineis i. e. qui commemorabitur infra post aliquot lineas, Kàm. pag. 1416. 612.

2. in tempore; ut ٱجْتَنِبْ دَارَنَا بِٱلنَّهَارِ devita domum nostram in luce i. e. luce, interdiu, Agàn. art. Bekr ben ennattàch; نَجَّيْنَاهُمْ بِسَحَرٍ liberavimus eos in diluculo, Freytag lexic.

Propterea ب etiam terminum intervalli temporalis significat, ut بَعْدَ ذَٰلِكَ بِمُدَّةٍ post hoc in quodam spatio i. e. postea aliquanto, Agàn. art. Horaith ben annàb; قَبْلَ مَبْعَثِ ٱلنَّبِيِّ بِحِينٍ ante missionem prophetae in quodam tempore i. e. aliquanto ante missionem prophetae, Agàn. art. proelii ad Dsû kàr.

3. in qualitate alicuius; ut أَوَلَمْ يَرَوْا أَنَّ ٱللَّهَ بِقَادِرٍ num ergo non viderunt esse Deum in potente? i. e. in qualitate potentis, potentem? Sûr. 46. v. 32. Potissimum vero in sententiis negantibus ب ita ponitur, ut مَا ٱللَّهُ بِغَافِلٍ non est Deus in negligente i. e. non est Deus negligens, مَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ non sunt illi in credentibus i. e. non sunt illi credentes.

4. prope locum vel personam; ut مَرَرْتُ بِرَجُلٍ praeterii prope virum quendam, قَرْيَةٌ بِبَابِ ٱلْقَاهِرَةِ vicus prope portam El kàhirae, Kam.

pag. 1269. جَلَسَ بِهِ consedit prope eum, عَاذَ بِٱللّٰهِ confugit prope Deum, عَلِقَ بِهِ adhaesit ei; *erga*, ut لِلْخَيْرِ يُرِيدُهُ بِهَا propter bonum quod intendebat ipsi i. e. quia beneficium ipsi tribuere volebat, Agân. art. Schârija. أَحْسَنَ بِهِ benefecit ipsi, غَرَّكَ بِهِ seduxit te contra eum.

5. cum persona vel re; ut سَارَ بِأَهْلِهِ profectus est cum gente sua, أَنْشَدَ ٱلْأَبْيَاتَ بِلُجَامِهَا recitavit illos versiculos cum summa eorum i. e. totos; Harîr. pag. 229.

Ad hunc sensum hae quoque dictiones pertinere videntur: كَفَى بِٱللّٰهِ هَادِيًا satis est cum Deo quod ducem adtinet i. e. si Deus adest, satis adest ducis, vel: Deus est dux sufficiens; لَيْتَ لِي بِهِمْ قَوْمًا utinam esset mihi cum iis gens i. e. utinam illi mihi essent gens, Hamâs. pag. 8. مَنْ لِي بِذَا quisnam mihi cum hoc? i. e. quisnam mihi praestabit hoc? Harîr. pag. 165. فَإِذَا هُمْ بِعُكَّاشَةَ tum ecce illi cum Okkâscha i. e. tum illi inciderant in Okkâscham, Taber. annal. vol. 1. pag. 100. وَإِذَا أَنَا بِصَوْتٍ عَظِيمٍ atque ecce ego cum clamore magno i. e. tum incidi in clamorem magnum, Kosegart. chrest. pag. 13. فَإِذَا بِهِ tum ecce cum eo i. e. tum ecce eum, Taber. vol. 1. pag. 62. كَأَنِّي بِكَ quasi ego cum te i. e. quasi te conspiciam, Harîr. pag. 110.

Ita verbis multis praepositio بِ subnectit obiectum sive complementum, ut بَعَثَ بِٱلشَّيْءِ misit cum re i. e. misit rem, أَمَرَ بِٱلشَّيْءِ praecepit cum re i. e. praecepit rem, أَخَذَهُ بِٱلشَّيْءِ cepit eum cum re i. e. adegit eum ad rem, أَنْعَمَ بِٱلشَّيْءِ donavit cum re, i. e. donavit rem.

Unde fit, ut verba intransitiva motum significantia, si iis بِ cum obiecto subnectitur, in verba transitiva abeant, ut أَتَى venit, أَتَى بِهِ venit cum eo i. e. attulit eum, ذَهَبَ abiit, ذَهَبَ بِهِ abiit cum eo i. e. abduxit eum, زَلَّ lapsus est, زَلَّ بِهِ lapsus est cum eo i. e. labi fecit eum. Tum praepositionem بِ poni لِلتَّعْدِيَةِ *ad faciendum transitivum* Arabes dicunt.

Formae verbi admiranti أَفْعِلْ praepositio بِ subiungitur, par. 617. 620.

Praepositio ب *cum* praefigitur nonnullis particulis, ut لَا non, بِلَا cum non i. e. sine, بِلَا خَيْلٍ sine equitatu, أَنْ ut, بِأَنْ cum eo ut i. e. ea conditione ut, حَيْثُ ubi, بِحَيْثُ cum eo ubi i. e. ita ut, مَا quod, بِمَا cum eo quod i. e. quamvis, ضَاقَتْ عَلَيْهِمِ ٱلْأَرْضُ بِمَا رَحُبَتْ angusta facta est iis terra, quamvis ampla erat, بِمَا per id quod i. e. propterea quod, quia, ذَٰلِكُمْ بِمَا كُنْتُمْ تَفْرَحُونَ hoc quia laetabamini, Sûr. 40. v. 75.

6. cum instrumento, per instrumentum; ut ٱلْعَامِلُونَ بِأَيْدِيهِمْ illi laborantes cum manibus suis, Kâm. pag. 1508. سَأَغْسِلُ عَنِّى ٱلْعَارَ بِٱلسَّيْفِ abluam a me ignominiam cum gladio, يَحْصُلُ لَكَ بِذَلِكَ ٱلثَّرْوَةُ obtinget tibi per hoc opulentia, Kosegart. chrest. ar. pag. 22. بَشَّرَهُ بِشَىْءٍ hilaravit eum per rem i. e. nuntiavit ei rem [faustam], سَمَّاهُ بِزَيْدٍ significavit eum per Seidum i. e. adpellavit eum Seidum, عُرِفَ بِٱلْمَكِّي innotuit per El mekki i. e. vulgo adpellatur El Mekki, Mekkensis.

Ita ب etiam in iuramentis et obsecrationibus ponitur, ut أَقْسَمْتُ بِٱللّٰهِ iuro cum Deo, per Deum, أَحْلِفُ بِرَأْسِكَ iuro per caput tuum, أَسْأَلُكَ بِٱلرَّحِمِ obsecro te per cognationem! Hamâs. pag. 254.

7. pro re, pro pretio; ut أَخَذَ مِنَ ٱلْبَرَامِكَةِ بِقَصِيدَةٍ قَالَهَا وَاحِدَةً مِثْلَ مَا أَخَذْتَهُ accepit a Barmekidis pro carmine, quod pepigit, uno idem quod accepisti, Agàn. art. Abân ben abd el hamîd, لَا يُقْتَلَنَّ بِي إِلَّا قَاتِلِي ne interficiatur pro me nisi interfector meus, nempe: ad ulciscendum me, Henzi fragm. pag. 98. ٱشْتَرَى ٱلضَّلَالَةَ بِٱلْهُدَى comparavit errorem pro veritate, ٱشْتَرَاهَا بِأَلْفِ دِينَارٍ emit eam pro mille dinàris, فَدَيْتُهَا بِأَقَارِبِي redimo eam propinquis meis, Agàn. art. Abd alla ben el abbâs, بِأَبِي فُدِيتَ أَنْتَ وَأُمِّي patre meo redimeris tu, matreque mea i. e. perquam carus mihi es; pro quibus per breviloquentiam بِأَبِي أَنْتَ وَأُمِّي ponuntur.

Praepositioni ب interdum مَا encliticum suffigitur; par. 1094.

2. *Praepositio* ل *ad inseparabilis.*

1130. Significat haec praepositio *motum* ad nomen subiunctum tendentem, variis modis cogitatum, quum physicum, tum idealem. Articulo praemissa Elifam articuli pellit; par. 879. Pronominibus suffixis praemissa in لَ abit, par. 1027. Latine sic fere reddi potest:

1. ad personam, ad rem peragendam; ut قَصَدَ لَهُ perrexit ad eum, دَعَاهُ لِلصَّلَاةِ advocavit eum ad precationem, قَامَ لِمُعَاوَنَتِهِ surrexit ad eius auxilium, صَعِدتُ لِقَضَاءِ ٱلْحَاجَةِ adscendi ad perfectionem negotii, ad perficiendum negotium, Kosegart. chrest. ar. pag. 19.

2. per dativum; ut قَالَ لَهُ dixit ad eum i. e. ei, وَهَبَ لَهُ dedit ei, صَنَعَ لَهُ ثَوْبًا confecit ipsi vestem, أَمَرَ لَهُ بِدِينَارٍ iussit ipsi dînârum i. e. iussit ipsi dari dînârum.

Dativus per breviloquentiam pro verbis variis ponitur, ut:

a. هَلْ لَكَ فِيمَا هُوَ ٱلْيَقُ num tibi in id quod aptius est i. e. num propendes ad id quod aptius est? Harîr. pag. 100. هَلْ لَكَ فِي جَمِيلٍ num propendes in Dschemîlum? Kosegart. chrest. ar. pag. 148. هَلْ لَكَ فِي أَنْ تَذُمَّهُ num tibi in id, ut vituperes eum i. e. num propensus es ad vituperandum eum? Harîr. 31. هَلْ لَكَ إِلَى أَنْ تَزَكَّى num tibi ad hoc ut purus fias i. e. num propensus es in puritatem? Sûr. 79. v. 18.

b. لَكَ أَنْ تَفْعَلَهُ tibi est ut facias id i. e. te decet facere id, مَا كَانَ لَكَ أَنْ تَفْعَلَهُ non decet te facere id; Ewald gr. par. 658.

c. مَنْ لِي بِهٰذَا quisnam mihi cum hoc i. e. quisnam parabit mihi hoc? Sacy gr. tom. 1. par. 1052. tom. 2. par. 852. 853.

d. مَا لَكُمْ لَا تُقَاتِلُونَ quid vobis, non pugnatis i. e. cur non pugnatis? Sûr. 4. v. 77.

e. مَا لَكَ وَذَا ٱلْكَلَامَ quid tibi atque hic sermo i. e. quid est, quod hoc sermone uteris?

3. per dativum possessoris et auctoris; ut لَهُ مَالٌ كَثِيرٌ ipsi est pecunia magna, لِي عَلَيْكَ عِشْرُونَ دِينَارًا mihi sunt super te viginti

dìnàri i. e. credo tibi viginti dînàros, فِى قَلْبِكَ غِشٌّ لِأَحَدٍ in corde tuo est simultas alicui i. e. cum aliquo, Kosegart. chrest. pag. 38.

Atque لِ eos quoque possessores, qui alias per genitivum definientem, vel pronomen suffixum significari solent, significat:

a. si res possessa ponenda est indefinita, ut جَآءَ عَبْدٌ لَهُ venit aliquis servus ei i. e. qui ei erat, أُسِرَ لَكَ جَارٌ constrictus est tibi aliquis cliens i. e. aliquis ex tuis clientibus, رَأَيْتُ ٱبْنًا لِلْمَلِكِ vidi aliquem filium regi i. e. qui regi est, تَصْنِيفٌ لِلطَّبَرِىِّ opus quoddam Taberistànensi i. e. ab Taberistànensi confectum. Nam si cum genitivo definienti vel pronomine suffixo رَأَيْتُ ٱبْنَ ٱلْمَلِكِ et جَآءَ عَبْدُهُ ponuntur, tum res possessae fiunt definitae: *venit servus eius*, *vidi filium regis*; par. 885.

b. si rem possessam aut pronomine suffixo, aut articulo, aut statu constructo, definitam poni oportet, ut أَوْلَادُهُ ٱلذُّكُورُ لِصُلْبِهِ liberi eius masculi dorso ipsius i. e. qui ipsius dorso erant, ex ipsius dorso procreati, i. e. legitimi, أَخُوهُ لِأَبَوَيْهِ frater eius utrique parenti ipsius i. e. frater eius germanus, مُنْكِرُ ٱلْكَرَامَاتِ لِلْأَوْلِيَآءِ negans miraculorum sanctis i. e. qui negat miracula sanctorum, مَاتَ فِى سَنَةِ ثَمَانِينَ لِعُمْرِهِ mortuus est anno octoginta i. e. octogesimo ipsius vitae. Tum enim rei possessae, quum iam definita sit, genitivus definiens adiici nequit, par. 636.

c. si aut possessor, aut res possessa, nominibus duobus vel pluribus significatur, ut لِأَنَّهُمْ إِخْوَةٌ لِأَبٍ وَأُمٍّ quoniam ipsi fratres patri uni matrique uni i. e. fratres germani sunt, دِمَشْقُ قُطْبٌ وَمَدَارٌ لِمُدُنِهَا Damascus est polus et centrum civitatibus eius i. e. civitatum eius. Nam status constructus apud Arabes plerumque ad unum tantum nomen pertinet, Sacy gr. 1. par. 1051. tom. 2. par. 241. 266. Ewald gr. par. 599. 600.

4. per accusativum obiecti ex verbo, vel infinitivo, vel participio pendentis. Plerumque quidem hoc obiectum aut in accusativo, aut in genitivo, ponitur. Sed interdum causae accedunt, propter quas accusativo, vel genitivo, commode uti non possunt. Tum igitur obiectum praepositione لِ ipsi praefixa firmius ad vocabulum regens adligant. Quod quidem fit:

a. si obiectum *praemittitur* verbo vel participio regenti, ut إِنْ كُنْتُمْ لِلرُّؤْيَا تَعْبُرُونَ si somnium interpretamini, Sûr. 12. v. 43. كَانُوا لَنَا عَابِدِينَ erant nobis adorantes i. e. illi adorabant nos. Nam plerumque verbo et participio subiungitur obiectum, Sacy gr. par. 1049. art. 3. tom. 2. par. 216. 305. Interdum vero etiam tum, si obiectum praemittitur, utuntur accusativo obiecti, ut زَيْدًا ضَرَبَ عَمْرٌو Seidum feriit Amr; Sacy gr. 2. par. 790. 792.

b. si obiectum ab infinitivo regente *disiunctum* est aut genitivo interposito, aut pronomine ad nomen regens adiecto, ut مُطَالَبَةُ أَعْدَائِي لِي persecutio inimicorum meorum me i. e. quod persequuntur inimici mei me, Koseg. chrest. ar. pag. 106. قَطْعُهُمْ لِلطَّرِيقِ infestatio eorum viam i. e. quod infestarunt viam, Abulf. histor. anteisl. pag. 24. Sacy gr. 2. par. 285. Ewald gr. par. 652.

Sed usurpantur in huiusmodi enuntiationibus etiam obiecta in accusativo posita, ut كَانَ قَتْلُ ٱلْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ accidit interfectio Chalifae Dschaafarum hoc anno i. e. interfecit Chalîfa Dschaafarum hoc anno, قَتْلُهُمْ ٱلْأَنْبِيَاءَ interfectio eorum prophetas, Sûr. 3. v. 177. Ewald gr. par. 648.

c. si infinitivus vel participium regens *indefinite* significatur, ut سَمَّاعُونَ لِلْكَذِبِ nonnulli auscultantes mendacium, مِنْ غَيْرِ تَأَمُّلٍ خَطَايَاهُ sine ulla consideratione eius peccati. Atque etiam adiectiva intensiva ita obiectum sibi iungunt, ut مَنَّاعٌ لِلْخَيْرِ aliquis impediens bono i. e. bonum, أَرْحَمُ لِلنَّاسِ aliquis magis miserens hominibus i. e. hominum. Indefinita vero nomina regentia illa tum praesertim usurpantur, si in accusativo posita eum in finem adiiciuntur, ut quasi adverbiorum munere fungentia circumstantiam rei adcuratius significent, ut نَزَلَ عَلَى ٱلْمَدِينَةِ مُحَاصِرًا لَهَا consedit apud urbem obsidens eam, قَامَ تَعْظِيمًا لِرَسُولِ ٱللّٰهِ insurrexit veneratione legati Dei i. e. in venerationem legati Dei.

d. si infinitivus vel participium regens articulo praefixo munitur, ut ٱلْمُفَسِّرُونَ لِهٰذِهِ ٱلْأَبْيَاتِ illi interpretantes hos versiculos i. e. illi qui

interpretantur hos versiculos, par. 1047. اَلْوَضْعُ لِعَلِيٍّ illa deiectio alicuius excelsi, Weyers Ibn Khacan pag. 53. Ewald gr. par. 648—654.

5. per ablativum temporis, ut سَارَ لِوَقْتِهِ profectus est momento suo i. e. statim, لِلْوَقْتِ illo momento, لِذَلِكَ ٱلْيَوْمِ illo die, بُعِثَ رَسُولُ ٱللّٰهِ لِأَرْبَعِينَ سَنَةً missus est legatus Dei quadraginta annis i. e. quadragesimo anno, مَاتَ لِٱنْسِلَاخِ رَجَبٍ obiit fine Redschebi, قُبِضَ لِلَيْلَتَيْنِ بَقِيَتَا مِنْ رَجَبٍ exstinctus est noctibus duabus restantibus de Redschebo, Sacy gr. 2. par. 580.

6. ob, propter; ut لِذَلِكَ huic i. e. ob hanc rem, par. 1081. art. 3. عَجِبْتُ لِقَوْلِهِ stupui dicto eius i. e. ob dictum eius, اِكْتَرَبَ لِعِلْمِهِ ذَلِكَ moeruit ob scientiam suam hoc i. e. propterea quod noverat hoc, أَنْتِ حُرَّةٌ لِوَجْهِ ٱللّٰهِ tu iam manumissa es ob faciem Dei i. e. ut quondam ad faciem Dei admittar, Kosegart. chrest. ar. pag. 56. Sûr. 6. v. 52.

7. per in iuramentis; ut لِلّٰهِ per Deum! لَعَمْرُ ٱللّٰهِ per vitam Dei! Kâm. pag. 609.

8. de, ut قَالُوا لِإِخْوَانِهِمْ إِذَا كَانُوا غُزًّى dixerunt de fratribus suis, quum hi essent dimicantes; Sûr. 3. v. 162; 4. v. 54.

9. per vocativum implorantem et mirantem; par. 934. 935.

10. praepositio لِ futuro subiunctivo praemissa abit in coniunctionem ut; ut اِلْتَقَطَ تُفَّاحَةً لِيَأْكُلَهَا collegit pomum, ut comederet id, مَا كُنْتُ لِأَفْعَلَ ذَلِكَ non sum is, ut faciam hoc; sûr. 15. v. 33. Ewald gr. par. 626.

Coniunctio لِ ut futuro decurtato praemissa iussum significat, ut لِيَكْتُبْ ut scribat! i. e. scribat! Si coniunctio فَ *itaque*, vel وَ *atque*, coniunctioni لِ iubenti praemittitur, tum eius Kesram pellere licet, ut فَلْيَكْتُبْ بِٱلْعَدْلِ itaque scribat cum aequitate! Sacy gr. par. 1055. 1056.

Praepositionem لِ ab إِلَى *ad* vel radice وَلِيَ *adhaesit* ortam esse coniicit Ewaldus gr. par. 469.

3. *Praepositio* كَ *pro*, *ut*, *inseparabilis*.

1131. Significat haec praepositio *aequiparationem*, quam sermo latinus praepositione pro, plerumque vero coniunctionibus ut, sicut, *quasi*, *tanquam*, *instar*, demonstrare solet. Ita ponuntur: أَرَاهَا كَٱلْبُرُوقِ تَلُوحُ video eas pro fulguribus rutilantes i. e. sicut fulgura rutilantes, ذَاتُ دَلٍّ كَٱلْغَزَالَةِ إِنْ بَدَتْ وَجْهًا praedita fastu, sicut sol, quum comparet, facie, i. e. venusta, cuius facies quasi solem refert, Koseg. chrest. pag. 164. 166.

Apud poetas nomini cum كَ coniuncto interdum praepositio alia praemittitur, ut يَضْحَكْنَ عَنْ كَٱلْبَرَدِ ridet ab quasi grandinibus, i. e. ridet retegens dentes, qui grandines referunt albedine; Sacy gr. 1. par. 1045.

Porro apud poetas interdum كَ cum مَا enclitico par. 1094. coniunctum ponitur, ut لَهُ وَجْهٌ كَمَا وَجْهِ ٱلْهِلَالِ ei est facies sicut facies lunae novellae; noctes 1001. ed. Habicht, tom. 1. pag. 334. Sacy gr. 1. par. 1048.

1132. Raro fit, ut كَ praemittatur pronomini suffixo, ut كِى sicut ego, كَهَا sicut ea; vel pronomini separato, ut كَأَنْتَ sicut tu, كَهُوَ sicut is; vel pronomini composito, ut كَإِيَّاىَ sicut ego, كَإِيَّاكَ sicut tu.

Aequiparatio pronomen spectans plerumque praepositionibus accitis مِثْلَ *instar*, كَمِثْلِ *sicut instar*, *ad instar*, significatur, ut مِثْلِى instar mei, كَمِثْلِكَ ad instar tui; Sacy gr. 1. par. 1041. 1042.

1133. Praepositio كَ cum pronominibus nonnullis composita efficit adverbia et coniunctiones, ut كَذَا sicut hoc i. e. ita, par. 1123, كَذَاكَ et كَذَلِكَ sicut illud i. e. ita, كَمَا sicut id quod, pro eo quod, prout par. 1099. Cum coniunctione أَنَّ *quod*, *ut*, composita efficit coniunctionem كَأَنَّ sicut quod, sicut ut i. e. velut si.

Ewaldus praepositionem كَ cognatam adverbiis كَيْفَ *quomodo?* كَيْتَ *ita*, et coniunctioni كَىْ *ut*, esse censet, ortam vero ab antiquo quodam pronomine *ke* i. e. qui, Indis quoque, Latinisque, usitato; gr. par. 481.

4. *Praepositio* تَ *per inseparabilis.*

1134. Est particula adseverans, quae non ponitur, nisi in iuramentis; ut تَٱللّٰهِ per Deum! تَرَبِّي per dominum meum! تَحَيَاتِكَ per vitam tuam! Sacy gr. 1. par. 1039.

Ewaldus particulam تَ fortasse extremam syllabam vocabuli أَلْوَةٌ *iuramentum* esse dixit; gr. par. 498. Nam pro adseveratione أَيْمُنُ ٱللّٰهِ *iuramenta Dei!* per breviloquentiam etiam مُ ٱللّٰهِ ponitur.

5. *Praepositio* إِلَى *ad.*

1135. Significat *motum* ad nomen subiunctum tendentem, quum physicum, tum idealem. Redditur igitur ad; ut سَارَ إِلَى ٱلْمَلِكِ processit ad regem, مَالَ إِلَيْهِ inclinavit ad eum, ٱسْتَأْمَنَ إِلَى ٱلْقَائِدِ confugit ad ducem, إِلَى آخِرِهِ ad extremum eius i. e. et cetera.

Per breviloquentiam ponuntur: إِلَيْكَ ad te! i. e. converte te ad te, abi! إِلَيْكَ عَنِّي ad te ab me! i. e. abi, meque sine! Sacy gr. 1. par. 1194. هَلْ لَكَ إِلَى هٰذَا num tibi ad hoc? i. e. num tibi ad hoc propensio est? par. 1130. art. 2.

Si إِلَى affectum animi in aliquam personam transfert, tum dativum huius personae significat, ut بَغَّضَهُ إِلَيْهِ odiosum reddidit hoc ad eum i. e. ei, بَغِيضٌ إِلَيْهِ odiosus ad eum i. e. ei, حَبَّبَ إِلَيْنَا ذٰلِكَ carum reddidit ad nos [i. e. nobis] illud, أَحَبُّ إِلَيَّ carior ad me i. e. mihi.

1136. Interdum إِلَى accessionem rei ad aliam ita significat, ut cum reddi possit; ut لَا تَأْكُلُوا أَمْوَالَهُمْ إِلَى أَمْوَالِكُمْ nolite comedere bona eorum ad bona vestra i. e. cum bonis vestris, إِلَى غَيْرِ ذٰلِكَ ad alia quam haec i. e. cum aliis, cum ceteris, et cetera; Sacy gr. 1. par. 1058.

1137. Praepositio إِلَى *ad* cum coniunctione أَنْ *quod, ut,* coniuncta efficit coniunctionem *quoad;* ut إِلَى أَنْ أَقْبَلَ quoad accessit, Kosegarten chrest. pag. 110.

Ewaldus praepositione إِلَى imprimis motum physicum, praepositione لِ vero idealem significari suspicatur; gr. par. 582.

6. *Praepositio* حَتَّى *usque ad.*

1138. Antecedentibus haec praepositio subiungit *terminum* actionis vel rei. Modo autem praepositionis, modo coniunctionis, munus obit; quam ob rem Sacyus hoc vocabulum primitus adverbium fuisse censet, gr. 1. par. 1060. Igitur sic usurpatur:

1. genitivo praemissa significat usque ad, ut صَلَّى حَتَّى غُيُوبِ ٱلشَّمْسِ precatus est usque ad occasum solis. Pronomina suffixa ipsi non adnectuntur; itaque pro حَتَّاكَ poni oportet حَتَّى إِلَيْكَ usque ad te.

2. cuivis casui praemissa significat quin etiam, ut يُعَظِّمُهُ حَتَّى كُفَّارُ ٱلتَّتَرِ venerantur illum, quin etiam pagani Tatarorum; Ebn batuta ed. Kosegarten p. 16. أَكَلْتُ ٱلسَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسَهَا comedi piscem, quin etiam caput eius; ٱسْتَوْحَشَ مِنْ غَيْرِ ٱللّٰهِ حَتَّى مِنْ نَفْسِهِ abhorruit ab iis, quae praeter Deum sunt, quin etiam a se ipso. Tum post حَتَّى is casus ponitur, quem antecedentia flagitant.

3. praeterito, vel futuro indicativo, praemissa significat coniunctionem quoad solum tempus spectantem; ut سَارُوا حَتَّى طَلَعَتِ ٱلشَّمْسُ iter fecerunt quoad ortus est sol, زُلْزِلُوا حَتَّى يَقُولُ ٱلرَّسُولُ commoti sunt quoad dicebat legatus. Sacyus hoc futurum, quo quidem in huiusmodi enuntiationibus raro utuntur, ex praeterito praecedente significationem praeteriti trahere censet, gr. 1. par. 1059. tom. 2. par. 55.

4. futuro subiunctivo praemissa significat coniunctionem quoad spectantem aliquid futurum, vel propositum ad finem perductum; ut ٱمْشِ حَتَّى تُدْرِكَهُمْ procede quoad eos adsequeris, سَارَ حَتَّى يَأْتِيَ مَهْرَةَ iter fecit quoad ad Mehram accederet, Taber. annal. 1. pag. 206. مَنَعَ دُخُولَ ٱمْرَأَةٍ إِلَى دَارِ ٱلْخِلَافَةِ حَتَّى يَعْرِفَ مَنْ هِيَ prohibuit introitum feminae in domum chalifatus quoad cognosceret quaenam ea esset, Abulf. 2. pag. 368. لَا تَخْرُجُ ٱلنَّفْسُ مِنَ ٱلْأَمَلِ حَتَّى تَدْخُلَ ٱلْأَجَلَ non exibit anima ex spe quoad introiverit in mortem. Atque in eiusmodi enuntiationibus negantibus pro *quoad* etiam particulas *priusquam* et *nisi quum* substi-

tuere possumus; Sacy anthol. pag. 168. gr. 1. par. 1059. tom. 2. par. 55. Ewald gr. par. 581. 627.

5. futuro subiunctivo praemissa interdum solum propositum significat, tumque igitur reddi potest u t, e u m i n f i n e m u t; ut جِئْتُ حَتَّى أَزُورَكَ accessi eum in finem ut te visitarem, أَسْلِمْ حَتَّى تَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ islamismum amplectere, ut introeas in paradisum; Sacy anthol. pag. 168.

7. *Praepositio* عَلَى *s u p e r.*

1139. Re vera nomen esse videtur, significans *superum*, *superam partem*. In praepositionem vero abiit, tum praesentiam in supero, tum motum in superum, demonstrantem. Igitur latine sic reddi potest:

1. s u p e r loco versans; ut جَلَسَ عَلَى مَرْتَبَةٍ consedit super pulvinari, فَمَرَّ بِحَمَامَةٍ تَدْعُو عَلَى أَيْكَةٍ tum praeteriit columbam vociferantem super quercu, Agân. art. Medschnûn, ٱتَّكَأَ عَلَى شَيْءٍ nixus est super re, ٱتَّكَلَ عَلَيْهِ confisus est super eo, بِنَآءً عَلَى أَنَّ ذٰلِكَ لَا يُوجَدُ فِي ٱلشَّامِ aedificando super eo quod hoc non reperiretur in Syria i. e. quoniam credebat hoc non reperiri in Syria, Sacy gr. 1. par. 1063. عَلَى ٱلرَّأْسِ وَٱلْعَيْنِ super capite atque oculo i. e. reverenter iussa tua accipio, عَلَى رُؤُسِ ٱلْأَشْهَادِ super capitibus conciliorum i. e. in hominum conventibus, غَدَتْ مِنْ عَلَيْهِ mane descendit ex supera parte eius, أُغْمِيَ عَلَيْهِ obscuratum est super eo i. e. caligo oculis eius offundebatur, animo lictus est, عَلَيْهِ قَمِيصٌ super eo erat tunica i. e. indutus erat tunica.

Praepositio عَلَى s u p e r praemissa alicui personae etiam officium vel debitum illi personae impositum significat; ut عَلَيْكَ أَنْ تَفْعَلَ هٰذَا super te est, ut facias hoc i. e. officium tuum est, ut facias hoc, ٱلتَّوْبَةُ عَلَى ٱللّٰهِ لِلَّذِينَ يَعْمَلُونَ ٱلسُّوءَ بِجَهَالَةٍ condonatio est super Deo [i. e. est tribuenda a Deo] iis, qui perpetrant malum per ignorantiam, لِلّٰهِ عَلَى ٱلنَّاسِ حَجُّ ٱلْبَيْتِ Deo est super hominibus [i. e. Deo praestanda est ab hominibus] visitatio templi, عَلَيَّ دَيْنٌ super me est debitum i. e. debeo pecuniam, لِي عَلَيْكَ مِائَةُ دِرْهَمٍ mihi sunt super te [i. e. mihi debentur a te] centum dirhemi, par. 1130. art. 3. فَإِنْ ظَفِرَ بِي فَلَا عَلَيَّ مَا يَصِلُ إِلَيْكُمَا quodsi ille superat me, tum non

super me est [i. e. non a me curandum est] id quod superveniet vobis; Vita Timuri, ed. Manger, tom. 1. pag. 154.

Atque imperative ponitur عَلَيْكَ زَيْدًا super te Seidum! i. e. te oportet capere Seidum! cape Seidum! Sacy gr. 1. par. 1065. Porro imperative ponitur عَلَيْكَ بِزَيْدٍ super te cum Seido! i. e. a te capiatur Seidus! par. 1129. art. 5. عَلَيْكُمْ بِٱلْيَمَامَةِ super vobis cum El jemâma! i. e. petatur a vobis El jemâma! Taber. annal. vol. 1. pag. 132. عَلَيَّ بِهِ super me cum illo! i. e. adducatur ad me ille! ibid. pag. 136.

2. super numerum, pretium, gradum, excedens; ut أَسْمَاؤُهُ تَنِيفُ عَلَى أَلْفٍ nomina eius excedunt super mille, Kâm. p. 1180. يَسْتَحِبُّونَ ٱلْحَيٰوةَ ٱلدُّنْيَا عَلَى ٱلْآخِرَةِ diligunt vitam proximam super [i. e. plus quam] extremam, sûr. 14. v. 3. عَلَيْهِمَا super utrumque est i. e. praeferendum est utrique, لَا يَتَوَلَّى هٰذَا ٱلْأَمْرَ عَلَيْكَ أَحَدٌ non administrabit hanc rem super te [i. e. praeter te] ullus, Taber. annal. vol. 1. pag. 38. قَدَرَ عَلَيْهِ potens fuit super eum i. e. superavit eum.

3. super statu quodam i. e. in statu quodam versans; ut هُوَ عَلَى دِينِ ٱلنَّصَارَى ille est super [i. e. in] religione christianorum, فَهُوَ عَلَى حَالِهِ ille vero erat in statu suo i. e. erat idem qui fuerat, Agân. art. Ebn mofarrig. عَلَى رِسْلِكَ super lenitate tua i. e. leniter hoc fer! Taber. annal. vol. 1. pag. 4. ٱمْضِ إِذًا عَلَى ٱلطَّائِرِ ٱلْمَيْمُونِ abi itaque avibus bonis! Agân. art. Ebn mofarrig. صَبَرَ عَلَى ٱلشَّيْءِ patiens fuit in illa re.

Inde fit, ut interdum عَلَى significet: *super quodam intervallo, in certa distantia versans;* ut بَطْنُ مَرٍّ مَوْضِعٌ عَلَى مَرْحَلَةٍ مِنْ مَكَّةَ Batn marr est locus in itinere uno ab Mekka i. e. qui unius diei iter ab Mekka abest, حَمْرَآءُ ٱلْأَسَدِ مَوْضِعٌ عَلَى ثَمَانِيَةِ أَمْيَالٍ مِنَ ٱلْمَدِينَةِ Hamrâ el assad est locus in octo milliaribus ab El medîna i. e. qui octo milliaria ab El medîna abest, Kâm. pag. 655. 504. 1148. وَشَيَّعَهُ عُبَيْدُ ٱللّٰهِ إِلَى قَرْيَةٍ عَلَى أَرْبَعَةِ فَرَاسِخَ atque comitatus est eum Obeid alla ad oppidum quoddam in quattuor parasangis i. e. quod aberat quattuor parasangas, Agân. art. Ebn mofarrig. Atque ita عَلَى etiam *super tempore quodam* i. e. *certo tempore versans,*

significat, ut عَلَى عَهْدِهِ super aevo eius i. e. illius tempore, عَلَى حِينِ ٱلْغَفْلَةِ tempore socordiae; par. 1129. art. 1. 2.

Atque porro inde fit, ut عَلَى *super, in*, ponatur pro: *non obstante, quamquam*; ut قَتَلَ أَسَدًا عَلَى صِغَرِ سِنِّهِ occidit leonem in pueritia aetatis suae i. e. quamquam puer erat, Kosegarten chrest. ar. pag. 63. Itaque etiam عَلَى أَنَّ *in eo quod* pro *quamquam* ponitur, ut عَلَى أَنَّهُ عَرَبِيٌّ quamquam illud arabicum est, Kàm. pag. 1326. أَبَشَّرْتُمُونِي عَلَى أَنْ مَسَّنِيَ ٱلْكِبَرُ num exhilaratis me, quamquam tetigit me senectus? sûr. 15. v. 54. Harîr. pag. 363.

4. **super** conditione quadam, vel positione, vel adseveratione; ut صَالَحَهُمْ عَلَى أَلْفِ دِرْهَمٍ pacem iis concessit super mille dirhemis i. e. ea conditione, ut mille dirhemos penderent, زَوَّجُوكَ عَلَى مَهْرٍ يَسِيرٍ uxorem iunxerunt tibi super pretio exiguo i. e. ea conditione ut pretium exiguum solveres, Harîr. pag. 311. Unde fit ut عَلَى أَنْ *super eo quod* interdum significet: *ea conditione ut, dummodo, hac adseveratione usus*; ut سَأَلَهُ حَاجَةً فَأَبَى أَنْ يَقْضِيَهَا إِلَّا عَلَى أَنْ يَمْدَحَهُ petiit ab eo rem; sed ille concedere eam noluit, nisi ea conditione, ut ipsum celebraret, Agân. art. Abu nowâs et Dschinân; وَأَتَى بَابَ ٱلْمَلِكِ عَلَى أَنَّهُ أُخْتُهُ atque accessit ad portam regis, adserens se esse sororem suam i. e. sororis personam agens; Abulf. hist. anteisl. pag. 162.

5. **super** pretio i. e. pro pretio, propter; ut كَمْ أَخَذَ أَشْجَعُ عَلَى هٰذِهِ ٱلْقَصِيدَةِ quantum accepit Aschdscha pro hoc carmine? Agân. art. Aschdscha; Sacy gr. 2. par. 768. سَأَلَهُ عَلَيْهِ مَالًا petiit ab eo pro hoc pecuniam, ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ عَلَى سَلَامَتِكَ laus sit Deo pro incolumitate tua, عَلَى حُبِّ ٱللّٰهِ propter amorem Dei, Sacy gr. 1. par. 1064. أَخَذَهُ عَلَيْهَا مَا لَا يَمْلِكُهُ occupavit eum propter illam id quod reprimere non poterat, Koseg. chrest. pag. 28. وَلِتُكَبِّرُوا ٱللّٰهَ عَلَى مَا هَدَاكُمْ atque celebrate Deum propterea quod direxit vos!

6. **super** regula i. e. secundum regulam; ut عَمِلُوا عَلَى قَوْلِ أَبِيهِمْ egerunt secundum dictum patris, Kalil. pag. 79. عَلَى مَا حَكَاهُ زَيْدٌ secun-

dum id quod narravit Seid, عَلَى وَجْهِ ٱلْمِزَاحِ secundum modum ioci, مَضَى عَلَى وَجْهِهِ processit secundum faciem suam i. e. quo facies eum ferebat.

7. **super** instrumento i. e. per instrumentum, ut أَرْسَلَهُ عَلَى يَدَيْ زَيْدٍ misit eum per manus Seidi, وَآتِنَا مَا وَعَدْتَنَا عَلَى رُسُلِكَ atque adfer nobis id quod promisisti nobis per legatos tuos, sûr. 3. v. 192.

8. **super** rem i. e. ad rem, prope rem; ut فَأَتَى عَلَى مَكَانٍ tum pervenit ad locum quendam, Kalîl. pag. 79. دَخَلَ عَلَى ٱلْقَاضِي introivit ad iudicem, supervenit iudici, فَجَلَسْنَا جَمِيعًا عَلَى مَائِدَةٍ وَاحِدَةٍ tum consedimus omnes ad mensam unam, Koseg. chrest. pag. 134. إِذَا ٱكْتَالُوا عَلَى ٱلنَّاسِ quando mensurant apud homines, Harîr. pag. 354.

9. **erga** aliquem; quae quidem significatio latine plerumque per dativum nominis sequentis demonstrari potest. Ita ponuntur أَشْفَقَ عَلَيْهِ benignus fuit erga eum, favit ei, أَشَارَ عَلَيْهِ suasit ei, قَرَأَ عَلَيْهِ praelegit ipsi, جَلَتْ عَلَيْهِ وَجْهَهَا retexit ei faciem suam, خَافَ عَلَيْهِ timuit ei, خَفِيَ عَلَيْهِ obscurum fuit ei, latuit eum, هَانَ عَلَيْهِ facile fuit ei, أَقَامَ عَلَيْهِمْ substitit iis, exspectavit eos, Taber. annal. vol. 1. pag. 142.

10. **adversus** personam vel rem; خَرَجَ عَلَيْهِ prodiit adversus eum, عَدَا عَلَيْهِ excurrit adversus eum, أَعَانَهُ عَلَى زَيْدٍ adiuvit eum contra Seidum.

8. *Praepositio* فِي *in.*

1140. Significat commorationem in nomine subiuncto. Itaque latine sic reddi potest:

1. in loco, tempore, statu; ut كَانَ فِي ٱلْبَيْتِ erat in domo, أَقْبَلَ فِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ accessit hoc anno, كَانَ فِي شِدَّةٍ erat in angustia, حَكَّ فِي خَاطِرِهِ punxit in animo eius i. e. sollicitum habuit eum, وَقَعَ حُبُّكَ فِي قَلْبِي cecidit amor tui in cor meum, دَخَلَ فِي حَرَامٍ introivit in vetitum i. e. commisit crimen. Verba لَيْسَ فِي شَيْءٍ non est in ulla re, significant: nullam vim habet; Sacy gr. 1. par. 1076.

Ita in enuntiationibus arithmeticis summae inter se multiplicatae praepositione فِي *in* iunguntur; ut ثَلَاثَةٌ فِي خَمْسَةٍ tres in quinque i. e. tres multiplicatae quinquies, sive: tres multiplicatae cum quinque, طُولُهُ خَمْسُونَ ذِرَاعًا فِي ٱثْنَيْ عَشَرَ ذِرَاعًا عَرْضًا longitudo eius efficiebat quinquaginta cubita, multiplicanda cum duodecim cubitis latitudinis.

2. in numero, cum agmine; ut أَقْبَلَ فِي جَمَاعَةٍ accessit ille in agmine i. e. cum agmine, كَانَ ٱلْمُثَنَّى فِي ثَمَانِيَةِ آلَافٍ erat El mothanna cum octo millibus i. e. octo millia secum habebat.

3. erga aliquid, in aliquid, de aliqua re; ut رَغِبَ فِيهِ propensus fuit in eum, قِيلَ فِي ذَلِكَ dictum est in hoc i. e. de hac re, تَفَكَّرَ فِي ذَلِكَ cogitavit de hac re, لَامَهُ فِي ذَلِكَ reprehendit eum de hac re, ٱخْتُلِفَ فِي قَاتِلِهِ diverse sentitur de occisore eius, أَمَرَ بِذَلِكَ فِيهِ iussit hoc erga illum i. e. iussit hoc fieri illi, Agân. art. Abu katîfa; مَا ٱلْحَيَوٰةُ ٱلدُّنْيَا فِي ٱلْآخِرَةِ إِلَّا مَتَاعٌ non est haec vita proxima erga extremam [i. e. si cum extrema comparatur] nisi ususfructus.

Ita فِي *de* praemitti solet secundae parti titulorum librorum, ut كِتَابُ ٱلنُّجُومِ ٱلظَّاهِرَةِ فِي أَخْبَارِ مِصْرَ وَٱلْقَاهِرَةِ liber stellarum lucentium de historiis Aegypti atque El kâhirae i. e. quae spectant historiam Aegypti atque El kâhirae.

Pro هَلْ لَكَ رَغْبَةٌ فِيهِ num tibi propensio in eum? per breviloquentiam هَلْ لَكَ فِيهِ *num tibi in eum?* ponitur, par. 1130. art. 2. Atque ita etiam respondetur: لِي فِيهِ mihi est in eum [propensio]. Sacy gr. 2. par. 852.

4. propter rem vel personam; ut فِيمَ propter quid? quam ob rem? فِيكَ propter te, فِيَّ propter me; Freytag lex.

Ewaldus praepositione فِي inprimis commorationem physicam, praepositione بِ vero idealem significari suspicatur; gr. par. 583.

9. *Praepositio* مَعَ *cum.*

1141. Antecedentibus haec praepositio subnectit personam vel rem comitantem. Itaque sic reddi potest:

1. una cum persona vel re; ut سَارَ مَعَهُ iter fecit una cum eo, تَكُونُ مَعَ مُدَّةِ حَيَاتِي quae durent una cum tempore [i. e. per tempus] vitae meae, Ajjuhal walad pag. 2. مَعِي عِشْرُونَ دِينَارًا mecum sunt viginti dinàri, مَا مَعَكَ quid tecum? quid adfers? مَعَ ٱلْعَشِيَّةِ cum vespera, sub vesperam.

2. erga aliquem; ut لَوْ عَمِلَ مَعَكَ بِهَا عَبْدُكَ si perageret erga te illa servus tuus; Ajjuhal walad pag. 36.

3. *cum* re i. e. non obstante, quamvis; ut كَانَ تِيمُورُ مَعَ قِلَّةِ عَدَدِهِ يَذْكُرُ لَهُمْ أَنَّهُ طَالِبُ ٱلْمُلْكِ Tìmûr cum exiguitate apparatus sui [quamvis exiguo apparatu instructus erat] exponebat iis, se appetere regnum; مَعَ ذَلِكَ et مَعَ هَذَا cum hoc i. e. quanquam hoc ita est; مَعَ أَنَّ ٱبْنَهُ صَغِيرٌ cum eo quod [i. e. quanquam] filius eius erat puer.

4. quum, quoniam; ut مَعَ عِلْمِ ٱلْمُعِزِّ cum scientia El moïssi i. e. quoniam sciebat El moïss, Koseg. chrest. pag. 118. مَعَ أَنَّ cum eo quod, quum.

Pro مَعَ etiam مَعْ ponitur, et maxime quidem apud poetas. Praepositionem مَعَ re vera esse nomen in accusativo positum par. 1125. art. 2. ideo existimat Sacyus, quia accusativus indefinitus مَعًا *simul* tanquam adverbium par. 1125. art. 1. usurpatur; Sacy gr. 1. par. 1093. Nonnulli etiam compositionem مِنْ مَعَهُ *ab cum eo* i. e. *ab eo* adprobandam esse censent; Sacy gr. 2. par. 263.

10. *Praepositiones* لَدُنْ *et* لَدَى *penes, prope.*

1142. Significant commorationem prope nomen subiunctum. Sic igitur reddi possunt:

1. penes aliquem; ut لَدُنْكَ penes te, لَدُنِي et لَدُنِّي penes me, لَدُنَّا penes nos, لَدَيْكَ penes te, لَدَيَّ penes me, لَدَيْنَا penes nos, لَدَى

ٱلْوُصُولِ penes adventum, in adventu, Sacy gr. 1. par. 1252. Hamâs. pag. 381. Solum vocabulum غُدْوَةٌ *diluculum* post لَدُنْ in accusativo ponitur, ut لَدُنْ غُدْوَةً *sub diluculo*, Harîr. pag. 251. Alfiyya vers. 409.

Componuntur etiam مِنْ لَدُنْكَ a te, a parte tua, مِنْ لَدُنَّا a nobis, مِنْ لَدُنْهُ ab eo; pro quo Kaissitae مِنْ لَدُنِهِ pronuntiasse feruntur; Sacy gr. 2. par. 262.

Ab Arabibus nonnullis لَدُنْ *penes* tibi adnectere dicitur rem *tibi propinquam*, عِنْدَ *apud* vero rem potestati tuae subiectam, Harîr. pag. 252.

2. لَدُنْ et لَدُنْ أَنْ enuntiationi verbali praemissa in coniunctionem ex quo, quum, abeunt; ut رَقَنَهُ لَدُنْ شَبَّ حَتَّى شَابَ effascinarunt eum ex quo adolevit quoad senuit, لَدُنْ أَنْ أَقَامَتْ فِي تِهَامَةَ كَبْكَبُ ex quo constitit in Tihâma mons Kabkab. Atque ita لَدُنْ etiam enuntiationi nominali praemittitur, ut وَتَذْكُرُ نُعْمَاهُ لَدُنْ أَنْتَ يَافِعٌ ac recordaris beneficii eius quum tu adolescens esses i. e. beneficii, quod tibi tribuit adolescenti. Sacyus لَدُنْ أَنْتَ pro لَدُنْ وَقْتَ أَنْتَ *in tempore, quo tu* positum esse existimat; Alfiyya pag. 101. 102.

3. لَدَى interdum pro coniunctione interrogativa هَلْ num? poni perhibet Kâmûs pag. 1802.

Pro لَدُنْ et لَدَى rarius لَدْنِ لَدُنِ لَدْنُ لُدْنُ لَدِنْ لَدْنَ لَدَنْ لَدْ لَدَا لَدًا لُدْ لَدْ ponuntur. Fortasse hoc vocabulum re vera est nomen, significans *commorationem*, verbo تَلَدَّنَ *commoratus est* cognatum; Ewald gr. par. 469.

11. *Praepositio* مِنْ *ex, de.*

1143. Significat in universum *motum* ex nomine subiuncto prodeuntem. Latine vero sic reddi potest:

1. ex loco, vel tempore, procedens; ut خَرَجَ مِنَ ٱلدَّارِ exivit ex domo, دَخَلَ ٱلْبَيْتَ مِنَ ٱلنَّقْبِ introivit in aedem ex foramine, Taber. annal. vol. 1. pag. 72. يَنْزِلُ مِنَ ٱلسَّمَآءِ demittit ex coelo, مِنْ أَوَّلِ ٱللَّيْلِ إِلَى آخِرِهِ ab initio noctis ad finem eius, مِنْ عَهْدِ عَادٍ inde a tempore

Adii, مِنْ سَنَةٍ ex anno i. e. toto abhinc anno, مِنْ أَيْنَ ex ubi? i. e. unde?

Saepe vero haec praepositio مِنْ *ex*, *ab*, demonstrat *praesentiam* vel vicinitatem nominis subiuncti, quemadmodum latine *a fronte*, *a dextra*, pro *in fronte*, *ad dextram*, ponuntur. Ex quo genere sunt: مِنْ خَلْفِهِ a tergo eius, pone eum, مِنْ قَبْلُ ab antea i. e. antea, مِنْ بَعْدِ أَنْ ab post quod i. e. posteaquam, مِنَ ٱلْغَدِ ab crastino i. e. crastino die, إِذَا نُودِيَ لِلصَّلَاةِ مِنْ يَوْمِ ٱلْجُمُعَةِ quando convocatur ad precationem diei coetus, مِنْ يَوْمِهِ a die eius i. e. ipso illo die, statim, مِنْ وَقْتِهِ eodem momento, مِنْ غَيْرِ ab alio quam i. e. sine, par. 1115. مِنْ غَيْرِ تَأَمُّلٍ sine consideratione, مِنْ غَيْرِ أَنْ ab non quod i. e. sine eo quod, quin, nisi, مَا كُنْتُ لِأَضْرِبَ عُنُقَ مُسْلِمٍ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَسْتَحِقَّ ذٰلِكَ non is sum, ut secem collum Moslemi, nisi meret hoc, Agân. art. Ebn mofarrig. مِنْ بَلْهِ مَا ab exceptione eius quod i. e. praeter id quod, Freytag lexic. مِنْ أَيِّ وَجْهٍ كَانَ ex quocunque modo, qui fuerit i. e. quomodocunque fuerit Meninsk. lexic.

2. de re decedens, secernens; ut حَالَ مِنَ ٱلْمَكَانِ migravit de illo loco, حَاشَاهُ مِنْهُمْ excepit eum ex iis, ٱللّٰهُ يَعْلَمُ ٱلْمُفْسِدَ مِنَ ٱلْمُفْلِحِ Deus distinguit improbum ab felici, ٱنْقَطَعَ مِنْهُ desectus est de eo, Kâm. pag. 1076.

3. ex re vel partibus constans; ut ٱلْإِنْسَانُ مُرَكَّبٌ مِنْ نَفْسٍ وَجَسَدٍ homo compositus est ex anima atque corpore, جَنَّةٌ مِنْ نَخِيلٍ وَأَعْنَابٍ hortus ex palmis vitibusque constans; Sacy gr. 1. par. 1081. nro. 2.

4. ex re vel numero sumtum; ثَلَاثٌ مِنَ ٱلْبَطِّ tres ex anatibus, tres anates, Sacy gr. 2. par. 565. أَخَذَ وَاحِدَةً مِنْهُنَّ cepit unam ex iis, مِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ لَا يُؤْمِنُ بِٱللّٰهِ ex hominibus est qui non credat Deum esse, par. 1093. فَإِنِّي لَسْتُ مِنْكَ nam ego non sum ex te i. e. mihi tecum nihil rei est.

Saepe post hanc praepositionem مِنْ pronomen *aliquis* vel *quidam* supplendum est, Sacy gr. 2. par. 890. 891. ut إِنِّي لَمُهْدٍ مِنْ ثَنَائِي certe ego offero ex laude mea [aliquid], Ham. pag. 41. وَمِنْ قَائِلٍ أَنَّ قَيْذَارَ تَوَّجَتْهُ أَخْوَالُهُ atque ex dicente [quidam est] i. e. quidam dicunt Kaidsàro diadema imposuisse avunculos, Abulf. anteisl. pag. 192. هَلْ مِنْ شَاكِرٍ num ex grato [aliquis est]? i. e. num exstat ullus gratus? هَلْ عِنْدَكَ مِنْ مُمَالَأَةٍ عَلَيْهِ nam tecum ex auxilio contra eum [aliquid est]? Taber. annal. vol. 1. pag. 60. وَيُنَزِّلُ مِنَ ٱلسَّمَآءِ مِنْ جِبَالٍ فِيهَا مِنْ بَرَدٍ atque demittit ex coelo ex montibus [aliquos], in quibus ex grandine [aliquid]. Atque ita in enuntiationibus negantibus مِنْ ponitur: مَا جَآءَنِي مِنْ رَجُلٍ non adiit me ex viro [aliquis] i. e. non adiit me ullus vir, مَا تَسْبِقُ مِنْ أُمَّةٍ أَجَلَهَا non praetervertet ex gente [aliqua] terminum suum i. e. non praetervertet gens ulla terminum suum, مَا مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ non ex vobis ex uno [est] i. e. non ex vobis ullus est, sûr. 69. v. 47.

Atque inde fit, ut مِنْ cum nomine subiuncto saepe adiiciatur لِلتَّبْيِينِ *ad explicationem* i. e. ut res generaliter iam demonstrata etiam adcuratius significetur; ut ٱجْتَنِبُوا ٱلرِّجْسَ مِنَ ٱلْأَوْثَانِ cavete crimen ex idolis i. e. crimen ex idolis cultis constans, in idolis cultis positum, سَارَ سِيرَةَ أَبِيهِ مِنْ قَمْعِ ٱلْأَعْدَآءِ peregit actionem patris ex oppressione hostium i. e. ex opprimendis hostibus constantem, Abulf. anteisl. pag. 86. مَا ذَهَبَ مِنَ ٱلْمَالِ quod evanuit ex pecunia i. e. quod evanuit pecuniae, آمَنْتُ بِمَا أَنْزَلَ ٱللّٰهُ مِنْ كِتَابٍ fidem habeo ei quod demisit Deus ex libro [i. e. quod quidem ex libro constat] sûr. 42. v. 14. فَلَمَّا جَآءَهُ عَنْهُمْ مِنْ ذٰلِكَ مَا كَانَ يَشْتَهِي quum igitur ad eum perlatum esset de illis ex ea re [i. e. quod ad illam rem pertinebat] id quod exoptabat, Taber. annal. vol. 1. pag. 196. Sacy gr. 1. par. 1081. nro. 5. Ewald gr. par. 578. Hoc modo etiam in enuntiationibus nonnullis vocativis مِنْ cum nomine subiuncto usurpatur, ut يَا لَهُ مِنْ رَجُلٍ o ei ex viro! i. e. o eum, qualis vir est! نَاهِيكَ مِنْ رَجُلٍ summum tuum ex viro! i. e. quam praeclarum

virum! لِلّٰهِ دَرُّكَ مِنْ رَجُلٍ Deo praestantia tua ex viro! i. e. per Deum, vir praestans es! Sacy gr. 1. par. 1086. Ewald gr. par. 708.

Porro haud raro inde hoc fit, ut مِنْ cum nomine subiuncto pro genitivo nominis subiuncti ponatur. Quod tum praesertim fit:

a. si nomen genitivo praemissum ponere volunt indefinitum; ut: وَصِيَّةٌ مِنْ سَابُورَ testamentum quoddam Saporis, بِمَحْضَرٍ مِنْ قُسْطَنْطِينَ مَلِكِهِمْ in consessu quodam Constantini, regis eorum, Abulf. anteisl. pag. 84. 164. قُنُوطٌ مِنْكَ desperatio quaedam tua, Sacy gr. tom. 1. par. 1083. فَوَقَعَ مِنْهُمْ مَوْقِعًا atque cecidit hoc in quendam eorum locum i. e. hoc pergratum iis accidit, Taber. annal. vol. 2. pag. 268. Nam si وَصِيَّةُ سَابُورَ et قُنُوطُكَ ponuntur, haec valent: illud testamentum Saporis, haec desperatio tua, par. 1130. art. 3. a. Ewald gr. par. 600.

b. si nomen genitivo praemissum iam definitum est, aut articulo praefixo, aut statu constructo, aut pronomine suffixo; ut فِي ٱلسَّنَةِ ٱلثَّانِيَةِ وَٱلْأَرْبَعِينَ مِنْ مُلْكِهِ anno quadragesimo secundo regni eius, يَوْمَ عِشْرِينَ مِنْ شَهْرِ رَجَبٍ die viginti [i. e. vicesimo] mensis Redscheb, par. 1130. art. 3. b. Ewald gr. par. 613. 614. Tum praepositio مِنْ interdum reddi potest: *penes*, *apud*, *erga*; ut فَعَظُمَ مَوْقِعُهُ مِنْهُ tum insignis fuit locus eius penes illum i. e. fuit pergratum hoc ei, Bertheau proverb. ar. pag. 1. فَلَمَّا قَعَدَ مِنْهَا مَقْعَدَ ٱلرِّجَالِ مِنَ ٱلنِّسَآءِ quum occupasset apud eam locum virorum apud feminas i. e. quum cum ea concubuisset, Kàm. pag. 118. هُوَ مِنِّي مَقْعَدَ ٱلْإِزَارِ ille est apud me loco subligaculi i. e. ille est mihi perpropinquus, Harìr. pag. 428.

c. si genitivum praemittere volunt nomini regenti; ut أَنَا رَاضٍ مِنَ ٱلْهَوَى بِٱلْكَفَافِ ego sum contentus amoris sufficientia i. e. pauco amoris, Harìr. pag. 12. وَضَعُوا شِرْذِمَةً مِنَ ٱلْأَطْفَالِ مِنْهُ عَلَى ٱلْمَمَرِّ collocarunt numerum quendam infantium eius in via i. e. in via eius, Sacy gr. tom. 1. par. 1083. In quibus مِنَ ٱلْهَوَى بِٱلْكَفَافِ et مِنْهُ عَلَى ٱلْمَمَرِّ pro بِكَفَافِ ٱلْهَوَى et عَلَى مَمَرِّهِ posita sunt.

5. **ex causa procedens, propter causam**; ut مِنْ أَجْلِكَ ex causa tua i. e. propter te, مِنْ أَجْلِ أَنْ ex causa ea quod i. e. propterea quod, مِنْ أَنَّهُ ex eo quod i. e. propterea quod, ذَلِكَ مِنْ نَبَإٍ جَآءَنِي hoc fuit propter nuntium quendam, qui pervenit ad me, خَافَ مِنْهُ timuit ab eo, مِمَّا خَطَايَاهُمْ أُغْرِقُوا propter crimina sua submersi sunt, Sacy gr. 1. par. 1081. art. 4. in quibus praepositioni مِنْ subnexum est مَا encliticum, par. 1094.

6. **prae aliquo, apud aliquem, ex parte alicuius**; ut أَيْنَ مِنِّيَ ٱلسَّلَامُ ubi est prae me salus? i. e. longe abest a me salus! agân. art. Ebn mofarrig; أَيْنَ مِنِّيَ ٱلثُّرَيَّا ubi est prae me pleias? i. e. longe abest a me pleias! أَيْنَ أَنْتَ مِنْ نُوحٍ وَطُولِ عُمْرِهِ ubi es prae Noa ac diuturnitate eius vitae? i. e. longe distas ab Noa eiusque vita diuturna, أَرَضِيتُمْ بِٱلْحَيَوةِ ٱلدُّنْيَا مِنَ ٱلْآخِرَةِ num gratam habetis vitam proximam prae postrema?

Atque inde fit, ut adiectivo comparativo أَفْعَلُ subiungatur مِنْ cum nomine adiecto, par. 827. ut أَنَا أَعْلَمُ مِنْكَ ego sum doctior prae te i. e. quam tu, ٱلْفِتْنَةُ أَشَدُّ مِنَ ٱلْقَتْلِ seditio est peior prae homicidio, أَنَا أَشَدُّ فَرَحًا بِهَا مِنِّي بِٱلْمَالِ ego sum vehementior in gaudio de ea prae me de pecunia i. e. magis gaudeo de ea, quam de pecunia; Sacy gr. 2. par. 514. Ewald gr. par. 575.

Atque simili modo verbis multis praepositio مِنْ subiungit obiectum; ut قَرُبَ مِنْهُ prope ab eo fuit, غَرَّكَ مِنْهُ induxit te erga illum, incitavit te contra illum, سِيطَ مِنْهُ immixtus est illi, Kaab ben soheir vers. 7. جَهِلْتَ مِنْ عِنَانِهِ ignorasti quod habenam eius adtinet, بَلَغَ مِنْهُ terminum contigit quod adtinet illum i. e. adflixit eum.

1144. Si praepositioni مِنْ pronomen pers. prim. sing. suffigitur, plerumque مِنِّي *ex me*, perraro مِنِي ponitur; Sacy gr. 1. par. 1252.

Si praepositioni مِنْ pronomen مَنْ vel مَا subiungitur, plerumque مِمَّنْ *ex quo*, مِمَّا *ex qua re*, ponuntur, par. 201. In codice libri Kitâb

el agâni vero, quem Hammerus habet, saepe مِن مّا positum inveni, e. g. in artic. Omajja ben abi âjids, fol. 673. vers. Praepositio مِنْ cum مَا enclitico coniuncta idem quod solum مِنْ significat, par. 1143. nro. 5.

Poetae interdum Nûnam praepositionis مِنْ pellunt; quod tum praesertim fit, si articulus أَلْ sequitur. Ita pro مِنَ ٱلْأَشْيَاءِ ex rebus, مِنْ جَرَّاكَ ex causa tua, ponuntur مِلَّأَشْيَاءِ vel مِلْ أَشْيَاءِ et مِجَّرَّاكَ gr. Sacyan. 1. par. 1089. Ewald gr. par. 469. Sacy anth. pag. 104.

12. *Praepositio* عَنْ *ab.*

1145. Significat tum *motum* ab latere vel parte nominis subiuncti procedentem, tum *separationem* ab nomine subiuncto. Latine vero sic reddi potest:

1. ab parte quadam procedens; ut لَمْ يَصْدُرْ عَنْكَ خَيْرٌ non prodiit ab parte tua ullum bonum, قَصَدَهُ عَنْ يَمِينِهِ petiit eum a parte dextra, بَلَغَنِى عَنْهُ pervenit ad me ab eo i. e. relata est mihi res eum spectans, حَدَّثَنَا عُمَرُ عَنْ أَبِيهِ narravit nobis Omar ab patre suo i. e. ab patre eius tradita, لِيَهْلِكَ مَنْ هَلَكَ عَنْ بَيِّنَةٍ ut pereat qui perit ab argumento evidenti i. e. ob argumentum evidens, لَا نَفْعَلُ هٰذَا عَنْ قَوْلِكَ non faciemus hoc ab dicto tuo i. e. ob dictum tuum, Sacy gr. 1. par. 1068. 1070. فَأَمَرَ لَهُ عَنْ كُلِّ بَيْتٍ بِأَلْفِ دِرْهَمٍ atque decrevit ipsi ab quovis versiculo [i. e. pro quovis versiculo] mille dirhemos, Agân. art. Ali ben el chalîl, قُتِلُوا عَنْ آخِرِهِمْ occisi sunt ab extremo eorum [procedendo ad primum] i. e. occisi sunt omnes, Freyt. lex. أَخَذَ عَنْهُ cepit ab eo, didicit ab eo.

Rarius praepositioni عَنْ praemittitur praepositio alia; ut مِنْ عَنْ يَمِينِى a dextra mea, عَلَى عَنْ يَمِينِى ad dextram meam, Kâm. par. 1783. Confer مِنْ عَلَى *ex supero*; par. 1139. art. 1.

2. de re detegens; ut كَشَفَ عَنْهُ ٱلْغِطَاءَ detexit de eo operimentum, أَخْبَرَ عَنِ ٱلسِّرِّ retulit de arcano, divulgavit arcanum, سَأَلَ عَنْهُ quaesivit de eo, تَبَسَّمَ عَنْ لُؤْلُؤٍ ridet ab margaritis i. e. ridet, retegens

margaritas [dentes candidos] Sacy gr. 1. par. 1072. أَجَابَهُ عَنْ ذَلِكَ detexit ipsi ab hoc i. e. concessit ipsi hoc.

3. ab re prohibens, separans; ut كَفَّنَا عَنْهُ prohibuit nos ab eo, أَقْطَعَ عَنْهُ disiunctus est ab eo, شَغَلَنِي عَنْهَا distinuit me ab ea, بَخِلَ عَنْ نَفْسِهِ retinuit ab se ipso i. e. avarus fuit erga se ipsum; جَادَلَ عَنْهُ dimicavit ab eo i. e. dimicavit ab eo hostem avertens.

4. ab re se avertens; ut سَافَرَ عَنْهُ abiit ab eo, عَجَزَ عَنِ ٱلشَّيْءِ recessit ab illa re i. e. impar fuit perficiendae illi rei, أَيْنَ أَنْتَ عَنِ ٱلْبَيْتِ ٱلنَّدْرِ ubinam es ab illo versiculo eximio [distans]? i. e. quantum ab illo versiculo eximio distas! par. 1143. art. 6. Sacy gr. 1. par. 1073. غَفَلَ عَنْهُ distraxit se ab eo i. e. oblitus est eius, غَنِيَ عَنِ ٱلشَّيْءِ dives fuit ab illa re [se avertens] i. e. citra illam rem, sine illa re, sive: non indiget illa re, إِنِّي أَحْبَبْتُ حُبَّ ٱلْخَيْرِ عَنْ ذِكْرِ رَبِّي equidem amavi amorem opulentiae ab memoria domini mei [me avertens] Sacy gr. 1. par. 1072. مَاتَ عَنْ وَلَدٍ صَغِيرٍ mortuus est ab filio parvulo [se avertens] i. e. filium parvulum post se relinquens, Sacy gr. 1. par. 1071.

Atque inde fit, ut interdum عَنْ ponatur pro: *loco* alicuius, *pro* aliquo; ut تَعَوَّضَ عَنِ ٱلشَّيْءِ compensationem accepit ab illa re [se avertens] i. e. pro illa re, عِوَضًا عَنْهُ per compensationem pro illo, لَا تَجْزِي نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ شَيْئًا non pensabit anima ulla pro anima ulla rem ullam, Sacy gr. 1. par. 1067.

5. ab numero vel gradu procedens ultra, supra gradum, ultra terminum; ut يُنِيفُ عَنِ ٱلثَّلَٰثِينَ procedit ultra triginta, أَفْضَلَ عَنْهُ eminuit super eum, فَضْلًا عَنْ per eminentiam super i. e. nedum, لَا تَقْرَبُوا مَالَ ٱلْيَتِيمِ فَضْلًا عَنْ أَنْ تَتَصَرَّفُوا فِيهِ nolite petere pecuniam orphani, nedum ut comedatis eam; Sacy gr. 2. par. 845.

6. ultra tempus quoddam, post tempus transactum; ut عَنْ قَرِيبٍ post propinquum [tempus] i. e. mox, عَمَّا قَلِيلٍ post paucum i. e. mox, in quibus praepositioni عَنْ subnexum est مَا enoliticum par. 1094; لَقِحَتْ عَنْ حِيَالٍ concepit illa post sterilitatem, مَاتَ عَنْ ثَمَانِينَ سَنَةً mortuus est

post octoginta annos [transactos] i. e. octoginta annos natus; Sacy gr. 1. par. 1068. 1071.

1146. Pro عَنِّى *ab me* plerumque عَنِّى ponitur; pro عَنْ مَنْ et عَنْ مَا vero عَمَّا عَمَّنْ par. 1144. Pro عَنْ perraro عَ ponitur; Sacy gr. 1. par. 1090.

13. *Praepositio* مُنْذُ *et* مُذْ *ex quo.*

1147. Antecedentibus haec praepositio subiungit punctum temporis, ex quo aliquid factum est, vel non factum est. Usurpantur etiam مُنْذُ مُذْ Kâm. Pro مُذْ propter sequentem Weslam ponuntur مُذُ مُذِ مُذَ Kâm. Sacy gr. 1. par. 1079.

Ortam esse hanc particulam nonnulli censent ex مِنْ إِذْ i. e. *ex quum*, quemadmodum بَعْدَ إِذْ *postquam*, atque apud Hebraeos מֵאָז *ex tunc*, *ex quo*, usurpantur; alii vero ex مِنْ ذُو *ex quo*; Kâm. Sacy gr. 1. par. 1080. Atque modo praepositionis, modo coniunctionis munere haec particula fungitur.

1148. Sibi enim subiungit haec particula:

1. genitivum, si certum temporis spatium significatur, quod nondum transactum est; ut مَا كَلَّمْتُهُ مُذْ شَهْرِنَا هٰذَا non colloquutus sum cum eo ab mense nostro hoc i. e. ex quo hic mensis incepit.

2. nominativum, si certum temporis spatium significatur, quod iam transactum est; مَا رَأَيْتُهُ مُنْذُ يَوْمُ ٱلْجُمْعَةِ non vidi eum ab die coetus i. e. ex quo fuit dies coetus; مُنْذُ سَنَةٌ toto abhinc anno, مُنْذُ يَوْمَانِ abhinc biduum.

3. propositionem vel verbalem, vel nominalem, ut مُذْ عَقَدَتْ يَدَاهُ إِزَارَهُ ex quo nodarunt eius manus subligaculum eius, مُذْ أَنَا يَافِعٌ ex quo ego adolescens fui, Kâm. Ewald gr. vol. 2. pag. 284.

B. *Praepositiones accitae.*

1149. Iam ad eas praepositiones transimus, quae proprie aut verba, aut nomina, significare etiam magis in aperto est, quoniam et ipsae haud raro ut verba vel nomina usurpantur.

Quae tantum non omnes sunt nomina in accusativo posita, ut قَبْلَ ante, بَعْدَ post, خَلْفَ pone, دُونَ praeter, فَوْقَ supra, تَحْتَ infra. His vero praepositio primitiva ita praemitti potest, ut ea re ipsae naturam nominum recuperent, igiturque per praepositionem primitivam praemissam in genitivum redigantur, ut مِنْ قَبْلِهِ ante eum, مِنْ بَعْدِكَ post te, مِنْ خَلْفِنَا pone nos, par. 1143. art. 1. Porro multae huius generis praepositiones in Dammam desinentes abeunt in adverbia, ut قَبْلُ antea, بَعْدُ postea, خَلْفُ pone, et مِنْ قَبْلُ antea, مِنْ بَعْدُ postea, مِنْ خَلْفُ pone; par. 1125. art. 2. 3.

1. *Praepositiones* خَلَا عَدَا حَاشَا *praeter.*

1150. Eadem hae praepositiones esse existimantur vocabula, quae verba خَلَا omisit, عَدَا excedit, حَاشَى removit, par. 1100. Ubi vero ut praepositiones usurpantur, plerumque genitivum, rarius accusativum vel nominativum, sibi subiungunt, ut جَآؤُونِي خَلَا زَيْدٍ adierunt me praeter Seidum, قُتِلُوا جَمِيعُهُمْ عَدَا عُمَرَ perierunt omnes praeter Omarum, جَآءَنِي ٱلْقَوْمُ حَاشَا خَالِدٍ adiit me illa gens praeter Châledum, مَاتُوا حَاشَا زَيْدٌ obierunt praeter Seidum; Sacy gr. 1. par. 1061. tom. 2. par. 716.

Si vero مَا خَلَا *praeter* et مَا عَدَا *praeter* ponuntur, tum iis subiungi non licet nisi accusativum, par. 1100. Sed مَا حَاشَا non usitatum est.

Interdum حَاشَا *absit!* ut interiectio usurpatur; ut حَاشَا مِنَ ٱلسَّامِعِينَ absit ab audientibus! حَاشَا ٱللّٰهِ vel حَاشَا لِلّٰهِ vel حَاشًا لِلّٰهِ absit a Deo. Deus avertat! حَاشَاكَ vel حَاشَا لَكَ absit a te! Pro qua interiectione etiam حَاشَ حَاشَى حَشَى usurpantur; Harîr. pag. 140. Sacy gr. 1. par. 1162. Hupfeldus interiectionem حَاشًا non verbum, sed nomen in accusativo positum esse censet, Ephemer. orient. Gotting. vol. 2. pag. 466. Cui sententiae sane suffragatur nunatio vocabulo حَاشًا interdum adiecta.

2. *Praepositiones* سوى غَيْرُ بَيْدَ *et* مِنْ بَلْهِ *praeter.*

1151. Nomina سُوًى سِوًى سَوَآءٌ سُوَآءٌ proprie *aequalem*, *similem*, propterea que etiam *alterum*, *alium*, significant. Unde fit, ut haec nomina perinde atque غَيْرٌ par. 1115. *alium* significantia, atque in casu quolibet posita, praemitti possint genitivo vel pronomini suffixo, ut مَرَرْتُ بِرَجُلٍ سَوَآءَكَ praeterii virum alium quam te, lexic. Freyt. In accusativo vero posita perinde atque غَيْرَ pro praepositione praeter usurpantur, ut سِوَاكَ et سَوَآءَكَ praeter te; Sacy gr. 1. par. 715.

De غَيْرَ *praeter* supra dictum est par. 1115. Usurpantur etiam:

غَيْرَ أَنَّ praeter id quod, nisi quod, Sacy gr. 2. par. 722.

مِنْ غَيْرِ ab alio quam i. e. *sine*, ut مِنْ غَيْرِ تَرَدُّدٍ sine haesitatione, par. 1143. art. 1.

مِنْ غَيْرِ أَنْ sine eo quod, ita ut non; Koseg. chrest. ar. pag. 69.

بِغَيْرِ cum alio quam i. e. *sine*, ut بِغَيْرِ حِيَلٍ sine technis.

Nomen بَيْدٌ *abitus* et participium بَائِدٌ *abiens* in accusativo constructo posita valent: *sine*, *praeter*; ut بَيْدَ أَنَّ praeterquam quod, nisi quod, Harîr. pag. 21. Porro Fîrûsâbâdensis بَيْدَ et بَائِدَ etiam *propter* valere perhibet.

A nomine بَلْهٌ *negligentia* ductum est مِنْ بَلْهِ *sine*, *praeter*; Kâm.

3. *Praepositiones* قَبْلَ *ante et* أَمَامَ *a fronte.*

1152. Praep. قَبْلَ *ante* plerumque tempus respicit, ut قَبْلَ وُصُولِهِ ante adventum eius, قَبْلَ أَنْ priusquam. Pro قَبْلَ etiam مِنْ قَبْلِ usurpatur, par. 1143. art. 1. Deminutivum قُبَيْلَ valet: *paulo ante.*

Praep. أَمَامَ *a fronte* locum respicit, ut مَشَى أَمَامَهُمْ incedebat a fronte eorum. وَأَمَامَهَا مِنْ شَمَالِ ٱلنِّيلِ بُوصِيرُ a fronte eius, a sinistra parte Nili, est Busiris; Abulf. aegypt. pag. 61. Interiectio أَمَامَكَ a fronte tua! valet: *cave!* Kâm.

4. *Praepositiones* بَعْدَ *post*, خَلْفَ *pone*, وَرَآءَ *a tergo.*

1153. Praep. بَعْدَ *post* potissimum tempus respicit, ut بَعْدَ ٱلْقِتَالِ post proelium, بَعْدَ أَنْ et بَعْدَ إِذْ posteaquam, sûr. 6. v. 70. Si بَعْدَ nomini personae praemittitur, tum saepe significat: post profectum, post mortuum; ut بَعْدَهُ post illum mortuum. Pro بَعْدَ etiam مِنْ بَعْدِ usurpatur. Deminutivum بُعَيْدَ valet: *paulo post.*

Praep. خَلْفَ et مِنْ خَلْفِ *pone* potissimum locum respiciunt, ut جَلَسَ خَلْفَهُ consedit pone eum. Rarius خَلْفَ valet: post profectum, ut لَبِثَ خَلْفَ عُمَرَ commoratus est post profectum Omarum.

Praep. وَرَآءَ et مِنْ وَرَآءِ *a tergo*, *ultra*, locum respiciunt, ut وَرَآءَ ٱلنَّهْرِ ultra amnem. Interrogatio مَا وَرَآءَكَ quid est a tergo tuo? interdum valet: *quid affers?*

5. *Praepositiones* فَوْقَ *super et* تَحْتَ *sub.*

1154. Praep. فَوْقَ et مِنْ فَوْقِ *super*, locum, gradum, numerum, respiciunt, ut فَوْقَ ثَلَثِينَ super triginta. Deminutivum فُوَيْقَ valet, paulo supra, Amriulkais moallak. vers. 58.

Praep. تَحْتَ et مِنْ تَحْتِ *sub* respiciunt: 1. *locum*, imperium, ut تَحْتَ حَجَرٍ sub lapide, كَانَ تَحْتَهُ is erat sub illo i. e. sub imperio illius, كَانَتْ تَحْتَهُ ea erat sub illo i. e. erat uxor illius, Harîr. pag. 32. Deminutivum تُحَيْتَ valet: paulo subter. 2. *tempus*, ut تَحْتَ ٱلْغَارَةِ sub incursione, Taber. annal. vol. 2. pag. 132.

6. *Praepositio* دُونَ *infra.*

1155. Haec praepositio, pro qua interdum مِنْ دُونِ ponitur, a verbo دَانَ *inferior fuit* ducta significat:

1. *infra* locum, gradum, numerum; ut قَطَعَ ٱلنَّهْرَ دُونَ ٱلْبُوَيْبِ traiecit amnem infra El boweibum, مَا هُوَ دُونَ ٱلْأَرْبَعِينَ quod infra quadraginta est.

2. *prope* locum, personam; ut فَقَامَ دُونَهُمْ tum constitit prope illos, دُونَكَ زَيْدًا prope te Seidum! i. e. arripe Seidum! دُونَكَ وَمَا تُرِيدُ arripe id quod velis! Interiectio أُدْنُ دُونَكَ accede prope te! valet: accede huc! Kâm.

3. *pro* loco vel homine, *cis* locum vel hominem, ab eo prohibens; ut دُونَ ٱلنَّهْرِ جَمَاعَةٌ cis amnem est agmen [ab eo prohibens], قَاتَلَ دُونَهُمْ pugnavit pro iis [prohibens invadentem], لَيْسَ دُونَهُمْ حِجَابٌ non exstat cis eos aulaeum [prohibens ab illis] Taber. annal. vol. 1. pag. 130. وَمَا أُخْمِدَتْ نَارٌ لَنَا دُونَ طَارِقٍ neque exstinctus est ullus ignis a nobis cis viatorem [i. e. ad arcendum a nobis viatorem].

4. *praeter*, *citra*, *posthabito*; ut يَدْعُو مِنْ دُونِ ٱللّٰهِ مَا لَا يَضُرُّهُ وَمَا لَا يَنْفَعُهُ invocavit praeter Deum [posthabito Deo] id quod ipsi nec obest, nec prodest, أَمَّكُمْ دُونَ ٱلْأَنَامِ adiit vos praeter illas gentes [i. e. posthabitis ceteris gentibus], مِنْهُمُ ٱلصَّالِحُونَ وَمِنْهُمْ دُونَ ذَلِكَ ex iis sunt probi, atque ex iis sunt praeter hoc [i. e. homines alii, non probi], دُونَ ذَا يَنْفُقُ ٱلْحِمَارُ praeter hoc [i. e. vel sine hoc] facile vendetur hic asinus, دُونَ أَنْ praeterquam quod, nisi quod, Koseg. chrest. ar. pag. 69.

Deminutivum دُوَيْنَ valet: *paulo infra;* Sacy gr. 1. par. 1098. 1122. Ewald gr. par. 593.

7. *Praepositiones* عِنْدَ *apud*, قُرْبَ *prope*, قِبَلَ *penes*, قُبْلَ *ad.*

1156. Praepositio عِنْدَ *apud* significat:

1. *apud* rem vel personam commorans, ut وَهُوَ قَايِمٌ عِنْدَ ٱلْحَايِطِ atque ille stabat apud murum, عِنْدِى مُحَمَّدٌ apud me est Mohammed i. e. in domo mea adest, عِنْدِى دِينَارَانِ apud me sunt duo dinâri i. e. duos dinâros habeo, عِنْدَكَ زَيْدًا apud te Seidum! i. e. arripe Seidum! confer دُونَكَ زَيْدًا par. 1155. nro. 2. هَاتِ مَا عِنْدَكَ affer id quod apud te est, i. e. cane quod tibi promtum est! Koseg. chrest. ar. pag. 55.

Componuntur مِنْ عِنْدِ *ab apud*, gall. *de chez* i. e. *ab*, ut أَتَى مِنْ عِنْدِهِ venit ab eo, a parte illius. Porro إِلَى عِنْدِ *ad apud* i. e. *ad*; sed hanc dictionem improbat Fîrûsâbâdensis.

2. *apud* aliquem existimatum, ut زَيْدٌ عِنْدِى أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍ Seid apud me [existimatur] praestantior quam Omar, ٱلَّذِى عِنْدِى أَنَّهُ آتٍ quod apud me est [quod a me coniicitur], hoc est, illum venturum esse.

3. *apud* eventum quendam, in tempore quodam, ut عِنْدَ ٱلْمَسَاءِ ad vesperam, vesperi, عِنْدَ ذَلِكَ apud hoc i. e. quum hoc fieret, فَعِنْدَهَا atque apud illa i. e. quum illa fierent, Koseg. chr. ar. pag. 89. عِنْدَ مَا apud quod i. e. quum.

Pro عِنْدَ rarius عُنْدُ et عَنْدَ ponuntur.

Praep. قُرْبَ valet *prope*, ut مَوْضِعٌ قُرْبَ ضَرِيَّةَ locus prope Darijjam, Kâm. pag. 497. Ab nominibus قِبَلٌ et قُبُلٌ *pars antica, adversa*, ducuntur قِبَلَهُ penes eum, مِنْ قِبَلِهِ a parte eius, قُبُلَكَ ad te, versus te, بِقُبُلِ ante.

7. *Praepositiones* بَيْنَ *inter et* وَسْطَ *in medio.*

1157. Ab nomine بَيْنٌ *intervallum* ducta est praepositio بَيْنَ *inter*; quae quidem significat:

1. *inter* locos vel homines situm, vel effectum; ut فَرَّقَ بَيْنَهُمْ discidium effecit inter eos, أَلَّفَ بَيْنَهُمْ coniunctionem effecit inter eos, لِأَنَّهُ بَيْنَ جَبَلَيْنِ quia ille est inter duos montes situs, Abulf. aegypt. ed Michaelis pag. 5. بَيْنَ أُسْوَانَ وَأَرْمَنْتَ مَرْحَلَتَانِ inter Syenem et Hermonthidem sunt itinera duo, ib. pag. 19. Quodsi بَيْنَ ad duo pronomina ipsi adiecta pertinet, vel ad nomen unum pronomenque unum, tum bis ponitur, ut بَيْنَكَ وَبَيْنَ عَبْدِكَ عَدَاوَةٌ inter te ac servum tuum est inimicitia. Atque saepe etiam tum bis ponitur, si ad nomina duo pertinet. Dictio بَيْنَ يَدَىْ رَجُلٍ inter duas manus alicuius viri, valet: *coram* aliquo viro, *ante* eum constitutus. Ubi intervallum inter locos vel tempora inter-

cedens significatur, pro وَبَيْنَ — بَيْنَ interdum إِلَى — بَيْنَ ponitur, ut خَزَارٌ جَبَلٌ بَيْنَ ٱلْبَصْرَةِ إِلَى مَكَّةَ Chasâr est mons inter El basram et Mekkam; Abulf. anteisl. pag. 144.

Pro بَيْنَ *inter* saepe مَا بَيْنَ *id quod inter* par. 1100. et فِيمَا بَيْنَ *in eo quod inter* usurpantur; ut ٱلْحَدُّ ٱلْغَرْبِيُّ مَا بَيْنَ ٱلْإِسْكَنْدَرِيَّةِ وَبَرْقَةَ terminus occidentalis est inter Alexandriam et Barkam, Abulf. aegypt. pag. 2. ٱلِٱخْتِلَافُ فِيمَا بَيْنَ ٱلْمُوَرِّخِينَ كَثِيرٌ جِدًّا dissensus inter chronologos est frequens admodum, Abulf. anteisl. pag. 4. Ita ponitur فِيمَا بَعْدُ in eo quod postea i. e. in posterum. Num pro فِيمَا بَيْنَ scribi potest فِيمَا بَيْنَ ex praecepto par. 1094.? Non usitatum hoc esse suspicor.

Adverbium copulans بَيْنَ بَيْنَ *inter inter* valet: inter terminos duos positum, mediocriter; ut شَيْءٌ بَيْنَ بَيْنَ res mediocriter se habens, Kâm.

2. *in medio* rei, *ex numero* agminis; ut جَلَسَ بَيْنَ ٱلْقَوْمِ sedebat in medio illorum hominum, Kâm. خَرَجَ مِنْ بَيْنِهِمْ egressus est ex medio eorum, فَبَيْنَهُمْ نَفَرٌ مِنْ بَنِي عَبْسٍ atque inter eos aderant homines Absitae, بَيْنَ ذَلِكَ in medio huius rei i. e. quum haec agerentur.

Adverbia بَيْنَا et بَيْنَمَا valent: *dum, quum.*

3. *partim, partim;* ut وَٱلْقَوْمُ بَيْنَ قَتِيلٍ وَأَسِيرٍ atque illi homines fuerunt inter occisum et captum i. e. partim occisi sunt, partim capti; Ewald gr. par. 590. Idem interdum مَا بَيْنَ significat, par. 1100. atque مِنْ بَيْنِ *inter, ex numero*, ut نُسْقِيكُمْ مِمَّا فِي بُطُونِهَا مِنْ بَيْنِ فَرْثٍ وَدَمٍ potum paramus vobis ex eo, quod in eorum intestinis est, partim fimo, partim sanguine; sûr. 16. v. 68.

A nomine وَسْطٌ *medium* ducitur وَسْطَ *in medio, inter;* ut جَلَسَ وَسْطَهُمْ sedit in medio eorum, inter eos; et Hamâss. pag. 598.

A nomine وَسَطٌ *media pars* ducitur وَسَطَ *in media parte rei*; quo quidem vocabulo tum utuntur, si eo significatur pars quaedam nominis adiecti, ut جَلَسَ وَسَطَ ٱلدَّارِ sedit in media parte domus. Nam hic vocabulo وَسَطَ pars quaedam illius domus demonstratur; Harîr. pag. 206.

8. *Praepositiones* حَوْلَ *circum*, قُبَالَةَ *et* تُجَاهَ *e regione.*

1158. Pro حَوْلَ et مِنْ حَوْلِ *circum*, ut وَحَوْلَهُمْ أَنْصَابٌ atque circum illos erant stelae, rarius أَحْوَالَ حَوَالَ حَوَالَىْ حَوْلَىْ usurpantur; Kâm. Taber. annal. vol. 2. pag. 164. lin. 17.

Praep. قُبَالَةَ valet: *e regione*, *ex adverso* situs; ut قُبَالَةَ أُسْوَانَ ex adverso Syenes; Abulf. aegypt. pag. 2.

A verbis وَاجَهَ *obvertit se* et اتَّجَهَ *advertit se* ducta sunt وُجَاهَ et تُجَاهَ e regione par. 602. ut نَاحِيَةٌ تُجَاهَ بِلْبِيس provincia e regione Bilbaissi sita, Kâm. pag. 1149. Atque eodem sensu etiam تِجَاهَ وَجَاهَ وِجَاهَ تُجَاهَ usurpantur.

9. *Praepositiones* نَحْوَ *versus*, نَحْوُ *circiter*, تِلْقَآءَ *versus.*

1159. Ab nomine نَحْوٌ *itio in locum*, *via*, ducuntur:

1. نَحْوَ et إِلَى نَحْوِ *versus*, ut وَخَرَجَ ٱلْقُوَّادُ نَحْوَ فَحْلٍ profecti sunt duces versus Fachlam, Taber. annal. vol. 2. pag. 168. نَحْوَ ٱلْعَظِيمِ versus nobilem, Weyers Ibn Khacan pag. 33.

Rarius نَحْوَ pro نَحْوُ *sicut* poni videtur; ut نَحْوَ رَفَاهِيَةٍ i. e. sicut vocabulum رَفَاهِيَةٌ pag. 251. Harîr. et نَحْوَ قَوْلِكَ sicut dictum tuum, Meninsk. lex.

2. نَحْوُ et مِنْ نَحْوٍ *circiter, fere ut, sicut;* ut ٱلشَّرَفُ ٱلشَّوْطُ أَوْ نَحْوُ مِيلٍ i. e. ٱلشَّرَفُ est ٱلشَّوْطُ sive circiter milliarium unum, Kâm. pag. 1181. وَأَصْحَابُ هَاشِمٍ نَحْوُ عَشَرَةِ آلَفٍ milites Hâschemi erant circiter decem millia, Taber. loc. cit. نَحْوٌ مِنْ ثَمَانِيَةَ عَشَرَ مِيلًا circiter octodecim milliaria, Abulf. aegypt. pag. 61. ثَلَثُ مُتَحَرِّكَاتٍ قَبْلَ سَاكِنٍ نَحْوُ ضَرَبْتُ tres litterae motae ante quiescentem sicut ضَرَبْتُ pag. 1520. Kâm. نَحْوُ ضَرَبْنَا sicut ضَرَبْنَا ibid. نَحْوُ ذَلِكَ simile huius, huiusmodi.

Ita ponuntur etiam كَنَحْوِ *sicut*, in modum, فِي نَحْوِ مِائَةٍ cum circiter centum, عَلَى نَحْوِ شَوْطِ فَرَسٍ intra circiter cursum equi unum, Abulf. aegypt. pag. 3.

A radice لَقِيَ *occurrit* ductum est تِلْقَآءٌ *occursus;* unde sumta est praepositio تِلْقَآءَ *versus, e regione;* ut تَوَجَّهَ تِلْقَآءَ ٱلنَّارِ profectus est versus ignem, جَلَسَ تِلْقَآءَهُ consedit e regione eius; Kâm.

10. *Praepositiones* مِثْلَ *sicut, instar, et* حَسْبَ *secundum.*

1160. A nomine مِثْلٌ *similis* ducuntur مِثْلَ et كَمِثْلِ *sicut,* ut مِثْلَمَا sicut id quod, quemadmodum, مِثْلَ صَيَارِفَةٍ sicut vocabulum صَيَارِفَةٌ pag. 251. Harîr.

Nominativus مِثْلُ *similis,* ceterique casus, prout antecedentia eos postulant, eodem modo, quo casus vocabuli غَيْرٌ par. 1115. usurpantur; ut هٰذَا مِثْلُهُ hoc est simile illius, فِي مِثْلِ هٰذَا ٱلْمَقَامِ in simili huius loci i. e. in huiusmodi loco, Koseg. chrest. ar. pag. 51. لَا أَرُدُّ مِثْلَكَ non repellam similem tui i. e. hominem tui generis.

1161. A nomine حَسْبٌ *ratio* ducitur حَسْبَ *secundum, pro ratione;* quo quidem sensu etiam بِحَسْبِ et عَلَى حَسْبِ usurpantur. Ita ponuntur حَسْبَمَا secundum id quod, حَسْبَ ٱلْمَأْمُورِ secundum iussum, Meninsk. lexic.

Porro حَسْبٌ valet *sufficiens;* unde ductae sunt interiectiones فَحَسْبُ atque satis hoc fuit! et حَسْبُكَ sufficiens tuum i. e. tibi satis est! Ut قَبَضْتُ عَشَرَةً فَحَسْبُ cepi decem; atque satis hoc fuit! Sacy gr. 2. par. 260. حَسْبُكَ دِرْهَمٌ satis tibi est dirhemus unus! Kâm. هٰذَا رَجُلٌ حَسْبُكَ مِنْ رَجُلٍ hic est vir, qui tibi satis est ex viro i. e. hic vir satis praesidii tibi afferet, vir praeclarus est! Kâm.

11. *Praepositiones accitae aliae.*

1162. Praeterea nomina alia multa, tum locos, tum tempora, significantia, quum in statu constructo posita genitivis praemittantur, praepositionum munere funguntur.

1163. Ex quo genere sunt *locum* significantia: دُبْرَ pone, قُرْبَ prope, صِرَاطَ in via, شَرْقِيَّ ab oriente, شَامِيَّ et غَرْبِيَّ ab occidente, قِبْلِيَّ et يَمَانِيَّ ab austro, شِمَالِيَّ ab septentrione, مَكَانَ loco, pro, مَقَامَ

loco. Ponuntur enim جَعَلَ كَلَامَكَ دَبْرَ أُذُنِهِ posuit dictum tuum pone aurem i. e. sprevit id, مَوْضِعٌ بِعَرَفَةَ قُرْبَ نَمِرَةٍ locus in Arfa prope Namiram, Kâm. 1345. 1416. 256. لَأَقْعُدَنَّ لَهُمْ صِرَاطَكَ insidiabor iis in via tua, Sacy gr. 1. par. 1111. وَحِصْنٌ يَمَانِيَّ صَنْعَآءَ وَآخَرُ شَامِيَّهَا et castellum ab austro Sanaae, atque aliud ab occidente eius, Kâm. 592. 497. 256. 1239. وَٱسْتَعْمَلَ جَرِيرًا مَكَانَهُ atque ducem creavit Dscherîrum pro illo, Tab. annal. vol. 2. pag. 208. قَعَدْتُ مَقَامَهُ consedi loco illius.

Arabes vero ea tantum nomina, quae *regionem*, vel *situm*, minus definite demonstrant, ut *ante*, *pone*, *a dextra*, *a sinistra*, in accusativo posita praepositionum adverbiorumque munere fungi perhibent. Quae certum locum demonstrant, ut *templum*, *domus*, *latus*, iis praepositionem فِي *in* praemitti oportere, ut صَلَّيْتُ فِي مَسْجِدِ ٱلنَّبِيِّ precatus sum in templo prophetae; Sacy gr. 1. par. 1111. tom. 2. par. 145.

Nomina مَكَانٌ et مَقَامٌ in accusativo posita pro praepositione tum tantum usurpari perhibent, si verbum commorandi, ut *consistere*, *considere*, iis praemittitur, Sacy loc. cit. Sed paulo latius tamen usus vocabulorum مَكَانٌ et مَقَامٌ patere mihi videtur; quod etiam ea, quae modo attuli: وَٱسْتَعْمَلَ جَرِيرًا مَكَانَهُ suadent; confer Hamâs. pag. 570.

1164. Porro *tempus* significantia sunt haec: زَمَنَ tempore, أَيَّامَ in diebus, دُبُرَ et أَدْبَارَ sub exitu, آخِرَ sub fine, أَوَّلَ sub initio, مَقْدَمَ sub accessu, مَخْرَجَ sub exitu, مَهْبَطَ sub descensu, مُنْصَرَفَ sub reditu, مُنْهَزَمَ sub clade, مُتَوَفَّى sub decessu, مَبْعَثَ sub emissione.

Ponuntur enim: وَكَاهِنٌ مَعْرُوفٌ زَمَنَ كِسْرَى atque augur clarus tempore Chosrois, Kâm. pag. 1295. وَبِهَا كَانَتْ وَقْعَةُ ٱلْحَرَّةِ أَيَّامَ يَزِيدَ atque apud eam commissum est proelium Harrense diebus Jesîdi, Kâm. 497. 610. جِئْتُكَ دُبُرَ ٱلشَّهْرِ adii te sub exitu mensis, Kâm. pag. 520. جِئْتُكَ آخِرَ ٱلشَّهْرِ adii te sub fine mensis, Kâm. loc. cit. وَكَانَتْ تَكْتُبُ إِلَى ٱلرَّشِيدِ أَوَّلَ خِلَافَتِهِ atque illa litteras dabat ad Erraschîdum sub initio eius chalifatus, Agân. art. Aschdscha. فَسَمِعْتُهُمْ مَقْدَمَهُمْ عَلَيْنَا يَقُصُّونَ audivi eos sub accessu illorum ad nos [i. e. quum accederent illi ad nos]

sententiam ferre, Tab. annal. vol. 2. pag. 60. فَرَّقَ خَالِدٌ مَخْرَجَهُ مِنَ ٱلْيَمَامَةِ إِلَى ٱلْعِرَاقِ جُنْدَهُ ثَلَٰثَ فِرَقٍ distribuit Châled sub exitu suo ex El jemâma ad El irâkam agmen suum in tres partes, loc. cit. pag. 10. كَانَ أَوَّلَ مَنْ لَقِيَ خَالِدٌ مَهْبِطَهُ ٱلْعِرَاقَ هُرْمُزُ fuit primus eorum, in quos incidit Châled sub descensu suo in Irâkam, Hormos, loc. cit. pag. 20. وَذَٰلِكَ مُنْصَرَفَ رَسُولِ ٱللّٰهِ مِنْ غَزَاةِ تَبُوكَ atque hoc factum est sub reditu legati Dei ab expeditione Tebûkensi, Agân. art. Amr ben maadi karib. مَاتَ شَهْرُ إِيرَانَ مُنْهَزَمَ هُرْمُزَ mortuus est Schehr îrân sub clade Hormosi, Taber. annal. vol. 2. pag. 126. وَقَدْ رَأَيْتَنِي مُتَوَفَّى رَسُولِ ٱللّٰهِ ac iam me vidisti sub decessu legati Dei, loc. cit. pag. 128. مَبْعَثَكَ sub emissione tua, مَبْعَثَهُمَا sub emissione utriusque; loc. cit. pag. 86.

C. *Generalia quaedam de praepositionum usu.*

1165. Si eadem praepositio ad nomina duo, vel plura, particula وَ inter se coniuncta pertinet, primo tantum nomini praemitti solet; ut رَجُلَانِ يُقَالُ لِأَحَدِهِمَا عُقَيْلٌ وَٱلْآخَرِ مَالِكٌ viri duo, quorum alteri dicebatur Okail, alteri Mâlik; in quibus ٱلْآخَرِ pro لِلْآخَرِ ponitur; Agân. art. Mutajjam. لَيْسَ لِي عَلَيْهِمْ فَضْلٌ فِي نَسَبٍ وَلَا فِعْلٍ non est mihi prae iis praestantia in genere, neque in facto; in quibus فِعْلٍ pro فِي فِعْلٍ positum est; Agân. art. Dsikr el hadr.

Si vero praepositio ad pronomen unum, nomenque unum, vel ad pronomina duo pertinet, tum bis poni solet; ut قَالَ لَهَا وَلِلْأَرْضِ dixit ad eam, atque ad terram, par. 1157. art. 1. Sed etiam tum interdum praepositio pronomini tantum praemittitur, ut مَنْ يَصْلِي بِهَا وَسَعِيرِهَا quicunque se calefacit apud eam, flammamque eius; Sacy gr. 2. par. 495. 496.

1166. Quum praepositiones nomina sibi subiungant in statu obliquo, sive casu genitivo, posita, pronomina personalia sibi subiungere non possunt nisi suffixa, genitivum significantia, par. 1012. 1014. Praepositiones لَدُنْ عَنْ مِنْ euphoniae causa Nûnam plerumque geminant, si suffixum ىِ..... subiungitur.

Excipiuntur vero praepositiones تَ *per!* مُذْ *ex quo*, quae suffixa sibi non subnectunt, ac praepositiones كَ *sicut*, et حَتَّى *usque ad*, quae raro suffixa adsciscunt.

1167. Praepositio plerumque *nomen* vel *pronomen* sibi subnectit. Inter praepositionem ac nomen in genitivo positum interdum مَا encliticum interponitur, par. 1094. Sacy gr. 2. par. 117. 685.

Sed praepositio etiam *praepositionem*, quae primitus nomen fuit, sibi subnectere potest, par. 1125. art. 2. Atque satis frequenter مِنْ *ex* sibi subnectit praepositionem aliam; quod rarius faciunt إِلَى *ad* et فِي *in*; Ewald gr. par. 596.

Porro praepositio *adverbium*, quod primitus nomen fuit, sibi subnectere potest, par 1125. art.3. ut مِنْ قَبْلُ ex antea i. e. antea, مِنْ بَعْدُ ex postea i. e. postea, مِنْ حَيْثُ ex ubi i. e. unde, إِلَى حَيْثُ ad ubi i. e. quo, بِحَيْثُ in ubi i. e. ita ut.

1168. Praepositio sibi subnectere potest verbum, vel totam enuntiationem, interposita coniunctione أَنْ *ut*, vel pronomine مَا *quod;* quibuscum coniuncta praepositio ipsa in coniunctionem abit, par. 1099. 1125. art. 2. Ita ponuntur لَمْ يَقْدِرْ عَلَى أَنْ يُدْرِكَنِي non valuit ad id, ut me adsequeretur i. e. non potuit adsqui me, بَعْدَ مَا ٱنْهَزَمَ جَيْشُهُ postquam fusum est agmen eius, إِلَى أَنْ بُويِعَ لَهُ donec fides sponsa est ei; Sacy gr. 2. par. 356. 363. Ewald gr. par. 625.

Sed praepositiones لِ et حَتَّى in coniunctionem *ut*, *donec*, abeuntes praemittuntur verbis, nulla particula interposita, par. 1130. art. 10. par. 1138.

1169. Raro praepositio alia praemittitur verbo, vel toti enuntiationi, nulla particula interposita. Praepositio بِ *in* par. 1129. art. 3. 5. passim ita praefigitur verbo. Quod tum quidem fit, si pro aliquo nomine ponitur enuntiatio ex antecedentibus pendens. Exempla sunt: وَٱللّٰهِ مَا هِيَ بِنِعْمَ ٱلْوَلَدُ per Deum! non est haec: „praestat hoc infans!“ i. e. non est haec ea, quam laudent verbis: „praestat hoc infans“ par. 610. تَنَادَوْا

بِٱلرَّحِيلِ غَدًا conclamarunt cum: „discessus cras!" i. e. exclamarunt verba: „discessus fiet cras!" أَنْهَاكُمْ عَنْ قِيلَ وَقَالَ dehortatus est vos ab: dictum est et dixit i. e. dehortatus est vos ab garrulitate; Sacy gr. 2. par. 364. 365. 234.

1170. Verbi significationem praepositio, quae ad verbum adponitur, saepe immutat, vel adcuratius definit, quemadmodum hoc in linguis aliis fieri solet. Ita ponuntur دَخَلَ إِلَيْهِ introivit ad eum, ingressus est conclave eius, دَخَلَ عَلَيْهِ supervenit ei, adiit eum, عَدَلَ إِلَيْهِ vergit ad eum, عَدَلَ عَنْهُ vergit ab eo i. e. declinat se ab eo.

Interdum verbo praepositio adiecta significationes verborum duorum infert, ut قَامَ surrexit, قَامَ إِلَيْهِ surrexit ad eum i. e. surrexit atque accessit ad eum.

Verborum nonnullorum alias accusativum sibi adiungentium significatio, si praepositio accitur, in metaphoricam abit; ut أَخَذَ شَيْئًا cepit aliquam rem, et أَخَذَ بِٱلشَّيْءِ incepit illam rem. Sed singula haec cognosci non possunt, nisi ex lexicis; Sacy gr. vol. 2. par. 218. 219. Ewald gr. par. 540. 543. 547. 570. 571.

Forma verborum *tertia* hoc sibi proprium quidem habet, ut accusativum complementi sibi adiungat, par. 374. Sed interdum tamen haec quoque verbi forma praepositionem accit, ut سَفَرَ profectus est, سَافَرَ إِلَى ٱلْبَلَدِ profectus est in illam terram, Kâm.

1171. Formae verborum passivae, itemque infinitivi, participiaque, adiectivaque intensiva formae أَفْعَلُ par. 687. easdem praepositiones, quas praeteritum activum sibi adiungit, accire solent. Ita ponuntur:

1. *pass.* جَآءَ بِهِ venit cum eo i. e. attulit eum, جِيءَ بِهِ ventum est cum eo i. e. adlatus est, قَدَرَ عَلَيْهِ superavit eum, قُدِرَ عَلَيْهِ superatus est ipse; Ewald gr. par. 547.

2. *infin.* أَطَّلَعَ عَلَى ٱلشَّيْءِ cognovit rem, ٱلْإِطِّلَاعُ عَلَى ٱلشَّيْءِ cognitio rei.

3. *particip.* أَتَى بِهِ adduxit eum, آتٍ بِهِ adducens eum, كَفَرَ بِهِ sprevit eum, كَافِرٌ بِهِ spernens eum.

4. *adiect. intens.* حَبَّ إِلَيَّ carus fuit mihi, أَحَبُّ إِلَيَّ perquam carus mihi, أَحْتَاجَ إِلَيْهِ indiguit illius, أَحْوَجُ إِلَيْهِ perquam indigens illius.

1172. Verba nonnulla, quae plerumque per praepositionem accitam sibi subnectunt complementum, interdum eam licentiam sibi sumunt, ut complementum in accusativo positum sibi subnectant. Ita pro أَوْسَعَ عَلَى ٱلْمُرْمِلِ beneficus fuit erga pauperem, شَكَرْتُ لَهُ gratias egi ipsi, rarius أَوْسَعَ ٱلْمُرْمِلَ et شَكَرْتُهُ ponuntur.

Atque poetae hanc licentiam interdum sibi dant, ut praepositionem genitivo praemittendam omittant; ut اِذَا قِيلَ أَيُّ ٱلنَّاسِ شَرٌّ قَبِيلَةً أَشَارَتْ كُلَيْبِ i. e. si dicitur: „quinam homines sunt pessima tribus?“ monstrant ad Koleibum. In his enim أَشَارَتْ كُلَيْبٍ pro أَشَارَتْ إِلَى كُلَيْبٍ posita sunt; Sacy gr. 2. par. 683. 684. Ewald gr. par. 540. 597.

1173. Quodsi verbum intransitivum, aliqua praepositione atque coniunctione أَنْ par. 1168. accitis, enuntiationem vel verbalem, vel nominalem, sibi subnectit, praepositionem illam omitti licet, dummodo ne ambiguitas orationis inde oboriatur. Itaque pro لَمْ يَقْدِرْ عَلَى أَنْ يُدْرِكَنِي non valuit ad id, ut me adsequeretur, par. 1168. etiam لَمْ يَقْدِرْ أَنْ يُدْرِكَنِي poni potest. Pro عَجِبْتُ مِنْ أَنْ يَخْرُجَ عَلَيَّ miratus sum propterea quod invadit in me, etiam عَجِبْتُ أَنْ يَخْرُجَ عَلَيَّ poni licet.

Sed pro رَغِبْتُ عَنْ أَنْ أَفْعَلَ ذَلِكَ inclinavi ab eo, ut facerem illud i. e. nolebam facere illud, poni رَغِبْتُ أَنْ أَفْعَلَ ذَلِكَ non licet. Nam hoc etiam pro رَغِبْتُ فِي أَنْ أَفْعَلَ ذَلِكَ inclinavi ad id, ut facerem illud i. e. volebam facere illud, poni potuisset. Utrumque enim usitatum est: رَغِبْتُ فِي inclino ad, et رَغِبْتُ عَنْ inclino ab; par. 1170. Igitur in illis verbis ex praepositione omissa oboritur ambiguitas orationis; Sacy gr. 2. par. 679. 680.

Caput tertium.

De adverbiis.

1174. Adverbia tum ad verba, tum ad nomina, adponuntur, qualitatem sive circumstantiam eorum adcuratius demonstrantia, inprimis locum, tempus, modum; ut: fugit *retro*, venit *heri*, *prorsus* amicus. Sunt adverbia nonnulla locum vel tempus significantia, quae in coniunctiones abeunt, si ad subnectendam novam sententiam ponuntur, par. 1124. Nam in verbis: *ubi eum quaeram?* particula *ubi* munere adverbii fungitur; sed in verbis: *portus est, ubi primum sinus inflectitur,* particula *ubi* in coniunctionem abiit; Zumpt gr. lat. Berol. 1824. pag. 235. 272.

Porro adverbiis adnumerari solent particulae adfirmantes, ut: *nae*, *utique*; et negantes, ut: *non*, *neutiquam*. Ad quarum naturam satis prope accedunt particulae interrogatoriae: *num? an? nonne? utrum-an?* quae plerumque coniunctiones interrogativae vocantur.

In has igitur classes, quae varias adverbiorum significationes distinguunt, adverbia arabica dispertiemus.

1175. Quodsi formas adverbiorum arabicorum spectamus, distingui possunt:

1. vocabula simpliciora, sive primitiva; ut: لَ certe, إِي nae, لَا non, أَ num?

2. nomina in Dammam desinentia, ut قَبْلُ antea. Quorum nonnullis مِنْ ita praemitti potest, ut sensus non mutetur, ut مِنْ قَبْلُ antea, par. 1125. art. 3.

3. nomina pauca in Kesram desinentia, ut أَمْسِ heri, جَيْرِ imo.

4. nomina in Fatcham desinentia, ut أَيْنَ ubi? كَيْفَ quomodo? سَوْفَ posthac.

5. nomina permulta in Fatcham nûnatam desinentia, ut قَبْلًا antea, بَعْدًا postea, par. 1125. Qua forma nûnata tum utuntur, si haec vocabula non certum quendam terminum vel gradum spectant, sed cum vi absoluta ponuntur; Sacy gr. 2. par. 260.

6. nomina dschesmata, ut أَجَلْ certo, نَعَمْ sane, قَطْ prorsus, قَدْ iam; par. 764.

Denique praepositio مِنْ cum adiecto nomine indefinito passim pro adverbio usurpatur, si adverbium cum vi absoluta ponendum est; ut خَارِجٌ exterior, مِنْ خَارِجٍ foris, دَاخِلٌ interior, مِنْ دَاخِلٍ intus, قَبْلٌ anterior, مِنْ قَبْلٍ antea; par. 1125. art. 3. Sacy gr. 2. par. 260.

1. *Adverbia locum spectantia.*

1176. Ex his sunt:

1. أَيْنَ ubi? مِنْ أَيْنَ unde? إِلَى أَيْنَ quo? Exclamatio أَيْنَ مِنِّي هٰذَا ٱلشَّيْءُ ubi est prae me haec res? significat: quantum abest a me haec res! par. 1143. art. 6. Deinde أَيْنَ etiam in interrogatione haud recta ponitur, ut: لِأَنْظُرَ أَيْنَ فَصَاحَتُهُ مِنْ صَبَاحَتِهِ ut videam, ubi sit eius facundia prae eius venustate i. e. ut videam, si eius facundia respondeat eius venustati; Freyt. lex.

Porro أَيْنَ *ubi* et أَيْنَمَا *ubicunque* in parte altera enuntiationis conditionalis cum futuro decurtato vel praeterito coniuncta ponuntur; ut أَيْنَمَا أَضَاءَ لَهُمْ مَشَوْا فِيهِ ubicunque eluceat iis, incedunt in eo; Sacy gr. 1. par. 403. tom. 2. par. 66.

2. حَيْثُ ubi, مِنْ حَيْثُ unde, Sacy gr. 1. par. 405. إِلَى حَيْثُ quo; quae in interrogatione haud recta ponuntur. Exemplum est: ٱلَّذِى يَضَعُ رِجْلَيْهِ حَيْثُ يَنْبَغِى qui ponit pedes ubi convenit, Kâm. pag. 633. Perraro fit, ut حَيْثُ tanquam praepositio nomen in genitivo positum sibi subnectat, ut: حَيْثُ لَيِّ ٱلْعَمَايِمِ apud plicaturam cidarum; Sacy gr. 2. par. 255. Ewald gr. par. 757.

Raro حَيْثُ *ubi* tempus respicit; ut لَمْ نَرِمْ جَوْزَ ٱللَّيْلِ حَيْثُ يَمِيلُ non immisimus nos in medium noctis, quum vergeret, Hamâs. pag. 403.

Deinde حَيْثُ *ubi* et حَيْثُمَا *ubicunque* in parte altera enuntiationis conditionalis eodem modo quo أَيْنَ et أَيْنَمَا ponuntur.

Porro ut coniunctiones usurpantur:

a. حَيْثُ quia; ut وَنَافَرَ ٱلْهِنْدِىُّ جَابَانَ حَيْثُ خَطَّأَهُ aemulatus est Indus Dschâbânum, quia ipsum erroris arguerat; Tab. ann. vol. 2. pag. 292. Fâkehet pag. 47. lin. 8.

b. حَيْثُ أَنَّ ita ut, in tantum ut; ut خُلِقَ ٱلْإِنْسَانُ حَيْثُ أَنَّهُ ضَعِيفٌ confectus est homo ita, ut sit infirmus, Sacy gr. 2. par. 151.

c. بِحَيْثُ ita ut, in tantum ut, par. 1129. art. 5. ut ذَهَبُوا بِحَيْثُ لَا يُقْدَرُ عَلَيْهِمْ discesserunt ita, ut inaccessi essent, Kâm. pag. 633. بِحَيْثُ لَا يَخْتَصُّ أَحَدٌ بِٱمْرَأَةٍ ita ut non sibi propriam haberet ullus feminam, Abulf. anteisl. pag. 88. Fâkehet pag. 28. Ajjuhal walad pag. 36.

Pro حَيْثُ rarius حَيْثَ et حَيْثِ ponuntur; Kâm.

3. هُنَا hîc, hoc loco, مِنْ هُنَا hinc, إِلَى هُنَا huc, مِنْ هَنِي hinc, Kâm. Cum syllaba demonstrativa هَا adiecta ponitur; هَاهُنَا hîc; cum pronomine suffixo هُنَاكَ et هُنَالِكَ illic, par. 1042. 1058. Formae هَنَّا هَنَّاكَ هَاهَنَّا هَاهَنَّاكَ illic! a Fîrûsâbâdensi abitum iubere dicuntur; ut: هَاهَنَّا abito!

4. ثَمَّ ibi, istic, hebr. שָׁם ibi. Quod ab ثُمَّ *tum* distingui oportet; par. 1183. art. 3.

1177. Porro ex his sunt: أَمَامَ et مِنْ أَمَامِ et أَمَامًا a fronte, وَرَآءَ et مِنْ وَرَآءِ et وَرَآءً a tergo, خَلْفَ et مِنْ خَلْفِ pone, يَمِينَ et يَمِينًا et ٱلْيَمِينَ ad dextram, شِمَالَ et شِمَالًا et ٱلشِّمَالَ ad laevam, يَسَارًا ad laevam, قِبَلًا et قُبُلًا coram, فَوْقَ et مِنْ فَوْقِ supra, إِلَى فَوْقُ sursum, مِنْ فَوْقُ desuper, عَلُ et مِنْ عَلُ super, تَحْتُ et مِنْ تَحْتُ infra, دُونَ infra, مِنْ خَارِجٍ foris, مِنْ دَاخِلٍ intus, غَرْبًا ad occidentem, شَرْقًا ad orientem, بَرًّا وَبَحْرًا terra marique; Sacy gr. 1. par. 1122. 1155; tom. 2. par. 144. 145. 260. Ewald gr. par. 475. Ea tantum nomina, quae regionem vel situm minus definite demonstrant, ita in accusativo posita pro adverbiis usurpari perhibentur; par. 1163.

2. *Adverbia tempus demonstrantia.*

1178. Ex his adverbiis sunt:

1. مَتَى *quando?* حَتَّى مَتَى *quousque?* ut: مَتَى تَأْتِينِي quando conveniet illa me? Deinde in interrogatione haud recta saepe مَتَى *quando, simul ut*, et مَتَى مَا *quandocunque*, ponuntur cum praeterito adiecto; ut:

وَكَانَ مَتَى أَرَادَ خَلْعَ طَاعَتِهِ دَخَلَ ٱلْبَرِّيَّةَ atque, quando volebat exuere obsequium in eum, abibat in desertum, Sacy chrest. 1. pag. 42. ar. وَقَدْ كَتَبَ إِلَى عُمَّالِهِ بِإِمْسَاكِهِ مَتَى ظَفِرُوا بِهِ atque scripserat suis praefectis, ut eum adtinerent, simul ut potirentur eo; Abulf. annal. tom. 2. pag. 314.

Porro مَتَى *quando*, *quodsi*, مَتَى مَا *quandocunque*, in parte altera enuntiationis conditionalis cum futuro decurtato vel praeterito coniuncta ponuntur; ut مَتَى أَدْنُ مِنْهُ يَنْأَ عَنِّي quando propior fio ab eo, tum recedit a me, كُمَيْتٍ مَتَى مَا تُعْلَ بِالْمَاءِ تَزْبُدْ vini, qui, quandocunque superfunditur aqua, spumat, Taraf. moall. vers. 59. 69. Sacy gr. 1. par. 403. 420. Ewald gr. par. 739. 765.

Raro fit, ut مَتَى pro praepositionibus *ex* et *in medio* ponatur, ut أَخْرَجَهَا مَتَى كُمِّهِ eduxit eam ex manica sua, وَضَعْتُهُ مَتَى كُمِّي reposui eum in media manica, Kâm.

2. أَيَّانَ et إِيَّانَ *quando?* quod ex أَيَّ آنٍ *quonam tempore?* par. 1104. conflatum esse censetur. Atque etiam in enuntiatione conditionali أَيَّانَ *quandó* eadem ratione qua مَتَى poni a Sacyo perhibetur, gr. 2. par. 66. atque a Freytagio أَيَّانَ مَا *quandocunque*.

1179. Porro ex his adverbiis sunt:

1. إِذْ *tum*, quae particula esse videtur forma decurtata particulae إِذَا *tum*. Quae particulis hebraicis אָז et אֲזַי *tum* respondere, atque ex particula demonstrativa *a* et pronomine ذَا compositae esse censeri possunt; Hupfeld in ephemer. orient. gotting. tom. 2. part. 3. pag. 434.

Particula إِذْ vero valet:

a. *tum!* rem subito comparentem significans. Plerumque post بَيْنَا vel بَيْنَمَا *dum* praemissum particula إِذْ ita ponitur, ut partem alteram sententiae introducat; ut: بَيْنَا طَلْحَةُ وَزُبَيْرٌ يَسِيرَانِ بَيْنَ مَكَّةَ وَٱلْمَدِينَةِ إِذْ عَرَضَ لَهُمَا أَعْرَابِيٌّ dum Talcha et Sobeir iter faciunt inter Mekkam atque El medînam, tum occurrit iis quidam Arabs; agân. art. Mutajjam.

Nominibus tempus demonstrantibus, in accusativo positis, subiungitur إِذْ *tum* sive *illius temporis*, quasi genitivus definiens. Ita finguntur adverbia

يَوْمَئِذٍ die illius temporis i. e. die illo, لَيْلَتَئِذٍ nocte illa, حِينَئِذٍ tempore illo, سَاعَتَئِذٍ hora illa, وَقْتَئِذٍ momento illo, par. 1059. Sacy gr. 1. par. 1143. Ewald gr. par. 490.

b. *quum*, *quando*, tempus significans, modo praeteritum, modo futurum. Subiunguntur huic particulae quum praeterita, tum futura; ut: سَايَلُونَا عَنْ حَالِنَا إِذْ قَدِمْنَا interrogarunt nos de conditione nostra, quum advenissemus, Abulf. annal. tom. 2. pag. 88. وَإِذْ نَجَّيْنَاكُمْ مِنْ آلِ فِرْعَوْنَ atque quum eripuissemus vos ex gente Pharaonis [i. e. mementote illius temporis, quum eripuissemus] sûr. 2. v. 46. وَلَوْ تَرَى ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا إِذْ يَرَوْنَ ٱلْعَذَابَ o si videres eos, qui improbi fuerunt, quum videbunt poenam! Sacy gr. 1. par. 1145. Ewald gr. par. 739.

Composita usurpantur:

إِذْمَا *quum*, *quando*; ut إِذْمَا تَأْتِنِي آتِكَ quando me convenies, conveniam te; Freytag lexic. Sacy gr. 2. pag. 610.

بَعْدَ إِذْ *postquam*; ut وَنُرَدُّ عَلَى أَعْقَابِنَا بَعْدَ إِذْ هَدَانَا ٱللّٰهُ atque reprimemur in calces nostras [i. e. atque repellemur retro] postquam recte duxit nos Deus? sûr. 6. v. 70. Sacy gr. 1. par. 1146.

إِذْذَاكَ vel إِذَّاكَ *tunc*, *illo tempore*, Harîr. pag. 585. Quemadmodum etiam يَوْمَ ذَاكَ *illo tempore* fictum est, par. 1059.

c. *quia*, *quandoquidem*, causam significans; ut: فَبَلِينَا إِذْ كُلُّ عَيْشٍ بَالٍ itaque evanuimus, quandoquidem quaevis vita evanescit; agân. art. Ebn mofarrig. إِذْ كَانَ عَدُوُّهُمْ يَنَالُ غَرْضَهُ مِنْهُمْ quandoquidem hostis eorum adsequebatur propositum suum, quod illos spectabat, Hamâs. pag. 97. Sacy anth. pag. 167.

2. إِذَا *tum*; quod quidem valet:

a. *tum!* rem subito comparentem significans; ut وَدَخَلْتُ لِأَنْظُرَ أَيْنَ رَأْسُ ٱلرَّجُلِ فَإِذَا ٱلسِّرَاجُ يَزْهَرُ atque introivi, ut viderem, ubinam esset caput illius viri; atque tum lucerna lucem emittebat; Taber. ann. vol. 1. pag. 72. فَبَيْنَا هُوَ يَسِيرُ إِذَا هُوَ بِرَهْجٍ atque dum ille iter faciebat, tum ille cum pulvere [i. e. tum ille in nubem pulveris incidit] par. 1129.

art. 5. Koseg. chrest. pag. 103. 13. وَإِذَا بِالْمَمْلُوكِ خَارِجًا مِنَ ٱلْقَصْرِ ac tum cum illo servo, qui erat egrediens ex arce [i. e. ac tum comparuit ille servus, egrediens ex arce] loc. cit. pag. 11. 17. Particulam إِذَا inprimis *statum* quendam comparentem significare censet Ewaldus gr. par. 740. ut وَإِذَا زَيْدٌ يَضْرِبُهُ عَمْرٌو atque tum Seidus [visus est], quem verberabat Amr; Sacy gr. 2. par. 341. 152. 703.

b. *quum, quando*, tempus significans, maxime futurum. Subiunguntur vero huic particulae praeterita; ut ٱسْتَجِيبُوا لِلّٰهِ وَلِلرَّسُولِ إِذَا دَعَاكُمْ إِلَى مَا يُحْيِيكُمْ obsequimini Deo, atque legato, quum vocabit vos ad id, quod vos vivificabit, إِذَا جَآءَ وَعْدُ ٱلْآخِرَةِ جِئْنَا بِكُمْ لَفِيفًا quando veniet promissum vitae extremae, adducemus vos, coetum unum; Sacy gr. 1. par. 384. 385. Ewald gr. par. 739.

Si vero antea, per verbum كَانَ *fuit* praemissum, vel aliter, res praeterita significata est, cui per particulam إِذَا adpositam aliquid subiungitur, tum etiam إِذَا rem illam praeteritam respicit; ut ٱلَّذِينَ كَفَرُوا وَقَالُوا لِإِخْوَانِهِمْ إِذَا ضَرَبُوا فِي ٱلْأَرْضِ أَوْ كَانُوا غُزًّى لَوْ كَانُوا عِنْدَنَا مَا مَاتُوا qui increduli fuerunt, atque dixerunt fratribus, quum hi itinera fecerunt per terram, vel exstiterunt milites: „si mansissent apud nos, non periissent!" Sacy gr. 1. par. 388—91. 95. Ewald gr. par. 761. Cum particula interrogativa أَ *num* praemissa ponitur أَإِذَا *num quando?* par. 233.

Interdum particulae إِذَا *quando* praesens indefinitum significanti subiicitur futurum indicativum; ut وَهُوَ عَلَى جَمْعِهِمْ إِذَا يَشَآءُ قَدِيرٌ atque ille ad collectionem eorum, quando vult, est valens, sûr. 42. v. 28. sûr. 10. v. 16. Tab. ann. vol. 1. pag. 124. Ewald gr. par. 762.

Particulam إِذَا sibi non subiungere nisi enuntiationem verbalem, particulam إِذْ vero tum verbalem, tum nominalem, sibi subnectere perhibet Sacyus gr. 1. par. 1144. tom. 2. par. 255.

Composita usurpantur:

إِذَامَا *quandocunque, quando.* Quae particula sibi subiungit praeteritum vel futurum decurtatum, quae rem futuram significant, nisi antea

res praeterita significata est. Exemplum est: أَثُمَّ إِذَا مَا وَقَعَ آمَنْتُمْ بِهِ num deinde, quando accidet illud, credetis ipsi? Sacy gr. 1. par. 394. 396. tom. 2. par. 66.

حَتَّى إِذَا *quoad quando.* Cuius particulae compositae usus duplex est. Primo enim ea significat quoad quum, introducens enuntiationes duas, quarum prima ex إِذَا *quum*, altera ex حَتَّى *quoad* pendet. Si quae antecedunt rem futuram spectant, tum etiam ea verba, quae particulae illi compositae subiunguntur, futurum significant, ut فَهُمْ يُوزَعُونَ حَتَّى إِذَا جَآؤُوا قَالَ أَكَذَّبْتُمْ بِآيَاتِي atque illi pellentur quoad, quum advenient, dicet ille: num sprevistis signa mea? Sin quae antecedunt rem praeteritam vel praesens indefinitum spectant, tum etiam ea verba, quae particulae illi compositae subiunguntur, ea tempora significant, ut فَٱنْطَلَقَا حَتَّى إِذَا أَتَيَا أَهْلَ قَرْيَةٍ ٱسْتَطْعَمَا أَهْلَهَا ambo iter fecerunt quoad, quum ad gentem urbis cuiusdam venissent, cibum flagitarunt ab eius gente; Sacy gr. 1. par. 392. 393. Ita etiam حَتَّى إِذَا مَا *quoad quum* usurpatur; ibid. par. 394. Deinde vero حَتَّى إِذَا significat quoad, unam tantum enuntiationem introducens, quae sententiam claudit; ut أَجْرِي حَتَّى إِذَا ٱنْتَهَيْتُ إِلَى ٱلْمَدَى curram quoad pervenero ad metam, خَرَجَا حَتَّى إِذَا أَتَيَا صَنْعَآءَ ambo iter fecerunt quoad pervenerunt Sanaam, Tab. ann. vol. 1. pag. 226. 160. 190. Ewald gr. par. 764.

c. *si*, subjungens sibi futurum decurtatum, ut إِذَا تُصِبْكَ خَصَاصَةٌ فَتَحَمَّلْ si te premit egestas, perfer hoc! Quo sensu إِذَا non ponitur nisi apud poetas; Sacy gr. 2. par. 71. Iss eddîn aves, pag. 62. Ewald gr. par. 765.

3. إِذًا et إِذَنْ *tum sane!* modo nervoso introducens enuntiationem consequentem. Usurpatur autem sic:

a. post praemissam particulam conditionalem إِنْ vel لَوْ *si* introducit sententiae partem secundam, vel ei inseritur; ut فَإِنْ فَعَلْتَ فَإِنَّكَ إِذًا مِنَ ٱلظَّالِمِينَ sed si feceris, certe tu tum sane ex scelestis eris, sur. 10. v. 106. وَلَوْ عَاتَبْتَ نَفْسَكَ فِي مَكَانِي إِذًا لَتَرَكْتَ عِنْدَكَ بِٱلْيَمِينِ

atque si vituperasses te ipsum mei causa, tum sane certe relictus essem apud te propter iusiurandum, agân. art. Aschdscha.

b. novam sententiam introducit, vel ei inseritur, respiciens sententiam antecedentem. Unde fit, ut in eiusmodi locis ante إِذًا *tum sane* suppleri possint verba: quae quum ita sint. Quodsi huic particulae إِذًا subiungitur futurum, ponitur futurum subiunctivum, Sacy gr. 2. par. 63. Ewald gr. par. 628. Exempla sunt: قَالَ لَئِنْ شِئْتُمْ لَنُعِيدُهَا جَذَعَةً فَقَالَ عُمَرُ إِذًا يَقْتُلَكَ ٱللّٰهُ dixit ille: „quin, si velitis, convertemus eos in segmenta.“ Cui respondit Omar: „tum sane te interimet Deus!“ Tab. ann. vol. 1. pag. 38. قَالَ إِبْرَاهِيمُ وَقَدْ أَمَرَكَ أَنْ تُعِينَنِي عَلَيْهِ قَالَ إِذَنْ أَفْعَلَ dixit Ibrahîm: „atque iam tibi praecepit, ut me adiuvares ad hoc.“ Ille vero dixit: „tum sane faciam hoc!“ Abulf. hist. anteisl. pag. 26. قَالَ نَعَمْ قَالَ آمْضِ إِذًا عَلَى ٱلطَّائِرِ ٱلْمَيْمُونِ dixit ille: „libenter!“ Dixit igitur hic: „ito tum sane bonis avibus!“ [i. e. si res ita est, ut libenter illa facturus sis, ito bonis avibus] agân. art. Ebn mofarrig. مَا تُنَزَّلُ ٱلْمَلَآئِكَةُ إِلَّا بِٱلْحَقِّ وَمَا كَانُوا إِذًا مُنْظَرِينَ non demittuntur angeli nisi cum veritate, neque sunt tum sane visibiles, sûr. 15. v. 8. لَا أَتَّبِعُ أَهْوَآءَكُمْ قَدْ ضَلَلْتُ إِذًا non sequar placita vestra; nam errarem tum sane [si ea sequerer] sûr. 6. v. 56. sûr. 4. v. 139. Si sententiae huius generis negantes vel prohibentes antecedunt, tum إِذًا reddi potest *alioquin*. Confer Sacy gr. 2. par. 63. anthol. pag. 262. Hamâs. pag. 5. Ewald gr. par. 490. 628. 773.

Pro إِذًا in pausa إِذَا ponitur, Sacy gr. 2. par. 63. Raro pro إِذَنْ forma decurtata ذَنْ usurpatur.

1180. Porro ex his adverbiis sunt:

1. لَمَّا *quum*, *quando*; cui praeteritum subiungitur, quod vere rem praeteritam significat. Saepe post praemissum فَ *itaque*, vel وَ *atque*, vel ثُمَّ *deinde*, haec particula novam sententiam introducit; ut فَلَمَّا ٱنْتَهَى مُونِسٌ إِلَى ٱلْبَرَدَانِ خَرَجَ إِلَيْهِ ٱلْقُوَّادُ itaque, quum pervenisset Munas ad El baradân, egressi sunt ad eum duces, Koseg. chrest. ar. pag. 106. 114.

Interdum sententiae partem secundam introducit, ut فَثَبَتَا بِأَنْفُسِهِمَا لَمَّا خَانَ ٱلْمُقْتَدِرَ مَنْ كَانَ حَوْلَهُ sed constantes se praebuerunt illi duo, quum deseruissent El moktadirum qui circa eum fuerant, ibid. pag. 109. Sacy gr. 1. par. 363. anthol. pag. 167. Ewald gr. par. 739. 740. Rarius fit, ut particulae لَمَّا subnectatur أَنْ *ut* quasi expletivum; ut فَلَمَّا أَنْ جَآءَ ٱلْبَشِيرُ أَلْقَاهُ عَلَى وَجْهِهِ sed quum venisset nuntius, proiecit illud in eius faciem [ad verbum: quum hoc esset, ut venisset] Sacy gr. 1. par. 1150. Fortasse لَمَّا ortum est ex لِمَا *ad id quod, eo quo*, quemadmodum hebraeum כַּאֲשֶׁר conformatum est, Ewald gr. par. 486. Sacy gr. 1. par. 1148.

De adverbio neganti لَمَّا *nondum* infra exponetur. Adverbium لَمًّا *omnino, una*, a verbo لَمَّ *collegit* ductum est; par. 1195.

2. حِينَ *quum, quando, eo tempore quo;* est accusativus nominis حِينٌ *tempus*, par. 1164. Subiungitur ei praeteritum, quod vere rem praeteritam significat; ut وَحِينَ ٱلْتَأَمَ جَمْعُ ٱلْمُصَلَّى طَلَعَ شَيْخٌ فِى شَمْلَتَيْنِ et quum confluxisset coetus templi, comparuit senex quidam amiculis duobus indutus; Sacy gr. 1. par. 364. tom. 2. par. 256. De حِينَئِذٍ dictum est par. 1179. art. 1.

1181. Porro ex his adverbiis sunt:

1. بَيْنَا et بَيْنَمَا *dum, interea dum.* Quae novam sententiam introducunt, plerumque sibi subnectentia nomen vel pronomen; ut فَبَيْنَا هُمْ كَذَٰلِكَ قَدِمَ عِكْرِمَةُ atque dum illi ita [comparati erant], accessit Ikrima, Taber. ann. vol. 1. pag. 224. Sententiae parti secundae tum saepe praefigitur إِذْ vel إِذَا *tum*, وَإِذَا *ac tum*, par. 1179. art. 1. Koseg. chr. ar. pag. 88. Rarius بَيْنَا sibi subnectit verbum, ut بَيْنَا نَسُوسُ ٱلنَّاسَ وَٱلْأَمْرُ أَمْرُنَا إِذَا نَحْنُ فِيهِمْ سُوقَةٌ نَتَنَصَّفُ dum regebamus homines, imperiumque erat imperium nostrum, tum nos inter eos facti sumus ministri famulantes, Hamâs. pag. 534. Ducta sunt haec adverbia ab بَيْنٌ intervallum, par. 1157. Ewald gr. par. 739. Atque pro praepositione بَيْنَ *inter* nonnunquam بَيْنَا poni a Sacyo perhibetur gr. 1. par. 1101.

2. عِنْدَ مَا apud id quod i. e. *dum*, *quum*, et عِنْدَهَا apud illa i. e. *tum*, *illo momento*, عِنْدَ ذٰلِكَ *tunc*, par. 1099. 1156. Koseg. chrest. ar. pag. 78. 85.

3. أَوَّلَ مَا *quum primum*, *simul ut*; ut أَوَّلَ مَا تَمَلَّكَ غَزَاهُمْ simul ut rex factus est, invasit in eos, Abulf. anteisl. pag. 78. conf. par. 1164.

4. بِمُجَرَّدِ مَا *simul ut*; ut فَبِمُجَرَّدِ مَا لَثَمَهُ أَخَذَتْهُ حِكَّةٌ sed simul ut osculatus est eum, occupavit eum scabies, Fâkehet pag. 10. Verba بِمُجَرَّدِ مَا proprie significant: cum solo eo, quod; Ewald gr. par. 739.

5. مَا *quamdiu*, *quantum*; subiungit sibi praeteritum, quod plerumque rem futuram, rarius praeteritam, significat, par. 1095. Ewald gr. par. 757.

6. رَيْثَ et رَيْثَمَا *quamdiu*; ut لَا نَمْسِكُ ٱلْخَيْرَ إِلَّا رَيْثَ نُرْسِلُهُ non possidemus bona nisi quamdiu ea largimur, Harîr. pag. 17.

1182. Porro ex his adverbiis sunt:

1. رُبَّ *aliquoties*, *saepe*; quae particula proprie *copiam* significat. Praemittitur genitivo indefinito, quem plerumque tempus praeteritum sequitur, par. 1118. Sacy gr. 1. par. 1103—1105. tom. 2. par. 245. Ewald gr. par. 485. 521. Porro praemittitur verbo; ut رُبَّ كَانَتِ ٱلْحِيلَةُ مِنَ ٱلْقُوَّةِ أَغْلَبَ saepe fuit astutia praepotentior quam fortitudo; Schultens anthol. pag. 64.

2. رُبَّمَا *aliquoties*, *saepe*, par. 1096. 1099. art. 2. Sacy gr. 1. par. 1106. Ewald gr. par. 485. Verbum ei subiungi solet, ut: وَبُكَاهَا رُبَّمَا أَرَّقَنِي atque fletus eius saepe reddidit insomnem me, Koseg. chrest. ar. par. 156. فَرُبَّمَا تَغِيبُ عَنْهُ nam saepe aberis ab eo, Hamâs. pag. 505. Rarius pro رُبَّمَا ponuntur رُبَمَا رَبَّمَا رَبَمَا رُبَتَمَا رُبَّتَمَا رَبَّتَمَا رَبَتَمَا par. 1118.

3. حَيْرَمَا *aliquoties*, *saepe*, Kâm. pag. 508. Ductum est ab حَيْر spatium.

4. قَلَّمَا et قُلَّمَا *raro*, *paucum est quod*, *raro fit ut*; cui verbum subiungitur, par. 1096. Schultens Hamâs. pag. 396.

5. طَالَمَا *dudum, dudum est quod;* cui subiungitur verbum, par. 1096.

6. كُلَّمَا *quotiescunque*, par. 1099. art. 2. Subiungit sibi praeteritum vel futurum decurtatum. Quae tempora tum futurum vel praesens indefinitum significant; praeteritum vero, si antea res praeterita significata est, par. 1179. art. 2. litt. b. Sacy gr. 1. par. 403. 408. 420. Atque ita haec particula, ubi de re praeterita agitur, maxime usurpatur, Ewald gr. par. 765.

7. مَهْمَا *quotiescunque, utcunque;* quod adverbium eadem quae كُلَّمَا sibi subiungit tempora, eodemque modo. Exemplum est: مَهْمَا أَعْجَزَنِى ٱبْنُ آدَمَ فَلَنْ يُعْجِزَنِى إِذَا غَضِبَ utcunque [quamvis saepissime] me superavit filius hominis, tamen non superabit me quando irascitur, Thaalibi cap. 73. Compositum esse videtur مَهْمَا ex مَا مَا *quid quid* Harîr. pag. 253. saepeque valet *quidquid*, ut وَيَأْخُذُ مَهْمَا أَمْكَنَهُ مِنَ ٱلرَّيَاحِينِ atque capit quidquid potest ex floribus, Abulf. anteisl. pag. 172. et pag. 8. Ewald gr. par. 757. 765.

1183. Porro ex his adverbiis sunt:

1. حَتَّى *quoad, donec, adeo ut;* ut وَٱشْتَدَّ ٱلْبَلَآءُ حَتَّى ظَنَّ ٱلْمُسْلِمُونَ كُلَّ ٱلظَّنِّ atque ingravescebat haec calamitas adeo, ut suspicarentur Moslemi quamvis suspicionem, Abulf. ann. tom. 1. pag. 108. Vide par. 1138. art. 3. 4. Ewald gr. par. 739. Componuntur حَتَّى إِذَا *quoad quum* par. 1179. art. 2. litt. b. حَتَّى لَقَدْ *quoad iam* Sacy chr. ar. tom. 1. pag. 123. حَتَّى إِنَّ *quoad utique, donec* Sacy anth. pag. 76. ar. vel حَتَّى أَنَّ *quoad quod, donec* Sacy chrest. tom. 1. pag. 44. 47. 85. حَتَّى مَ *quousque?* par. 1083.

2. إِلَى أَنْ *quoad quod, donec;* ut إِلَى أَنْ أَقْبَلَ مَوْكِبُ عَلِيٍّ donec accessit turma Alii, Koseg. chrest. ar. pag. 110. Porro إِلَى حِينٍ *ad tempus* et إِلَى يَوْمٍ *ad diem*, huiusque generis alia, etiam ita usurpantur, ut iis verbum subiungatur. Nam nomina tempus significantia non solum per genitivum sequens, sed etiam per verbum, vel enuntiationem sequentem, in statum constructum rediguntur. Exemplum est: إِلَى يَوْمِ يُبْعَثُونَ ad diem, quo resuscitabuntur, Ewald gr. par. 522.

3. ثُمَّ *deinde*, ثُمَّ إِنَّ et ثُمَّ إِنَّهُ *deinde utique*, quae temporis ac rei gestae progressum significant; ut فَرَحَلَ ٱلْعِرَاقِيُّ ثُمَّ قَالَ لِلْجَارِيَةِ itaque discessit ille Irâkita; deinde dixit puellae; ٱلْمَكِّيُّ ثُمَّ ٱلدِّمَشْقِيُّ Mekkita, deinde Damascenus i. e. qui primo Mekkae, deinde Damasci habitavit, Wüstenfeld lib. concinn. nom. pag. 32. Interdum ثُمَّ valet *porro*, enumerationis progressum significans, ut ثُمَّ إِنَّهُمْ قَدْ يَنْسِبُونَ إِلَى ٱلْبَلَدِ porro interdum referunt ad regionem [i. e. nomen gentilitium referunt ad solum natale] loc. cit. ٱلْوَيْلُ ثُمَّ ٱلْوَيْلُ vaeh! iterumque vaeh! Pro ثُمَّ apud poetas passim ثُمَّتَ ponitur, quemadmodum pro رُبَّ etiam رُبَّتَ usurpatur, Hamâs. pag. 478. Ewald gr. par. 631. 733.

4. مُذْ et مُنْذُ *ex quo*, par. 1147. art. 3. ut مُنْذُ ٱفْتَتَحَ ex quo expugnarunt, Koseg. chrest. praef. pag. 18. Porro usurpantur مِنْ يَوْمِ *ex die, quo*, et مِنْ حِينِ *ex tempore quo*; ut مِنْ يَوْمِ حَادَثَنِي ex die, quo loquutus est mecum; vide supra nro. 2.

5. لَدُنْ et لَدُنْ أَنْ *ex quo*; par. 1142. art. 2.

6. ab حِينٌ tempus, plur. أَحْيَانٌ tempora, ducta sunt حِينًا per aliquod tempus, aliquamdiu, فِي ٱلْحِينِ illo tempore, extemplo, أَحْيَانًا per nonnulla tempora, aliquoties.

1184. Porro ex his adverbiis est قَدْ *iam, modo*; quod a nomine قَدٌّ *dissectio, terminatio, portio*, ductum esse, atque proprie *satis* valere videtur. Ita vero reddi potest:

1. *satis, portio iusta*, cum subiuncto genitivo vel pronomine suffixo; ut قَدْ زَيْدٍ دِرْهَمٌ et قَدْ زَيْدٍ دِرْهَمٌ portio Seidi est dirhemus unus i. e. satis est Seido dirhemus unus, قَدِي دِرْهَمٌ portio mea est dirhemus; Taraf. moall. vers. 86. Hamâs. pag. 480. Harîr. pag. 469. Porro قَدْ tanquam verbum sibi subiungit accusativos, ut قَدْ زَيْدًا دِرْهَمٌ explet Seidum dirhemus unus, قَدْنِي دِرْهَمٌ explet me dirhemus unus; Sacy gr. 1. par. 1164. art. 6. chrest. 2. pag. 444.

2. *iam*, rem praeteritam vel perfectam significans. Tum قَدْ praemittitur praeterito, ut قَدْ ذَكَرْنَا وِزَارَةَ جَدِّهِمْ iam exposuimus

wesîratum avi eorum. Quum كَانَ cum praeterito subnexo par. 397. art. 1. demonstret plusquamperfectum, si plusquamperfectum quoddam anterius, quod alia antecessit, significare volunt, inter كَانَ atque praeteritum subnexum particulam قَدْ ita interponunt, ut valeat: *iam antea;* exemplum est: وَمَاتَ ٱلرَّشِيدُ بِطُوسَ وَكَانَ خَرَجَ إِلَى خُرَاسَانَ لِمُحَارَبَةِ رَافِعِ بْنِ ٱللَّيْثِ وَكَانَ هٰذَا ٱلرَّافِعُ قَدْ خَرَجَ وَخَلَعَ ٱلطَّاعَةَ mortuus est Erraschîd Tûssae, quum in Chorâssânam perrexisset ad debellandum Râfium ben elleith; nam hic Râfius iam antea seditionem concitaverat, atque exuerat obedientiam.

Si praeteritum antecessit, tum particula قَدْ cum praeterito subiuncto significare solet plusquamperfectum; ut أَزْمَعْتُ ٱلشُّخُوصَ مِنْ بَرْقَعِيدَ وَقَدْ شِمْتُ بَرْقَ عِيدِ constitui discedere de Barkaïda, quum iam observassem fulgur festi. Quum يَكُونُ cum praeterito subnexo par. 397. art. 3. significet futurum exactum, interdum etiam inter يَكُونُ ac praeteritum subnexum interponitur قَدْ *iam;* ut أَغِيرُوا عَلَى نَعَمِهِمْ فَلْنَأْخُذْهُ فَنَكُونُ قَدْ أَخَذْنَا عِوَضًا مِمَّا صُنِعَ بِنَا incurrite in eorum greges, easque capiamus; tum iam acceperimus compensationem pro eo, quod factum est nobis; Sacy gr. 1. par. 362. 366. 367. 429.

3. *modo, nunc, commode*, rem proxime praeteritam significans, ut قَدْ أَتَى زَيْدٌ modo advenit Seid.

4. *sane;* tum non modo praeteritum, sed etiam futurum sibi subiungit; ut قَدْ أَفْلَحَ مَنْ أَصْلَحَ sane felix est quicunque probus est, قَدْ يَعْلَمُ مَا أَنْتُمْ عَلَيْهِ sane novit ille id in quo versamini.

5. *quidem, interdum, saepe;* tum futurum subiungi solet, ut قَدْ يَصْدُقُ ٱلْكَذُوبُ interdum vera dicit mendax, وَقَدْ يُقَالُ atque interdum dicitur; Sacy anthol. pag. 175. 180. 259.

6. interdum negationem *haud* ante قَدْ supplendam esse perhibet Kâmûs; ut قَدْ كُنْتَ فِي خَيْرٍ فَتَعْرِفَهُ iam [i. e. haud iam] versatus es in felicitate ita ut noveris id. Fortasse eiusmodi enuntiationes interrogative vel ironice dictae sunt; Kamûs pag. 405.

7. saepe قَدْ *iam* et وَقَدْ *ac iam* cum praeterito subnexo introducunt *enuntiationem describentem*, quae circumstantiam rei subiungit; ut جَآؤُوكُمْ قَدْ حَصِرَتْ صُدُورُهُمْ adierunt vos, iam angebantur pectora eorum i. e. adierunt vos, quum angerentur pectora eorum. Pro quibus frequentius etiam جَآؤُوكُمْ وَقَدْ حَصِرَتْ صُدُورُهُمْ ponuntur; Sacy gr. 1. par. 1214. tom. 2. par. 668. 670. anthol. pag. 350.

In eiusmodi enuntiatione وَقَدْ *ac iam* poni oportet, si futurum subiungitur; ut وَقَدْ تَعْلَمُونَ أَنِّي رَسُولُ ٱللّٰهِ إِلَيْكُمْ ac iam scitis [i. e. quum sciatis] me esse legatum Dei ad vos [missum]; Sacy gr. 1. par. 1166. tom. 2. par. 664. 666.

Composita usurpantur:

وَقَدْ *ac iam*; quod, ut modo dictum est, tum praesertim ponitur, si enuntiatio circumstantiam exponens subiungitur.

فَقَدْ *itaque iam, sane iam, etenim*; quod ponitur, ubi enuntiationem, cui قَدْ praemittitur, per coniunctionem فَ introduci oportet. Atque tum praesertim, si sententiae pars prima per أَمَّا *atqui, quod adtinet*, introducta est, alteram partem فَقَدْ introducit; ut وَأَمَّا ٱلْوِلَايَةُ فَقَدْ وَلَّيْتُ ٱبْنَكَ مِصْرَ et quod adtinet praefecturam, sane iam praefeci filium tuum Aegypto; Sacy gr. 1. par. 365. Porro sententiae conditionalis partem alteram فَقَدْ introducit, ut فَإِنْ أَسْلَمُوا فَقَدِ ٱهْتَدَوْا nam si moslemi fiunt, sane iam bene directi sunt, sûr. 3. v. 19. Ewald gr. par. 746. 751.

لَقَدْ *certe iam, omnino*; quod ad affirmandum praemittitur verbo, sûr. 2. v. 86; 5. v. 15. 19. Interdum in sententia conditionali partem secundam لَقَدْ introducit, ut لَئِنْ كُنْتَ صَادِقًا لَقَدْ قَتَلْتَنِي profecto si fuisti veridicus, certe iam me interfecisti, Koseg. chrest. pag. 149.

1185. Porro ex his adverbiis est قَطُّ vel قَطْ *satis, prorsus*; quod a nomine قَطٌّ *sectio* ductum esse videtur. Rarius قَطِ قُطْ قُطُّ قَطّ ponuntur. Ita autem reddi potest:

1. *satis, portio iusta*; tum eodem modo quo قَدْ *satis* genitivum vel accusativum sibi subiungit, par. 1184. art. 1. ut قَطِي et قَطْنِي satis mihi est, قَطْكَ satis tibi est. Porro cum adiecta Nûna قَطْنِ زَيْدٍ دِرْهَمٌ

satis est Seido dirhemus unus, ponitur; Kâm. Sacy chrest. 2. pag. 443.

Cum praemissa coniunctione فَ ponitur فَقَطْ *tumque satis est*, sive: *tantummodo*, ad sententiae finem; ut مَا لَكَ فِي مَجْلِسِي إِلَّا ٱلْقَطُّ فَقَطْ non tibi licet in consessu meo nisi exacutio [calami], tumque hoc satis est [i. e. ad alia progredi noli!] Sacy chr. 2. pag. 445. Rarius قَطُّ ita usurpatur; ut تَوَضَّأَ ثَلَاثًا قَطُّ se abluit ter tantum, Kâm.

2. *prorsus, omnino*; ut أَطْوَلُ صَلوةٍ صَلَّيْتُهَا قَطُّ longissima precatio, quam precatus sum omnino [i. e. unquam], Kâm. Maxime vero in sententiis negantibus, quae tempus praeteritum spectant, ita قَطُّ usurpatur. Tum igitur antecedit particula negans cum subiuncto praeterito, vel futuro decurtato, quod praeteritum repraesentat; ut مَا رَأَيْتُهُ قَطُّ non vidi eum prorsus, sive: unquam; لَا نَالَ قَطُّ ٱلصَّيْدَ non adsequutus est omnino [unquam] praedam, Hamâs. pag. 167.

1186. Porro ex his adverbiis sunt:

1. عَوْضِ، عَوْضَ، عَوْضُ *ullo tempore*, praesertim *futuro*; quod ab nomine عَوْضٌ vicissitudo, tempus, ductum est, Hamâs. pag. 271. In negantibus potissimum ponitur, ut لَا أُفَارِقُكَ عَوْضُ non relinquam te ullo tempore. Rarius haec particula praeteritum spectat, ut مَا رَأَيْتُ مِثْلَهُ عَوْضُ non vidi eius similem ullo tempore, Kâm. Usurpantur etiam مِنْ ذِي عَوْضِ tempore futuro, et لَا أَفْعَلُهُ عَوْضَ ٱلْعَائِضِينَ non faciam id in ulla alternatione alternantium i. e. non faciam id ullo unquam tempore; Sacy anth. pag. 80. ar.

Particula عَوَضًا عَنْ vel عَوَضًا مِنْ vero significat: *vice* alicuius, *loco* alicuius, *tamquam compensationem*; Hamâs. pag. 570.

2. أَبَدًا *perenne*, *in perpetuum*; quod ab أَبَدٌ *perennitas* ductum est, futurum spectans. Ponitur praesertim in sententiis negantibus; ut لَا آتِيهِ أَبَدًا non adibo eum unquam, Hamâs. pag. 782. Nervosius negantia ponuntur لَا آتِيهِ أَبَدَ ٱلْأَبَدِ vel أَبَدَ ٱلْأَبَدِينَ non adibo eum per perennitatem perennitatum i. e. non adibo eum ullo unquam tempore.

3. أُنُفًا et آنِفًا et مِنْ ذِى أُنُفٍ *proxime*, *proximo momento*; quae ab أَنْفٌ anterior pars, ducta sunt; Kâm.

4. سَوْفَ *in posterum*, *posthac*, quod ab سَوْفٌ *finis* ductum praemittitur futuro indicativo et nervoso, ut hoc tempus re vera rem futuram demonstrare apertius significetur. Usurpantur etiam formae decurtatae سَفْ سَىْ سَوْ atque forma سَ futuro praefixa. Exempla sunt: فَٱصْفَحْ عَنْهُمْ وَقُلْ سَلَامٌ فَسَوْفَ يَعْلَمُونَ itaque recede ab iis, ac dic: „salus"; nam posthac illi intelligent, sûr. 43. v. 89. سَيَكْفِيكَهُمُ ٱللّٰهُ posthac muniet te contra eos Deus; Sacy gr. 1. par. 1116. Ewald gr. par. 205.

1187. Porro adverbia temporis significantur his dictionibus:

1. أَمْسِ vespera i. e. heri, par. 763. art. 3. مَسَآءَ أَمْسِ vespera heri, Kâm. Vocabulum indefinitum أَمْسٌ vero non hesternum diem, sed diem aliquem nuper praeterlapsum significare perhibetur, Sacy gr. 1. par. 917. Deinde ٱلْبَارِحَةَ *heri* ponitur pro ٱللَّيْلَةَ ٱلْبَارِحَةَ nocte praeterita; atque ٱلْبَارِحَةَ ٱلْأُولَى *nudius tertius*. Porro سَحَرَ mane, par. 764. art. 3.

2. ٱلْيَوْمَ hoc die, hodie, par. 1044. art. 1. يَوْمًا aliquo die, يَوْمًا فَيَوْمًا quotidie, indies, مِنْ يَوْمِهِ ipso illo die, يَوْمَئِذٍ die illo, par. 1179. art. 1. ٱلسَّاعَةَ hoc momento, سَاعَةً per paullum temporis, aliquamdiu, مِنْ سَاعَتِهِ ipso illo momento, سَاعَتَئِذٍ momento illo, مُذْ سَاعَةٍ proxime, post momentum elapsum, Kâm. pag. 1135. ٱلْآنَ hoc tempore, إِلَى ٱلْآنِ adhuc, وَقْتًا aliquando, لِلْوَقْتِ illico.

3. غَدًا mane i. e. *cras*, بَعْدَ غَدٍ perendie, مِنَ ٱلْغَدِ postridie, مِنْ غَدٍ et فِى غَدٍ cras; Sacy chr. tom. 1. pag. 18. 19. ar.

4. مَرَّةً una vice, aliquando, semel, مَرَّةً بَعْدَ مَرَّةٍ identidem, تَارَةً وَأُخْرَى una vice atque altera, أَوَّلُ et مِنْ أَوَّلُ primo, Sacy gr. 2. par. 260. أَوَّلًا primo, أَوَّلًا أَوَّلًا quamprimum, أَوَّلًا فَأَوَّلًا ordine, آخِرًا أَخِيرًا أَخَرَةً postremo, مَلِيًّا aliquamdiu, أَيْضًا iterum, etiam; quod ab أَيْضٌ *reditus* ductum est.

1188. Denique ex adverbiis tempus significantibus haec sunt:

1. قَبْلُ et مِنْ قَبْلُ antea; ut لَمْ نَكُنْ نَدْعُو مِنْ قَبْلُ شَيْـًٔا non invocabamus antea aliquid, sûr. 40. v. 74. Porro: قَبْلًا antea, Sacy 2. par. 260. مِنْ قَابِلٍ et مِنْ قُبُلٍ et مِنْ ذِى قَبَلٍ antea, prius, Kâm. pag. 1136. قَبْلَ مَا antequam, قُبَيْلُ paulo ante, ut مَوَاضِعُ ذُكِرَتْ قُبَيْلُ loci, qui commemorati sunt paulo ante, Kâm. pag. 1893.

2. بَعْدُ et مِنْ بَعْدُ postea, بَعْدًا postea, بُعَيْدُ paulo post.

بَعْدَ إِذْ posthac, مِنْ بَعْدِ هٰذَا et مِنْ بَعْدِ ذٰلِكَ posthac, فِيمَا بَعْدُ et بَعْدَ أَنْ et مِنْ بَعْدِ أَنْ et بَعْدَ مَا postquam.

لَمْ بَعْدُ nondum, ut وَذٰلِكَ لِأَنِّى لَمْ أَكُنْ بَعْدُ وَصَلْتُ إِلَى ٱلرَّشِيدِ atque hoc fuit propterea quod ipse nondum accesseram ad Erraschîdum, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 9. Sacy gr. 1. pag. 508.

3. *Adverbia modum demonstrantia.*

1189. Ex his adverbiis sunt:

1. كَيْفَ *quomodo?* Ponitur in interrogatione recta, ut كَيْفَ حَالُكَ quomodo est status tuus? i. e. ut vales? Cum coniunctione فَ *proin* praemissa ponitur فَكَيْفَ *proin quomodo?* sive: *quanto magis!* ut هَانَ عَلَى ٱلْأَدْنَى فَكَيْفَ ٱلْأَبَاعِدِ despicitur ab proximo, quanto magis ab alienis! Kâm. هٰذَا غِنَآؤُهَا وَقَدْ أَسَنَّتْ فَكَيْفَ بِهَا وَهِىَ شَابَّةٌ hic erat cantus eius, quum ipsa iam senuisset; quanto magis ea [praestitit], quum puella esset; Koseg. chr. pag. 132.

Deinde in interrogatione haud recta كَيْفَ ponitur; ut مَا أَدْرِى كَيْفَ حَالُهُ nescio quomodo sit eius status.

Porro كَيْفَ *quemadmodum* et كَيْفَمَا *quomodocunque* in parte altera enuntiationis conditionalis cum futuro decurtato vel praeterito coniuncta ponuntur; ut كَيْفَمَا فَعَلْتُمْ ذَهَبُوا عَنْكُمْ quomodocunque agatis, discedent a vobis; Sacy gr. 1. par. 403. tom. 2. par. 66. Kâmûs post كَيْفَ *quemadmodum* in enuntiatione conditionali usurpatum bis poni perhibet eiusdem verbi futurum indicativum, ut كَيْفَ تَصْنَعُ أَصْنَعُ quemadmodum facies, ita faciam.

2. أَنَّى *quomodo?* quo rarius utuntur. Exemplum est: أَنَّى حَلَلْتِ وَكُنْتِ جِدَّ فَرُوقَةٍ بَلَدًا يَمُرُّ بِهِ ٱلشُّجَاعُ فَيَفْزَعُ quomodo devertisti, quum esses valde meticulosa, in terram, quam si praeterit vir fortis, ipse pavescit? Hamâs. pag. 409. Porro in interrogatione haud recta atque enuntiatione conditionali أَنَّى eodem modo quo كَيْفَ ponitur; ut فَأْتُوا حَرْثَكُمْ أَنَّى شِئْتُمْ itaque ite in campum vestrum quomodo velitis! Sacy gr. 1. par. 403. 405. tom. 2. par. 66.

Interdum أَنَّى valet: *ubi?* et: *quando?* Atque hanc particulam ab أَيْنَ *ubi?* ortam esse suspicatur Ewaldus gr. par. 493.

3. مَهْيَمْ *quomodo vales? quid agis? quid adfers?* ut فَقَالَ لَهُ ٱلْقَاضِى مَهْيَمْ يَا أَبَا مَرْيَمْ tum dixit ei iudex: quid agis, o Abu mariam? Harîr. pag. 94. Kâm. pag. 1697.

4. كَمْ *quot?* كَأَيِّنْ *quot?* par. 1121. 1122. لِمَ *quamobrem? cur?* لِمَاذَا *ad quid? cur?* par. 1083. مَا لِى quid mihi, مَا لَكَ quid tibi? i. e. *cur?* Ew. par. 707.

1190. Deinde ex his adverbiis sunt:

1. كَذَا *sicut hoc* i. e. *ita.* Primo ad verbum adponitur, ut كَذَا قَالَ عَلِىٌّ ita dixit Ali. Deinde nomini, quod in statu constructo positum est adverbium كَذَا ita subiungitur, ut fere valeat: *certus quidam, certus ille;* quippe demonstrat certum tempus vel locum non adcurate significatum, sive vicem explet nominis proprii. Exempla sunt: فِى شَهْرِ كَذَا مِنْ سَنَةِ كَذَا mense ita ex anno ita i. e. mense illo certo anni illius certi, in dem und dem Monat des und des Jahres, en un tel mois d'une telle année, Sacy gr. 1. par. 1046. هَبَطَ بَلَدَ كَذَا perrexit in terram ita i. e. in terram n. n. Kâm. pag. 979. Denique كَذَا valet: *tot*, vicem explens numeri, quod adcurate significare nolunt, par. 1123. Cum particula demonstrativa هَا vel هَ praemissa ponitur هَكَذَا *ita*, par. 1176. art. 3. Ajjuhal walad pag. 5.

2. كَذَاكَ et كَذَلِكَ *sicut illud* i. e. *ita, sic.*

3. لِذَاكَ et لِذَلِكَ *propter illud, propterea,* par. 1130. art. 6.

1191. Porro ex his adverbiis sunt:

1. غَيْرُ *aliter*, *praeterea*, quod ad finem sententiae ponitur; ut قَبَضْتُ عَشَرَةً لَيْسَ غَيْرُ cepi decem; non exstat praeterea [alius] par. 1115. Sacy gr. 2. par. 260.

2. دُونُ *praeterea*, par. 1155. quod item ad finem sententiae ponitur; ut سَافَرْتُ مَعَ ٱلْقَوْمِ وَدُونُ iter feci cum his hominibus, atque praeterea; Sacy loc. cit.

3. حَسْبُ *satis*, quod cum coniunctione فَ coniunctum ad finem sententiae ponitur: فَحَسْبُ atque satis est! par. 1161.

4. بَجَلْ *bene! satis est!* quod a verbo بَجَلَ viguit, ductum esse videtur. Ita ponitur: رُدُّوا عَلَيْنَا شَيْخَنَا ثُمَّ بَجَلْ reddite nobis ducem nostrum; tum satis est. Atque saepe huic particulae pronomina suffixa subnectuntur: بَجَلِى et بَجَلْنِى satis mihi est, بَجَلْكَ satis tibi est. Ita dixit Lebîd: بَجَلِى ٱلْآنَ مِنَ ٱلْعَيْشِ بَجَلْ satis mihi est iam ex vita, satis; Hamâs. pag. 145. 299.

1192. Porro ex his adverbiis sunt:

1. لَعَلَّ *fortasse*, *ut forte*, *si forte*; quod ex verbo عَلَّ *evenit* atque particula لَ *certe* conflatum esse suspicantur; Sacy gr. 1. par. 1122. Ewald gr. par. 491. Atque apud poetas etiam عَلَّ *fortasse* ponitur. Praemittuntur autem hae particulae:

a. nomini, quod in accusativo positum est, vel pronomini suffixo. Exempla sunt: وَلَعَلَّ أَحْدَاثَ ٱللَّيَالِى وَٱلرَّدَى يَوْمًا سَتَصْدَعُ بَيْنَنَا ac fortasse eventa noctium atque mors aliquando discidium efficient inter nos, Koseg. chr. pag. 154. ثُمَّ عَفَوْنَا عَنْكُمْ مِنْ بَعْدِ ذَلِكَ لَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ deinde ignovimus vobis post illud, ut fortasse vos grati fieretis [si forte grati fieretis] sûr. 2. v. 49. Cum pronomine personae primae singularis لَعَلِّى et لَعَلَّنِى *fortasse ego* ponuntur; Sacy gr. 1. par. 1254.

Nomen particulae لَعَلَّ proxime subiunctum, quum subiectum enuntiationis demonstret, in nominativo poni oportebat. Sed particula لَعَلَّ perinde ut coniunctio أَنَّ *quod* nomen illud in accusativum redigit, ut ex

particula لَعَلَّ totam enuntiationem sequentem, tanquam particulae obiectum, pendere animadvertant auditores. Igitur sententiae قَالَ أَنَّ ٱلْمَلِكَ قَدْ أَتَى et لَعَلَّ ٱلْمَلِكَ قَدْ يَأْتِي proprie significant: *dixit:* „[significo hanc rem] *regem iam venisse*, et: *fortasse* [significo hanc rem] *regem sane venturum esse;* Ewald gr. par. 563. 567. Okailitae particulae لَعَلَّ genitivum subiunxisse feruntur; Sacy anth. pag. 196.

b. coniunctioni أَنْ *ut*. Exemplum est وَلَاكِنْ عَلَّ أَنْ أَتَقَدَّمَ sed fieri potest, ut procedam, Hamâs. pag. 517. Interdum etiam post لَعَلَّ cum pronomine suffixo coniunctum introducitur أَنْ *ut;* ut لَعَلَّهُ أَنْ يَنْصُرَكُمْ fortasse ille ut adiuvet vos [fieri potest, ut ille adiuvet vos] Tab. ann. vol. 1. pag. 240. Sed particulam لَعَلَّ praemittere verbo finito, ut لَعَلَّ تَفْعَلُ fortasse facies, عَلَّ أَفْعَلُ fortasse faciam, a sermone emendatiori alienum esse perhibent; Ewald gr. par. 709.

In sententiis dubitantibus et interrogantibus particula لَعَلَّ valet: *an forte, num forte;* ut إِنْ أَدْرِي لَعَلَّهُ فِتْنَةٌ لَكُمْ haud scio, an forte ille sit tentatio vobis; مَا يُدْرِيكَ لَعَلَّهُ يَزَّكَّى quaenam res significabit tibi, num ille se purget? Sacy gr. 1. par. 1168.

Pro لَعَلَّ rarius لَعَلَّمَا ponitur; quae quidem particula non accusativum, sed nominativum sibi subiungit; par. 1099.

Pro عَلَّ et لَعَلَّ rarius لَعَلْ عَنَّ غَنَّ أَنَّ لَأَنَّ لَوَانَّ رَعَلَّ لَعَنَّ رَعَنَّ لَعَلِّ عَلِّ رَغَنَّ لَغَنَّ poni feruntur; Kâm. pag. 1540. Sacy anth. pag. 196. gr. 1. par. 1170.

2. لَيْتَ *utinam;* quod quidem praemittitur:

a. nomini, quod in accusativo positum est, vel pronomini suffixo; ut لَيْتَ ٱللَّيْلَ لَمْ يَكُنْ فَارِقًا ذُرَاهُمْ utinam nox non fuisset relinquens vertices eorum! Sacy gr. 2. par. 125. لَيْتَ زَيْدًا حَاضِرٌ utinam Seidus praesens [esset]! لَيْتَ شِعْرِي هَلْ أَبِيتَنَّ utinam scientia mea esset [utinam scirem!], num pernoctaturus sim, Koseg. chr. pag. 146. يَا لَيْتَنِي كُنْتُ تُرَابًا o utinam ego essem pulvis! sûr. 78. v. 41. يَا لَيْتَنَا نُرَدُّ o utinam nos reduceremur! sûr. 6. v. 27. Pro لَيْتَنِي *utinam ego!* passim لَيْتِي

ponitur. Accusativum particula لَيْتَ ex eadem causa sibi subiungit, ex qua لَعَلَّ illum casum sibi subnectit. Ewald gr. par. 567. 709.

b. coniunctioni أَنْ *ut;* ut لَيْتَ أَنِّى طَاوَعْتُ سَاعَةً هَارُونَ utinam obtemperassem aliquamdiu Hàrûno! agân. art. Adi ben naufel.

Interdum particulae لَيْتَ subiungitur non modo subiectum, verum etiam praedicatum par. 629. in accusativo positum, ut لَيْتَ أَيَّامَ الصِّبَا لَنَا رَوَاجِعَ utinam dies iuventutis nobis redeuntes [essent]! Sacy gr. 2. par. 125. Denique لَيْتَ passim pro وَجَدْتُ *repperi* poni fertur; ut لَيْتَ زَيْدًا شَاخِصًا repperi Seidum comparentem, Freyt. lex. Sacy gr. 1. par. 1169. Pro لَيْتَ in sermone vulgari nonnunquam رَيْتَ usurpatur; Caussin gr. par. 329.

Apud poetas pro لَيْتَ interdum لَيْتَمَا ponitur, quod tum nominativum, tum accusativum sibi subiungit, par. 1099. Sacy gr. 2. par. 127. Ewald. gr. par. 567.

Particula لَيْتَ *utinam!* fortasse ex لَوْ *si* atque تَ suffixo conflata est, quemadmodum ab ذَا *hic* ductum esse videtur ذَيْتَ *ita;* Ewald. gr. par. 481. 489. Sacyus particulam لَيْتَ ex verbis aramaeis לוּ איח *si esset* conflatam esse suspicabatur, gr. 1. par. 1170. not.

3. Dictiones أَرَأَيْتَ num censes? أَرَأَيْتَكَ num censes tibi? أَرَأَيْتَكُمْ num censes vobis? تَرَى censeas! يَا تَرَى o censeas! يَا هَلْ تَرَى o num censes? usurpantur pro adverbiis: numquid? ecquid? Exempla sunt: أَرَأَيْتَكَ هٰذَا ٱلَّذِى كَرَّمْتَ عَلَىَّ ecquid hic est ille, quem evexisti supra me? sûr. 17. v. 64. يَا تَرَى مَا ذَا بِهِ ecquid? quidnam est in eo? Koseg. chr. pag. 2. 3. Sacy gr. 1. par. 1189. Caussin gr. par. 330. Ewald gr. par. 597. Personis secundis singularis masculinis رَأَيْتَ et تَرَى utuntur, sive ad unam, sive ad plures personas loquuntur. Pronomen illis verbis suffixum significat dativum pronominis perinde ut in pronominibus compositis ذَاكَ *hic*, ذَاكُمْ *hic*, par. 1058.

1193. Porro ex his adverbiis sunt:

1. لَا سِيَّمَا praesertim, quod ab سِيّ *simile* ductum est, igiturque

proprie significat: *non simile, non ad similitudinem*, sicut لَا مِثْلَ مَا *non aeque ut*, Kâm. pag. 1897. Praemittitur haec particula:

a. nominativo; ut أَعْجَبَنِي ٱلْقَوْمُ لَا سِيَّمَا زَيْدٌ placuerunt mihi illi homines non ad similitudinem eius quod est Seidus i. e. placuerunt mihi illi, praesertim Seidus. Tum hoc مَا suffixum esse videtur مَا *coniungens*, par. 1099. Sacy gr. 2. par. 717.

b. genitivo; ut أَعْجَبَنِي ٱلْقَوْمُ لَا سِيَّمَا زَيْدٍ placuerunt mihi illi homines non ad similitudinem Seidi. Tum genitivus زَيْدٍ ex antecedenti nomine سِيَّ pendet, particula مَا interposita vero est مَا encliticum, par. 1094.

c. coniunctioni; ut إِنَّ زَيْدًا لَكَرِيمٌ وَلَا سِيَّمَا إِنْ أَتَيْتَهُ مُصَلِّيًا profecto Seidus certe est munificus, ac praesertim si adis eum precantem, أَعْجَبَنِي ٱلْقَوْمُ لَا سِيَّمَا وَقَدْ تَقَلَّدُوا سُيُوفَهُمْ placuerunt mihi illi homines, praesertim quum iam se cinxissent gladiis suis; Sacy gr. 1. par. 1122. tom. 2. par. 718. Tum مَا esse videtur مَا *coniungens*; Harîr. pag. 152.

Dictiones rarius usurpatae eae esse videntur, quas Fîrûsâbâdensis addit: لَا سِيَّ لِمَا زَيْدٌ et لَا سِيكَ مَا زَيْدٌ et لَا سِيَّةَ زَيْدٌ *praesertim Seidus*, لَا سِيكَ إِذَا فَعَلْتَ *praesertim quum feceris hoc*, لَا سِيَّ لِمَنْ فَعَلَ ذَاكَ *praesertim qui fecerit hoc*.

Porro Fîrûsâbâdensis pag. 1881. pro لَا سِيَّمَا *praesertim* poni perhibet: لَا تَرَ مَا ne vide quod! لَمْ تَرَ مَا non vidisti quod, أَوْ تَرَ مَا aut vides quod.

2. لَا بُدَّ necessario, *utique*; quod proprie *non fugam, nullum effugium, sine effugio*, significat, par. 1217. Praemittitur:

a. praepositioni مِنْ *ab*, cui nomen subiunctum est; ut لَا بُدَّ مِنْ هَذَا nullum effugium est ab hoc i. e. necessario fiet hoc, Hamâs. pag. 348.

b. coniunctioni أَنْ *ut*, cui futurum subiunctivum subiungitur; ut لِأَنْ لَا بُدَّ أَنْ تَهْجُوَ غَيْرَهُ nam nullum effugium est [ab eo] ut insecteris etiam alios i. e. necessario insectaberis etiam alios, agân. art. El hotaia.

c. pronomini مَا *quod*, cui futurum indicativum subiungitur; ut لَا بُدَّ مَا أُفْنِي ٱلْعِدَى nullum effugium est [ab eo] quod deleam hostes; Koseg. chr. pag. 80.

In sermone rudiori etiam مِنْ كُلِّ بُدّ *necessario* usurpari perhibetur; Freytag. lex.

3. لَا جَرَمَ necessario, *profecto*; quod proprie: *non peccatum, sine peccato*, significat. Exempla sunt: لَا جَرَمَ أَنَّهُمْ فِي ٱلْآخِرَةِ هُمُ ٱلْأَخْسَرُونَ necessario illi in extremo ipsi erunt infelicissimi, Sacy gr. 1. par. 1141. لَا جَرَمَ انّا آنَسْنَاهُ necessario certe nos favimus illi, Harîr. pag. 45. لَا جَرَمَ لَآتِيَنَّكَ profecto, certe adibo te, Kâm.

Kâmûs etiam لَا ذَا جَرَمَ non hoc est peccatum, لَا أَنْ ذَا جَرَمَ non, ut hoc sit, est peccatum, لَا عَنْ ذَا جَرَمَ non ab hoc est peccatum, pro *necessario* poni perhibet.

4. لَا مُحَالَةَ necessario; quod proprie: *non defensio, sine defensione* significat, atque pro لَا مُحَالَةَ مِنْهُ nulla defensio est ab eo, ponitur; Kâm.

5. ٱلْبَتَّةَ et بَتَّةً prorsus, quod proprie: *decreto, definito*, significat. Exempla sunt: فَلَا تَشْتَهِي ٱلْبَتَّةَ sed non quaeres hoc prorsus, Ajjuhal walad pag. 32. Nervosius ponitur بَتَّةً بَتْلَةً *prorsus omnino*; Harîr. pag. 528.

6. فَبِهَا bene hoc! *bene fit*; quod proprie: *itaque cum hac re!* significat. Haec dictio enuntiationis conditionalis partem secundam efficit, vel introducit; ut فَإِنْ أَجَبْتَ وَأَطَعْتَ فَبِهَا وَنِعْمَتْ وَإِلَّا فَٱعْلَمْ أَنَّ فِي قَدَمِي ثَلَثَةَ أَشْيَاءَ quodsi adnuis atque obtemperas, bene hoc, atque gratum erit; sin minus, scito, vestigiis meis instare res tres, Sacy gr. 1. par. 1195. Kâm. pag. 1700.

1194. Porro ex his adverbiis sunt:

1. فَضْلًا عَنْ *per eminentiam super, supersedendo.* Quae dictio in enuntiatione affirmante posita valet: multo magis; in enuntiatione negante vel prohibente vero: multo minus, *nedum*. Subiungitur ei:

a. nomen in genitivo positum; ut وَٱلْمَلْكُ يَحْمِي مُلْكَهُ مِنْ لَفْظَةٍ تَسْرِى فَتَجْلَى عَنْ رُوَاةٍ تُعْظِمُ فَضْلًا عَنِ ٱلْكَلِمِ ٱلَّذِى قَدْ أَصْبَحَتْ غَوْغَآءُنَا جَهْرًا بِهِ تَتَكَلَّمُ ac rex protegit regnum suum contra verbum, quod serpit, tumque divulgatur ab narratoribus, qui augent; multo magis contra sermonem, quem iam coepit plebs nostra palam edere, Weyers Ibn khacan pag. 50. لَيْسَ فِي ٱلْجِدَالِ مَجَالٌ فَضْلًا عَنْ ضِرَابٍ وَقِتَالٍ non est ad disputandum occasio, multo minus ad feriendum et pugnandum, Sacy gr. 1. par. 1163. Ita pro فَضْلًا عَنْ rarius فَضْلًا مِنْ ponitur, Sacy gr. 2. par. 845.

b. coniunctio أَنْ *ut* cum futuro subiunctivo subnexo; ut أَكْثَرُهُمْ لَمْ يَعْرِفْ مَا ذَكَرْتُهُ فَضْلًا عَنْ أَنْ يَزِيدَ عَلَيْهِ maior pars eorum non comperit id quod commemoravi, nedum ut quid adiicerent ad hoc, par. 1145. art. 5. Sacy gr. 2. par. 845.

Saepe vero, quae coniunctioni أَنْ praemitti debebat, praepositio عَنْ supprimitur, par. 1173. Ita positum est: لَوْ كَانَ صَوَابًا لَآثَرْتُهُ وَلَمْ أُعْرِضْ فَضْلًا أَنْ أَنْهَى عَنْهُ si hoc esset verum, certe ipse hoc elegissem, neque ab eo me avertissem, nedum ut prohibuissem ab eo; Sacy gr. 1. par. 1163. Ewald gr. par. 738.

2. إِنَّمَا tantummodo; quod adverbium ab Arabibus vocatur حَرْفُ ٱلْحَصْرِ particula restringendi. Ductum esse videtur ab إِنَّ *certe*, par. 1099. art. 2. 3. Ewald gr. par. 488.

Restrictio per إِنَّمَا significata cadit in illud vocabulum, quod ad finem enuntiationis ponitur; nam Arabes gravissima sententiae verba in initio atque in fine enuntiationis collocare solent, tanquam retinacula sententiam constringentia; Ewald gr. par. 669. 736. Igitur ponuntur: إِنَّمَا ٱلْكَاذِبُ زَيْدٌ tantummodo Seidus est ille qui mentitur, إِنَّمَا زَيْدٌ كَاذِبٌ tantummodo mentiens est Seidus, mera mendacia profert Seidus, إِنَّمَا أَجْرِى عَلَى ٱللّٰهِ tantummodo super Deo est praemium meum i. e. a solo Deo praemium meum exspecto, فَإِنَّهُمْ إِنَّمَا عَبَدُوا فِي ٱلْحَقِيقَةِ أَهْوَآءَهُمْ nam illi re vera tantummodo cupiditatibus suis obtemperant,

إِنَّمَا ضَرَبَ زَيْدٌ عَمْرًا solum Amrum feriit Seidus, إِنَّمَا ضَرَبَ عَمْرًا زَيْدٌ solus Seidus feriit Amrum, إِنَّمَا أَعْطَيْتُ دِرْهَمًا زَيْدًا soli Seido dedi dirhemum; Sacy gr. 1. par. 1122. 1161. tom. 2. par. 268. 791. 796.

Rarius إِنَّمَا pro إِنَّ *certe* poni perhibetur; Sacy gr. 1. par. 1122. 1219.

1195. Praeterea nomina satis multa in accusativo indefinito posita par. 1125. art. 1. pro adverbiis, modum et rationem rei exponentibus, usurpantur. Nam accusativus apud Arabes casus obliquus est, qui significationem latius patentem habet. Quippe accusativus non solum:

a. ea nomina significat, quae a verbis activis in positionem obliquam truduntur, ut: *sumsit gladium;* sed

b. ea quoque nomina, quae ad verba intransitiva, vel nomina, vel totam enuntiationem eum in finem adiiciuntur, ut rationem rei modo commemoratae adcuratius demonstrent, ut: *cepit hoc vi* i. e. *violenter*. Latini haec nomina aut in ablativo, aut, quod rarius fit, in accusativo ponunt, par. 1125. aut praepositionibus subiuncta, aut pro iis adverbia substituunt. Arabes vero haec nomina in accusativo posita adiiciunt, aut praepositionibus subiuncta; unde fit, ut eiusmodi accusativi arabici per adverbia latina reddi possint. Ex quo genere sunt: جِدًّا valde, مَعًا simul, جَمِيعًا coniunctim, طُرًّا plene, عَامَّةً vulgo, خَاصَّةً speciatim, مَحْضًا pure, صُلْبِيَّةً genuine, لَمًّا una, كَافَّةً universim, فُجَاءَةً subito, طَوْعًا obsequenter, كَرْهًا invite, ظُلْمًا iniuste, قِبَلًا palam, سَرِيعًا celeriter, غَالِبًا plerumque, اتِّفَاقًا fortuitu; Sacy gr. 1. par. 1109—1111. tom. 2. par. 139. Ewald gr. par. 539. 550. 562.

Adverbium وَحْدَ *in solitudine, solum,* cum pronominibus suffixis coniunctum ponitur, ut وَحْدَهُ in solitudine eius i. e. solum ille, ille solus, وَحْدَكَ solus tu, وَحْدَنَا soli nos, وَحْدَهُمْ soli illi.

Porro per nomina praepositionibus subiuncta haud raro significantur adverbia, ut بِالْجُمْلَةِ in summa, summatim, عَلَى وَحْدِهِ in solitudine sua, seorsim, عَنْ آخِرٍ ab extremo, plene, omnino.

4. *Adverbia copulata.*

1196. Sunt adverbia quaedam rarius usitata, locum, tempus, modum, demonstrantia, quae, si formam spectamus, classem singularem efficiunt. Quodvis enim huius classis adverbium ex duobus vocabulis copulatis constat, quae ponuntur in Fatcham desinentia, quasi indeclinabilia par. 987. Ewald gr. par. 468. 481. Ex quo genere sunt: بَيْنَ بَيْنَ mediocriter par. 1157. art. 1. حَيْثَ بَيْثَ dispersim, شَتَاتَ شَتَاتَ agminatim, كَيْتَ وَكَيْتَ sic et sic, ذَيْتَ وَذَيْتَ ita et ita. Ponitur كَانَ مِنَ ٱلْأَمْرِ ذَيْتَ وَذَيْتَ fuit ex illa re ita et ita i. e. gesta sunt in illa re haec atque illa, Harir. pag. 203. Pro ذَيْتَ وَذَيْتَ interdum ذَيْتُ وَذَيْتُ et ذَيْتِ وَذَيْتِ usurpantur. Ab pronomine ذَا hic ductum esse videtur ذَيْتَ par. 1192. art. 2.

Ex his adverbiis ea quoque sunt, quae ab Arabibus مُرَكَّبٌ تَضَمُّنِيٌّ *compositum continens* vocantur, quoniam in iis praeter vocabula duo, quae ponuntur, etiam particula, vel alia quaedam vox, contenta esse videtur. Ex quo genere sunt بَيْتَ بَيْتَ domum, domum, i. e. per singulas domus, صَبَاحَ مَسَآءَ mane, vespere, i. e. quovis mane et vespere. Arabes enim haec pro مِنْ بَيْتٍ إِلَى بَيْتٍ a domo ad domum, كُلَّ صَبَاحٍ وَمَسَآءٍ omni mane et vespere, posita esse ferunt; Sacy gr. 1. par. 595. 936. 1188.

5. *Adverbia adfirmantia*

1197. Haec quidem adverbia in respondendo saepe ponuntur solitaria, verbo, ad quod pertinent, suppresso. Ita: *imo*, pro: *imo*, *credo*, ponitur.

Sunt autem apud Arabes ex his adverbiis:

1. إِي nae! cui formula iurandi subnectitur, ut وَرَبِّي per dominum meum! وَٱللّٰهِ per Deum! Exempla sunt: قَالَتْ أَهٰذَا أَرَدْتَ قَالَ إِي وَٱللّٰهِ dixit illa: „num hoc voluisti?" respondit ille: „nae, per Deum!" agân. art. Adi ben seid. أَقَامَ زَيْدٌ إِي وَٱللّٰهِ num surrexit Seidus? nae, per Deum! Sacy anth. pag. 110. ar. يَسْتَنْبِئُونَكَ أَحَقٌّ هُوَ قُلْ إِي وَرَبِّي إِنَّهُ لَحَقٌّ interrogabunt te: „num verum est illud?" Responde: „nae, per dominum meum, illud certe verum est"; Henzi fragm. ar. pag. 166. Sacy gr. 1. par. 1126. Pro إِي rarius أَيْ usurpatur.

Ab dictione إِى وَٱللّٰهِ *nae, per Deum!* ductum esse videtur vocabulum detruncatum أَيْوَا vel أَيْوَهْ *imo*, quo sermo vulgaris frequentissime utitur; Caussin gramm. ar. par. 325.

2. أَجَلْ certo; quo is praesertim utitur, qui propositioni ab alio prolatae adsentit. Igitur si quis dixit: قَامَ زَيْدٌ *surrexit Seid*, vel مَا قَامَ زَيْدٌ *non surrexit Seid*, qui adsentit, respondet: أَجَلْ *certo*, ita res se habet. Exemplum est: قَالَ وَسَيَثْبُتُ كَمَا ثَبَتَ صَاحِبُهَا قَبْلَهُ حَتَّى مَاتَ قَالُوا أَجَلْ dixit: „atque consistet ille quemadmodum constitit gestator illius [vexilli] ante eum quoad occubuit;“ tum dixerunt: „certo!“ Tab. ann. vol. 1. pag. 166. et 26. Sacy gr. 1. par. 1127. anth. pag. 256. Ewald gr. par. 498. 711. Ab vocabulo أَجَلٌ *terminus* fortasse ducta est illa particula.

3. بَجَلْ bene par. 1191. art. 4. interdum pro particula نَعَمْ *sane* usurpari perhibetur; Kâm. pag. 1394. Hamâs. pag. 300.

4. جَيْرِ profecto. Qua particula utitur qui propositioni ab alio prolatae adsentit. Itaque si quis dixit: قَامَ زَيْدٌ *surrexit Seidus*, alius addit adsentiens: جَيْرِ *profecto!* Sacy anthol. pag. 256. Porro جَيْرِ praemittitur enuntiationi, ut: جَيْرِ لَا أَفْعَلُ profecto, non faciam! et لَا جَيْرِ لَا أَفْعَلُ non, profecto, non faciam! Kâm. Copulata interdum ponuntur جَيْرِ أَجَلْ profecto, certo. Rarius usurpantur جَيْرَ et, ubi solitarium ponitur, جَيْرٍ *profecto*.

5. نَعَمْ grate! sane! Qua particula utitur, qui propositioni ab alio prolatae adsentit. Igitur si quis dixit: قَامَ زَيْدٌ *surrexit Seidus*, vel: لَمْ يَقُمْ زَيْدٌ *non surrexit Seidus*, alius addit adsentiens: نَعَمْ *sane! ita res se habet.*

Porro نَعَمْ *sane* interrogationi, tum affirmativae, tum negativae, respondet affirmans. Si quis interrogat: أَقَامَ زَيْدٌ *num surrexit Seidus?* respondetur: نَعَمْ *sane!* i. e. surrexit; itemque, si quis interrogat: أَلَمْ يَقُمْ زَيْدٌ num non surrexit Seidus? respondetur: نَعَمْ *sane!* i. e. non surrexit. Igitur si ad interrogationem: أَلَسْتُ بِرَبِّكُمْ *num non sum dominus*

vester? respondetur: نَعَمْ *sane!* hoc significat: dominus noster non es! Sacy gr. 1. par. 1124. anthol. pag. 256.

6. بَلَى imo; quae particula in respondendo adhibita id affirmat, quod per enuntiationem negantem, quae antecessit, vel per interrogationem negativam, in dubium vocatum erat. Exempla sunt: قَالَ أَلَسْتُ بِرَبِّكُمْ قَالُوا بَلَى شَهِدْنَا dixit ille: „num non sum dominus vester?“ responderunt: „imo [dominus noster es], adtestamur hoc;“ Sacy gr. 1. par. 1125. إِنَّهُ ظَنَّ أَنْ لَنْ يَحُورَ بَلَى إِنَّ رَبَّهُ كَانَ بِهِ بَصِيرًا ille quidem putavit, se non rediturum esse; imo [rediturus est] nam dominus eius ipsum observabat, sûr. 84. v. 14. 15. sûr. 6. v. 29. Tab. ann. vol. 1. pag. 72. 190. Abulf. ann. tom. 1. pag. 102. بَلَاكَ وَٱللّٰهِ imo tu, per Deum! Kâm. 1971.

Adverbium بَلَى perinde ut coniunctio بَلْ proprie *haud* significare videtur, cognatumque esse verbo بَلِيَ *evanuit;* ex qua stirpe etiam apud Hebraeos orta sunt בְּלִי *haud* et בַּל *non.* Sed adverbium بَلَى *haud* pro affirmatione ipsum poni ideo dicitur, quia negat negationem vel dubitationem antecedentem. Igitur si ad verba: لَنْ يَحُورَ *non redibit* respondetur: بَلَى *haud,* hoc significat: haud adsentior negationi illi.

1198. Porro ex his adverbiis sunt.

1. إِنَّ et إِنَّهُ et إِنْ utique; qua particula posita adstipulantur enuntiationi praecedenti, Sacy gr. 1. par. 1122. Exempla sunt: قَالَ ٱبْنُ فُضَالَةَ لَعَنَ ٱللّٰهُ نَاقَةً حَمَلَتْنِي إِلَيْكَ قَالَ ٱبْنُ ٱلزُّبَيْرِ إِنَّ وَرَاكِبَهَا dixit Ebn fodâla: „male dicat Deus camelae, quae me advexit ad te!“ Respondit Ebn essobeir: „utique! atque ei quoque, qui equitavit in ea;“ agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 13. وَيَقُلْنَ شَيْبٌ قَدْ عَلَاكَ وَقَدْ كَبِرْتَ فَقُلْتُ إِنَّهُ dicunt illae: „canities iam invasit te, atque iam senuisti.“ Tum dixi: „utique!“ loc. cit. pag. 14. et Kâm. pag. 1720.

Plerumque vero إِنَّ *utique* introducit enuntiationem, atque ex coniunctionibus esse censetur. Itaque de hac particula infra plura dicentur, ubi de coniunctionibus exponetur.

2. لَ quin! certe! particula adseverans, quae quum nominibus, tum verbis, praefigitur, praesertim *praedicatum* significantibus. Quae, si

articulo ٱلْ praefigitur, perinde ut praepositio لِ pellit articuli Elifam; unde igitur fit, ut pro لَٱلْمَعْرُوفُ *certe illud honestum* ponatur لَلْمَعْرُوفُ par. 175. 879. Nonnulli hanc particulam ex أَلَا *annon?* par. 1227. ortam esse existimant, Redslob Grundbedeutung der Partikel כִּי pag. 18. Usurpatur vero particula لَ his modis:

a. post antecedens subiectum, cui plerumque إِنَّ vel إِنْ *utique* praemittitur, saepe particula لَ introducit *praedicatum*, quod aut nomine significatur, aut verbo, aut enuntiatione subiuncta. Exempla sunt: إِنَّ ٱللّٰهَ بِٱلنَّاسِ لَرَؤُوفٌ utique Deus erga homines certe benignus est, وَإِنَّهُ لَلْحَقُّ atque utique illud certe verum est, إِنْ زَيْدٌ لَكَرِيمٌ utique Seidus certe generosus est, Sacy gr. 2. par. 1082. إِنَّهُ لَيَذْهَبُ utique ille certe abibit, Sacy anthol. pag. 116. ar. إِنِّي لَأَقُولُ هٰذَا utique ego certe dico hoc, agân. art. Abu katîfa, إِنَّا لَعَلَى مَآءٍ utique nos certe apud aquam quandam eramus, Koseg. chr. pag. 147. وَإِنَّ مِنَ ٱلْحِجَارَةِ لَمَا يَتَفَجَّرُ مِنْهُ ٱلْأَنْهَارُ atque utique ex saxis certe id est [quaedam sunt], ex quo prorumpunt fontes, par. 1093. Sacy gr. 1. par. 1117. Ewald gr. par. 563. Particula لَ ita usurpata ab Arabibus vocatur لَامُ ٱلْخَبَرِ *Lâm praedicati*, atque ٱللَّامُ ٱلْفَارِقَةُ *Lâm discernens*, quae ab subiecto discernit praedicatum, Sacy gr. 1. par. 1117. 1118.

b. adseverandi causa particula لَ saepe praemittitur *subiecto*, vel toti enuntiationi. Exempla sunt: لَزَيْدٌ قَائِمٌ certe Seidus est stans, لَعَمْرُ ٱللّٰهِ certe vita dei! quae est formula iurandi, Harîr. pag. 207. وَلَسَوْفَ يُعْطِيكَ رَبُّكَ فَتَرْضَى atque certe posthac dabit tibi dominus ita, ut contentus fias, Sacy gr. 2. par. 83. Ita post verbum قَالَ *dixit* particula لَ introducit rem dictam; ut إِذْ قَالُوا لَيُوسُفُ وَأَخُوهُ أَحَبُّ إِلَى أَبِينَا مِنَّا quum illi dicerent: „certe Josephus, eiusque frater, cariores sunt patri nostro quam nos,“ sûr. 12. vers. 8. Sacy anth. pag. 116. 131. Deinde ita verbis *sentiendi* particula لَ subnectit enuntiationem, quae rem sensam vel cognitam demonstrat; ut عَلِمْتُ لَزَيْدٌ كَاذِبٌ novi: certe Seidus est mentiens, Sacy gr. 2. par. 499. 1152. Particula لَ ita usurpata ab Ara-

36

bibus vocatur لَامُ ٱلْاِبْتِدَآءِ *Lâm exordii*, Sacy gr. 1. par. 1118. anthol. pag. 320.

Atque eadem fere ratione post formulam iurandi particula لَ praemittitur verbo; quod in futuro nervoso ponitur, si enuntiatio affirmativa rem futuram adseverat. Exempla sunt: وَٱللّٰهِ لَيَرْجِعَنَّ رَسُولُ ٱللّٰهِ per Deum! certe redibit legatus Dei, Tab. ann. vol. 1. pag. 4. فَبِعِزَّتِكَ لَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ itaque, per potentiam tuam! certe fallam eos omnes, Sacy gr. 2. par. 83. Si formulam iurandi sequitur enuntiatio conditionalis, tum et conditioni, et promissioni, praemitti potest لَ *certe*; ut وَٱللّٰهِ لَئِنْ أَكْرَمْتَنِي لَأُكْرِمَنَّكَ per Deum! certe si honoras me, certe honorabo te, Sacy gr. 1. par. 1117. Particula لَ ita usurpata ab Arabibus vocatur لَامُ ٱلْقَسَمِ *Lâm iuramenti*.

c. in propositione conditionali hypothetica, quam Arabes praemissa coniunctione لَوْ *si* vel لَوْلَا *nisi*, Latini vero coniunctione *si*, adiectoque verbo coniunctivo, ut: *si essem, si fuissem*, significant, saepe particula لَ secundam propositionis partem, sive affirmationem hypotheticam introducit. Exempla sunt: لَوْ جِيتَنِي لَأُكْرِمْتُكَ si adiisses me, certe honorassem te, لَوْ لَا فَضْلُ ٱللّٰهِ عَلَيْنَا لَمُتْنَا فِي خَطَايَانَا nisi benignitas Dei erga nos [exstitisset], certe periissemus in sceleribus nostris, Sacy gr. 1. par. 1117.

Atque simili modo in propositione adseverante, quae causam atque effectum exponit, post praemissam causam interdum particula لَ subnectit effectum; ut رَبِّ بِمَا أَغْوَيْتَنِي لَأُزَيِّنَنَّ لَهُمْ فِي ٱلْأَرْضِ وَلَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ mi domine, propterea quod me fefellisti, certe praestigia proponam iis in terra, certeque fallam eos omnes, Sacy gr. 2. par. 83.

d. interdum post praemissum إِنَّ vel إِنْ *utique* pro لَ ponitur لَمَا *certe*; quippe adiectum est مَا encliticum, par. 1099. Exempla sunt: إِنْ كُلُّ ذٰلِكَ لَمَا مَتَاعُ ٱلْحَيٰوةِ ٱلدُّنْيَا utique omne hoc certe est supellex vitae proximae, sûr. 43. v. 34. إِنْ كُلُّ نَفْسٍ لَمَا عَلَيْهَا حَافِظٌ utique quaevis anima, certe praeest ipsi custos quidam, sûr. 86. v. 4. Interpretes alii vero in his locis إِنْ significare *non*, pro لَمَا vero لَمَّا *nisi* legendum

esse existimant ita, ut sensus sit: non est omne hoc nisi suppellex vitae proximae, Sacy gr. 1. par. 1180.

Ab لَمَا *certe*, quod مَا encliticum continet, distingui oportet لَمَّا *certe non*, quod negationem مَا continet, par. 1205.

Porro ab لَ *certe* distinguendum est لَ *implorans*, par. 934.

1199. Ut adfirmatio nervosius significetur, interdum adverbium adfirmans bis ponitur, ut نَعَمْ نَعَمْ sane, sane, vel adverbia duo copulantur, ut جَيْرِ أَجَلْ profecto, certo; Sacy gr. 2. par. 885.

6. *Adverbia negantia.*

1200. Solitaria in respondendo poni possunt لَا *non* et كَلَّا *nequaquam*; cetera semper aut ad verbum, aut ad nomen adponuntur.

De singulis haec fere dicenda sunt.

a. *Adverbium* مَا *non, potissimum ad praesentia spectans.*

1201. Hoc adverbium modo nervosiori maxime praedicata negat, in negationibus simplicibus spectans potissimum ad tempus praesens, tum definitum, tum indefinitum. Praesens definitum id vocamus, quod rem eo momento, quo narrator loquitur, praesentem significat, ut: *iam palatio praeest Omar*. Indefinitum id vocamus, quo narrator rem quovis tempore praesentem significat, ut: *opiniones pravae sanitate spoliant animum*. Propterea مَا ab Arabibus vocatur نَفْيُ ٱلْحَالِ *negatio status*, *negatio praesentis*.

Sed in negationibus restrictis, quae tanquam acutiores adverbio nervosiori مَا frequenter utuntur, etiam ad tempus praeteritum مَا haud raro spectat. Negationem restrictam eam vocamus, quae restringitur, vel adcuratius definitur, enuntiatione subnexa vel praemissa, ut: hoc non contingit, nisi iis qui constantia utuntur; neque finem insequendi fecit, quoad hostes praecipites egit; ex quo aeger fuit, nunquam visus est in publico. Atque interdum negatio strictior fit subnexo vocabulo singulo, ut: non vidi ullum; quod non dixi unquam.

1202. Adverbium مَا praemissum praeterito in negatione simplici spectat ad rem recens praeteritam, ut مَا فَعَلَ nuper non fecit, فَقَالَ أَبُو

بَكْرٍ وَٱللّٰهِ مَا دَعَوْتُهُ وَلَا قَتَلْتُهُ tum dixit Abu bekr: „per Deum, non vocavi eum, neque interfeci eum!“ agân. art. Mutajjam; Sacy gr. 1. par. 1129. anth. pag. 108. in negatione restricta vero etiam ad res prius praeteritas, ut مَا زَكَى إِلَّا فَتَاةُ ٱبْنِ ٱلْعَلَاءِ non fuit insons nisi ancilla Ebn el 'alâi, Sacy gr. 2. par. 385. مَا زَالَ عَلَى وِزَارَتِهِ إِلَى أَنْ مَاتَ non desiit praeesse vesîratui quoad mortuus est, مَا فُقِدَ جَسَدُ رَسُولِ ٱللّٰهِ وَلٰكِنَّ ٱللّٰهَ أَسْرَى بِرُوحِهِ non desideratum est corpus legati Dei, sed animum eius abduxit Deus, Abulf. ann. 1. pag. 52. مَا سَمِعْتُ شَيْئًا أَلَذَّ مِنْ حَرَكَاتِ ٱلْأَفْلَاكِ non audivi aliquid dulcius motu sphaerarum, Abulf. anteisl. pag. 154. وَٱللّٰهِ مَا ٱطَّلَعَ عَلَى هٰذَا أَحَدٌ per Deum, non cognovit hoc ullus, Abulf. ann. pag. 156. Ewald gr. par. 698.

In propositionis conditionalis hypotheticae parte secunda ponitur مَا ad praeteritum hypotheticum spectans, ut لَوْ كَانُوا عَرَفُوهَا لَمَا كَانُوا صَلَبُوا رَبَّ ٱلْمَجْدِ si novissent eam, certe non cruci fixissent dominum gloriae, Sacy gr. 1. par. 372. Ewald gr. par. 770.

1203. Adverbium مَا praemissum futuro in negatione simplici spectat ad rem praesentem; ut مَا يَوَدُّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا أَنْ يُنَزَّلَ عَلَيْكُمْ مِنْ خَيْرٍ non gratum habent qui increduli sunt, ut demittatur ad vos aliquid boni, Sacy gr. 1. par. 414. in negatione restricta vero etiam ad tempus imperfectum, ut مَا يَأْتِيهِمْ مِنْ رَسُولٍ إِلَّا كَانُوا بِهِ يَسْتَهْزِئُونَ non adibat eos legatus, quem non illuderent, sûr. 15. v. 11.

1204. In propositionibus nominalibus, sive verbo carentibus, adverbium مَا praemissum subiecto, quod nominativo significatum est, negat praedicatum in accusativo subiunctum; ut مَا زَيْدٌ مُصَلِّيًا non Seidus est precans, Seidus non precatur.

Arabes enim non modo verbis praedicata certa significantibus, ut *venire, dimicare*, verum etiam verbis *esse* et *non esse* praedicatum parum definitum significantibus, nomen in casu obliquo sive accusativo positum subiungunt, par. 1125. 1195. quo natura verbi antecedentis vel praedicati adcuratius definitur, ut جَآءَ زَيْدٌ مُغَنِّيًا venit Seidus cantans, كَانَ زَيْدٌ

حَكِيمًا fuit Seidus prudens, لَيْسَ زَيْدٌ حَكِيمًا non est Seidus prudens. Propterea etiam post مَا particulam, quae in propositionibus nominalibus vicem verbi لَيْسَ *non est* explet, nomen illud in accusativo positum adiicitur, quod naturam praedicati adcuratius definit; ut مَا زَيْدٌ حَكِيمًا non est Seidus prudens, quae vicem verborum لَيْسَ زَيْدٌ حَكِيمًا explent; Ewald gr. par. 554.

Attamen post particulam مَا vicem verbi لَيْسَ explentem nomen definiens sive praedicatum in accusativo non ponitur, nisi si مَا cum subiecto praemittitur, inter subiectum et praedicatum particula إِلَّا *nisi* non interponitur, neque post مَا inseritur إِنْ *nequaquam*; exempla sunt: مَا زَيْدٌ جَاهِلًا non est Seidus rudis, مَا هَذَا بَشَرًا non est hic mortalis, sûr. 12. v. 31. Quippe complementum praedicati accusativo non significatur, nisi si cum praedicato principali intime iunctum est. Igitur non accusativo, sed nominativo praedicatum significatur, si inter subiectum et praedicatum inseritur إِلَّا *nisi*, ut مَا زَيْدٌ إِلَّا جَاهِلٌ non est Seidus, nisi rudis; vel si, ut nervosius negetur, post مَا inseritur negatio altera إِنْ *nequaquam*, ut مَا إِنْ زَيْدٌ جَاهِلٌ non, nequaquam est Seidus rudis. Ita etiam cum praedicato praemisso ponitur مَا جَاهِلٌ زَيْدٌ non est rudis Seidus; Sacy gr. 2. par. 129. 727. 1086. 1087.

Quum pro لَيْسَ زَيْدٌ جَاهِلًا non est Seidus rudis, poni possit لَيْسَ زَيْدٌ بِجَاهِلٍ par. 1129. art. 3. etiam pro مَا زَيْدٌ جَاهِلًا interdum مَا زَيْدٌ بِجَاهِلٍ ponitur; Sacy gr. 1. par. 1137. tom. 2. par. 728. Ewald gr. par. 583. 641.

1205. Composita usurpantur:

1. أَمَا annon? et أَوَمَا nonneque? ut فَقَالَ خَالِدٌ أَوَمَا تَعُدُّهُ صَاحِبًا tum dixit Châled: „nonneque existimas eum principem?“ agân. art. Mutajjam.

2. لَمَّا certe non; par. 1202. Koseg. chr. pag. 82. Sacy anthol. pag. 173. 180. Ewald gr. par. 770. A quo vocabulo distingui oportet لَمَا certe, par. 1198. art. 2. litt. d.

3. مَا إِنْ non nequaquam, quod nervosius negat; ut مَا إِنْ رَأَيْنَا مَلِكًا أَغَارَ non, nequaquam vidimus regem, qui incurrit, Harîr. pag. 68. Ewald gr. par. 699.

4. مَا — إِلَّا non — nisi; ut مَا شَاعِرٌ إِلَّا زَيْدٌ non exstat poeta, nisi Seidus; Sacy gr. 2. par. 385. 768.

1206. Particula مَا *non* pronomen interrogativum مَا *quid?* esse videtur, ad negationem traductum. Nam saepe per interrogationem vividius significatur negatio; par. 1103. Ewald gr. par. 698.

b. *Adverbium* لَا *non, potissimum ad futura spectans.*

1207. Hoc adverbium, quum verbo praemissum potissimum ad res futuras spectet, proptereaque etiam in interdicendo, ut latinum *ne*, usurpetur, ab Arabibus نَفْيُ ٱلْإِسْتِقْبَالِ *negatio futuri* vocatur; Sacy gr. 1. par. 1122. 1129. anth. pag. 253. Si vero antea de re praeterita dictum est, perque coniunctionem وَ *et* novum verbum subiungitur cum لَا coniunctum, tum etiam hoc verbum plerumque ad rem illam praeteritam spectat. Singula iam adcuratius persequamur.

1208. Ponitur لَا solitarium in respondendo, ut قُلْتُ هَلْ جَآءَ أَخُوكَ قَالَ لَا dixi: „num venit frater tuus?“ respondit: „non.“ Saepe vocabulum quoddam iurandi adiicitur, ut لَا وَٱللّٰهِ non, per Deum! لَا وَلَا كَرَامَةً non, neque verecunde! i. e. nullo modo! Ita posita sunt: فَقَالَ لِي غُلَامِي أَتَعْرِفُهَا قُلْتُ لَا وَٱللّٰهِ tum mihi dixit servus meus: „num novisti eam?“ respondi: „non, per Deum!“ فَٱغْتَاظَ ٱبْنُ زِيَادٍ فَقَالَ لَا وَلَا كَرَامَةً tum succensuit Ebn sijâd, dixitque: „nullo modo!“ Abulf. ann. 1. pag. 388. Significat كَرَامَةً proprie *cum verecundia*, Harîr. pag. 282. Hamâs. pag. 580. usurpaturque etiam in dictione adstipulanti: نَعَمْ وَكَرَامَةً grate, verecundeque! Atque ita in respondendo usurpatur etiam كَلَّا *minime!* par. 1233.

1209. Adverbium لَا praemissum praeterito spectat ad rem futuram. Praeterito vero Arabes eiusmodi rem futuram significant, ut ipsa certior esse, vel quasi pro iam facta haberi dicatur. Exempla sunt: فَقَالَ

حُطُّوا لَا رَحَلْتُ لِسَفَرٍ أَبَدًا tum dixit: „deponite! non parabo iter unquam!“ agân. art. El hotaia. لَا ذُقْتُ فَقْدَكَ وَلَا عِشْتُ بَعْدَكَ non sentiam absentiam tuam, neque vivam post te! Sacy gr. 1. par. 377.

Propterea in enuntiationibus iurantibus ac precantibus, quae ad futura spectant, ponitur لَا cum adiecto praeterito; ut وَٱللّٰهِ لَا عَصَيْتُ رَبِّي per Deum! non adversabor domino meo! Abulf. ann. tom. 2. pag. 44. فَلَا نَالَتْنِي شَفَاعَةُ مُحَمَّدٍ إِنْ كُنْتُ وَضَعْتُ يَدِي عَلَيْهَا لِرِيبَةٍ قَطُّ sed ne obtingat mihi intercessio Mohammedis, si admovi manum ad eam inhoneste unquam! Koseg. chrest. pag. 148. لَا أَشْبَعَ ٱللّٰهُ بَطْنَهُ ne satiet Deus ventrem eius! Abulf. ann. tom. 2. pag. 280. لَا بَارَكَ ٱللّٰهُ فِي ٱلطَّعَامِ ne bene dicat Deus illi cibo! loc. cit. pag. 362. Sacy gr. 1. par. 381. 1135. Ewald gr. par. 695.

1210. Sed si antecessit enuntiatio negativa, ad praesentia vel ad praeterita spectans, in qua inest particula مَا *non* vel لَمْ *non*, tum etiam لَا cum praeterito adiecto ad tempus praeteritum spectat; ut بَلَوْتُ مِنَ ٱلْعَجَائِبِ مَا لَمْ يَرَهُ ٱلرَّآؤُونَ وَلَا رَوَاهُ ٱلرَّاوُونَ expertus sum ex mirabilibus id quod non spectarunt spectatores, neque narrarunt narratores, Sacy gr. 1. par. 378. فَقَالَ أَبُو بَكْرٍ وَٱللّٰهِ مَا دَعَوْتُهُ وَلَا قَتَلْتُهُ tum dixit Abu bekr; „per Deum, non vocavi eum, neque interfeci eum! agân. art. Mutajjam.

1211. Ubicunque enuntiationes negantes ponuntur plures coniunctae, in prima id adverbium negans, quod ad illud tempus, quod significare volunt, vere accommodatum est, ut مَا vel لَمْ vel لَنْ *non*, poni oportet; in secunda enuntiatione vero, ceterisque, quae subiunguntur, ad significandum tempus quodvis poni licet adverbium لَا *non*; Sacy gr. 1. par. 1130.

Si vero in secunda enuntiatione nervosius negatur, tum idem adverbium negans, quod antecessit, iterum poni potest; ut مَا أَكَلَ وَمَا شَرِبَ non comedit ille, neque bibit; Ewald gr. par. 702.

1212. Denique interdum in Korâno atque apud poetas tum quoque, si negatio alia non antecessit, adverbium لَا cum praeterito adiecto spectat ad rem praeteritam; quod tum praesertim fieri dicitur, si لَا bis ponitur.

Exempla sunt: فَلَا صَدَّقَ وَلَا صَلَّى sed non credidit, neque precatus est, sûr. 75. v. 31. وَأَيُّ أَمْرٍ سَيِّءٍ لَا فَعَلَهُ atque quaenam est res foeda, quam ille non perfecerit? Sacy anthol. pag. 253. 275. gr. 1. par. 379.

1213. Adverbium لَا praemissum **futuro indicativo** spectat ad rem futuram; اِتَّقُوا يَوْمًا لَا تَجْزِى نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ شَيْئًا veremini diem, quo non solvet anima ulla pro anima alia aliquid, Sacy gr. 1. par. 414. Atque interdum لَا cum futuro indicativo coniunctum ad rem praesentem spectat, quoniam etiam praesentia futuro indicativo significantur; ut لَا أَحْسَبُهُ صَحِيحًا non existimo illud verum esse; Ewald gr. par. 696.

1214. Sed si antecessit enuntiatio ad rem praeteritam spectans, cui per coniunctionem وَ interpositam subnectitur لَا cum futuro indicativo coniunctum, tum hoc quoque futurum indicativum ad rem illam praeteritam spectat; ut مَالَحْتُهُ وَلَا أَعْلَمُ أَنَّهُ عِنْدَ نَقْدِهِ مِمَّنْ يَفْرَحُ بِفَقْدِهِ coenavi cum eo, neque sciebam, eum, si exploraretur, ex iis esse, quorum absentia recreamur, Sacy gr. 1. par. 1131. وَغَيْرُهُمْ مِمَّنْ كَانَ يَكْرَهُ مُونِسًا وَلَا يُرِيدُ رُجُوعَهُ atque alii ex iis, qui oderant Münassum, neque volebant eum redire, Koseg. chrest. pag. 106. Ita tum quoque, si, ut *imperfectum* par. 397. significetur, verbum كَانَ futuro indicativo praemittitur, adverbium لَا cum futuro subiuncto ad rem praeteritam spectat, ut كَانَ لَا يُحِبُّهُ non amabat eum.

1215. Adverbium لَا praemissum **futuro decurtato** vel **futuro nervoso** significat prohibitionem sive interdictionem; ut فَلَا يَغْرُرْكَ زُخْرُفُ مَا تَرَاهُ itaque ne decipiat te splendor illius quod vides! لَا تَطْلُبَنَّ خُؤُولَةً فِي تَغْلِبَ noli quaerere avunculos inter Taglebitas! par. 393. Koseg. chrest. pag. 151. 102. Sacy gr. 1. par. 1134. tom. 2. par. 77. Ewald. gr. par. 630. 695.

1216. In propositionibus **nominalibus**, sive verbo carentibus, adverbium لَا praemissum subiecto indefinito, quod nominativo nûnato significatur, **negat praedicatum** in accusativo subiunctum; ut لَا رَجُلٌ خَيْرًا مِنَ ٱلنَّبِيِّ. non est ullus vir praestantior quam propheta, لَا كَرَمٌ

أَعَزُّ مِنَ ٱلتَّقْوَى non est ulla virtus venerabilior quam pietas; Sacy gr. 1. par. 1133. 1137. tom. 2. par. 129. Journal des savans, 1838. fevrier, pag. 78. 79. Conferenda sunt quae de eodem usu adverbii مَا supra diximus par. 1204. Arabes adverbium لَا in eiusmodi propositionibus positum esse dicunt لِنَفْيِ ٱلْحَالِ *ad negandum statum sive praedicatum*, vel بِمَعْنَى لَيْسَ *cum verbi* لَيْسَ *sensu.*

Attamen post adverbium لَا vicem verbi لَيْسَ explens, in accusativo praedicatum non ponitur, nisi si لَا cum subiecto indefinito praemittitur, inter subiectum et praedicatum vero particula إِلَّا *nisi* non interposita est. Exempla sunt: لَا إِنْسَانٌ بَاقِيًا non est ullus homo perennis, لَا وَزَرٌ مِمَّا قَضَى ٱللّٰهُ وَاقِيًا non est ullum praesidium ab eo, quod Deus decrevit, defendens. Si subiectum definitum est, praedicatum in nominativo subiungitur, ut لَا زَيْدٌ مَرِيضٌ non est Seidus aegrotus, لَا هُنَّ حِلٌّ لَهُمْ non eae sunt aliquid licitum iis, sûr. 60. v. 10. Nam pronomina sunt definita.

Sed interdum, et praesertim apud poetas, in his enuntiationibus etiam nomini definito subiungitur praedicatum in accusativo positum; ut لَا أَنَا بَاغِيًا سِوَاهَا non sum ego exoptans praeter eam, إِذَا ٱلْجُودُ لَمْ يُرْزَقْ خَلَاصًا مِنَ ٱلْأَذَى فَلَا ٱلْحَمْدُ مَكْسُوبًا quando liberalitas non immunis est ab malitia, tum laus non obtinetur ea; Sacy gr. 2. par. 727. Ewald gr. par. 554.

1217. In propositionibus nominalibus, sive verbo carentibus, adverbium لَا praemissum subiecto indefinito solitario, quod accusativo non nûnato significatur, n e g a t s u b i e c t u m hoc adesse; ut لَا إِنْسَانَ فِي ٱلدَّارِ non exstat ullus homo in ea domo, لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ non exstat ullus deus, nisi ille deus, لَا بُدَّ مِنْ هٰذَا non exstat ullum effugium ab hoc, par. 1193. art. 2. Arabes adverbium لَا in his enuntiationibus positum esse dicunt لِنَفْيِ ٱلْجِنْسِ *ad negandum genus totum.* Nam verba لَا إِنْسَانَ فِي ٱلدَّارِ non certos quosdam homines, sed homines omnino abesse significant; Sacy gr. 1. par. 1132. tom. 2. par. 128. 729.

Arabes adverbium لَا hoc modo cum subiecto solitario coniunctum, ut لَا إِنْسَانَ *non exstat ullus homo!* sive: nullus homo! لَا مَالَ *nulla pecunia!* efficere ferunt nomen *compositum continens* مُرَكَّبٌ تَضَمُّنِيٌّ par. 987. 1196. proptereaque subiectum non in vero accusativo positum esse, sed potius nomen indeclinabile مَبْنِيٌّ par. 761. esse; Sacy gr. 2. par. 731. Ita etiam Ewaldus hunc usum adverbii لَا explicuit, idque, quoniam in his enuntiationibus non tota propositio, sed nomen solitarium negatur, cum hoc nomine in unum corpus quasi coalescere dixit; nûnationem subiecti abiici propter vocabulum breve لَا praefixum, quemadmodum post articulum أَلْ praefixum nûnatio abiicitur; subiectum vero Fatcha terminari, quia hoc nomen cum لَا compositum emphasi quadam effertur, propterea que ad naturam interiectionum accedit; Ewald gr. par. 555. Ephem. Gotting. 1836. pag. 1543.

Si adverbium لَا hoc modo duali vel plurali masculino sano praemittitur, terminatio accusativi integra retinetur, لَا مُؤْمِنِينَ فِيهِمْ non exstant ulli credentes inter illos; dualis vero in his enuntiationibus vix poni posse videtur, quoniam genus totum non significat. Plurale fractum et plurale femininum sanum nûnationem abiiciunt, ut لَا رِجَالَ non exstant ulli viri, لَا مُؤْمِنَاتِ non exstant ullae credentes. Nonnulli vero لَا مُؤْمِنَاتَ poni iubent, ut Fatcha terminetur vocabulum; Sacy gr. 2. par. 730.

1218. Si subiecto Fatcha terminato epithetum par. 629. subiungitur, tum id item Fatcha terminare, vel in accusativo nûnato, vel in nominativo, ponere licet; ut لَا رَجُلَ نَائِمَ فِي ٱلدَّارِ non exstat ullus vir dormitans in ea domo, pro quibus etiam لَا رَجُلَ نَائِمًا فِي ٱلدَّارِ et لَا رَجُلَ نَائِمٌ فِي ٱلدَّارِ poni possunt. Nam لَا cum proximo tantum nomine in corpus unum coalescere solet; Sacy gr. 2. par. 735. Ewald gr. par. 556.

1219. Si inter لَا et subiectum vocabula intercedunt, subiectum in nominativo ponitur; ut لَا فِي ٱلدَّارِ إِنْسَانٌ non exstat in ea domo ullus homo; pro quibus etiam لَا فِي ٱلدَّارِ مِنْ إِنْسَانٍ poni possunt, par. 1143. art. 4. Sacy gr. 2. par. 729.

1220. Si لَا non totum genus, sed singulas tantum eius partes, abesse significat, tum subiectum, quamvis solitarium, in nominativo ponitur; causa enim coalescendi ea, de qua par. 1217. diximus, tum non adest. Ponitur igitur: لَا رَجُلٌ فِى ٱلدَّارِ وَلَكِنْ فِيهِ رَجُلَيْنِ non adest vir unus in ea domo, sed in ea adsunt viri duo, لَا زَيْدٌ فِى ٱلدَّارِ non adest Seidus in ea domo; Sacy gr. 2. par. 729. 736.

1221. Si لَا ad subiecta duo pertinet, quae particula وَ interposita coniunguntur, tum secundum item Fatcha terminatur, vel in nominativo nûnato ponitur; ut لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةٌ فِى ٱلدَّارِ et لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةً فِى ٱلدَّارِ non exstat ullus vir, neque ulla femina, in ea domo.

Plerumque vero لَا etiam secundo subiecto praemittitur. Quod si fit, aut utrumque subiectum in nominativo ponitur, aut utrumque Fatcha terminatur, aut alterum. Adprobata igitur sunt:

لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِٱللّٰهِ   لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ إِلَّا بِٱللّٰهِ

لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِٱللّٰهِ   لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ إِلَّا بِٱللّٰهِ

i. e. non est ulla potestas, neque ulla fortitudo, nisi in Deo; Sacy gr. 2. par. 734. 735.

1222. Adverbium لَا cum subiecto subiuncto, quod solitarium non est, sive ex quo alia pendent, non coalescit, sed subiectum hoc in verum accusativum redigit. Quod quidem fit:

1. si ex subiecto pendet genitivus, ut لَا صَاحِبَ جُودٍ مَمْقُوتٌ nullus amicus liberalitatis est invisus.

2. si ex subiecto pendet accusativus, ut لَا طَالِعًا جَبَلًا ظَاهِرٌ nullus adscendens montem est comparens.

3. si ex subiecto pendet propositio nominalis, quae vicem praedicati explet, cuiusque subiectum in nominativo positum est, ut لَا حَسَنًا فِعْلُهُ مَذْمُومٌ nullus probus est, cuius facta improbata.

4. si ex subiecto pendet مِنْ comparativum par. 1143. art. 6. ut لَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ عِنْدَنَا ullus melior quam Seidus apud nos est; Sacy gr. 2. par. 732.

1223. Interdum fit, ut post لَا cum subiecto indefinito coniunctum etiam لَا cum subiecto definito solitario, sive nomine proprio, coniunctum ponatur; ut لَا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ وَلَا زَيْدٌ فِيهَا وَلَا عَمْرٌو فِيهَا non exstat ullus vir in ea domo, neque exstat Seid in ea, neque Amr; Sacy anthol. pag. 253. 276. text. ar. pag. 108.

1224. Si enuntiatio negans antecessit, in qua مَا *non*, vel لَمْ *non*, vel لَنْ *non*, vel لِكَيْلَا *ne*, usurpatum est, tum in enuntiatione negante, quae subiungitur, plerumque ponitur لَا *non*, par. 1211. Quodsi in enuntiatione antecedente nomen negativum غَيْرُ *non* par. 1115. vel verbum negativum لَيْسَ *non est* par. 604. vel aliud verbum negans positum est, tum in enuntiatione, quae subiungitur, item لَا tanquam vocabuli negantis, quod antecessit, vicarius poni potest; quod si fit, post لَا idem casus ponitur, quem vocabulum negans, quod antecedit, iuste requirit. Exemplum est: كَانَ غَيْرَ مَهِيبٍ عِنْدَ ٱلنُّفُوسِ وَلَا مُطَّلِعٍ عَلَى حَقَائِقِ ٱلْأُمُورِ erat non formidatus inter homines, neque cognoscens rationes rerum. Adverbium لَا hoc loco est vicarius nominis غَيْرُ genitivum sibi subiungentis par. 1115. propptereaque vocabulum مُطَّلِعٍ in genitivo positum est. Exempla alia sunt: لَيْسَ عَلَى ٱلْأَعْمَى حَرَجٌ وَلَا عَلَى ٱلْأَعْرَجِ حَرَجٌ non est in coeco delictum, neque est in claudo delictum, sûr. 48. v. 17. أَبَى ٱللّٰهُ أَنْ أَسْمُوَ بِأُمٍّ وَلَا بِأَبِ noluit Deus me generosum esse matre, neque patre; Sacy gr. 2. par. 182. 875. Ewald gr. par. 702. Vide sûr. 3. v. 147.

1225. In sermone artificiosiori interdum per negationem alicuius facti significatur gradus actionis superior, quam qui illo facto enuntiato demonstratur. Tum adverbium لَا cum infinitivo, qui in accusativo adverbiali par. 1162 — 1164. positus est, coniungitur; ut ٱنْدَفَقُوا وَلَا ٱنْدِفَاقَ ٱلْغَيْثِ proruperunt, sed non proruptione imbris i. e. proruperunt impetuosius quam prorumpit imber, أَرِقْتُ ذَاتَ لَيْلَةٍ وَلَا أَرَقَ صَبٍّ طُرِدَ عَنِ ٱلْبَابِ vigilavi quadam nocte, sed non vigilatione amantis, qui abactus est ab ianua i. e. vigilavi tristius quam vigilat amans, quem repudiat amica; Sacy gr. 1. par. 1136. tom. 2. par. 719. Harîr. pag. 39.

1226. Verba لَا يَكُونُ *non est*, perinde ut verbum negandi لَيْسَ *non est*, interdum significant *praeter*, tumque sequitur nomen in accusativo positum; ut قُتِلُوا لَا يَكُونُ زَيْدًا et قُتِلُوا لَيْسَ زَيْدًا occisi sunt praeter Seidum, par. 1034. 1035. Sacy gr. 2. par. 656. 657. 724. Sensus esse videtur: occisi sunt, sed non est Seidus ille, quem occiderunt; par. 606.

1227. Composita usurpantur:

1. أَلَا an non? أَوَلَا nonneque? أَفَلَا an itaque non? an non igitur? Nam particula فَ valet: itaque, igitur; confer par. 1205. 1269.

2. هَلَّا et أَلَّا an non? quidni? agedum? Quae ex هَلْ *num?* et لَا *non* conflata esse videntur; par. 1251.

3. أَلَّا ut non, ne. Quod ex أَنْ *ut* et لَا *non* compositum est.

4. إِلَّا nisi; quod ex إِنْ *si* et لَا *non* conflatum est. In negatione restricta pag. 1201. ponuntur, quemadmodum hoc in sermone latino fit: لَا — إِلَّا non — nisi, non — quin, tantummodo.

5. praepositiones بِ cum, كَ sicut, لِ ad, praefiguntur adverbio لَا nominibus indefinitis praemisso, quae per praepositiones illas solito more in genitivos rediguntur. Igitur ponuntur دَعْوَى بِلَا دَلِيلٍ assumtio sine approbatione, Kàm. pag. 1804. كَلَا شَيْءٍ sicut nulla res, sicut nihil, par. 1129. art. 5.

o. *Adverbium* لَنْ *haudquaquam, ad futura spectans.*

1228. Hoc adverbium, quod non praemittitur nisi futuro subiunctivo, ad res futuras spectat. Nervosius eo negari, propterea que تَأْكِيدُ نَفْيِ ٱسْتِقْبَالٍ *nervosior negatio futuri* id vocari Arabes nonnulli perhibent, Sacy gr. 1. par. 1129. tom. 2. par. 62. anthol. pag. 254. Exempla sunt: لَنْ تَمَسَّنَا ٱلنَّارُ إِلَّا أَيَّامًا مَعْدُودَةً haudquaquam tanget nos ignis, nisi per dies certos, Sacy gr. 1. par. 416. لَنْ أُكَلِّمَ ٱلْيَوْمَ إِنْسِيًّا haudquaquam adloquar hodie ullum hominem, Kâm. pag. 1804. لَنْ يَضِنُّوا عَلَيَّ بِأَنْ يَحْمِلُونِي عَلَى رِقَابِهِمْ haudquaquam recusabunt mihi, ne portent me humeris suis, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 25.

Fîrûsâbâdensis rarius لَنْ perhibet poni للدُّعَاء *ad votum* significandum; ut لَنْ تَزَالُوا كَذَا لِكُمْ ne desinatis ita [vivere]! Porro idem Arabs interdum لَنْ futuro decurtato praemitti fert, ut: فَلَنْ يَحْلُ لِلعَيْنَيْنِ بَعْدَكَ مَنْظَرُ nam haudquaquam gratus erit oculis post te [ablatum] adspectus ullus, Kâm. pag. 1804.

Adverbium لَنْ ex لَا *non* et أَنْ *ut* conflatum esse, indeque fieri videtur, ut ipsi futurum subiunctivum adponatur; nam coniunctio أَنْ *ut* hoc futurum sibi subiungit. Quam sententiam tuentur grammaticorum Arabum nonnulli, Kâm. pag. 1804. Sacy gr. 2. par. 62. Ewald gr. par. 697.

d. *Adverbium* لَمْ *non, ad praeterita spectans.*

1229. Hoc adverbium, quod non praemittitur nisi futuro decurtato, ab Arabibus vocatur جَحْدٌ مُطْلَقٌ *negatio absoluta*, Sacy gr. 1. par. 1129. Plerumque ad res praeteritas spectat, interdum ad tempora alia. Nam illo loco ponitur, quo, si enuntiatio esset affirmans, f o r m a m v e r b i p r a e t e r i t i posuissent; unde fit, ut, quum forma verbi praeteriti interdum praesentia vel futura significet, etiam لَمْ cum futuro decurtato coniunctum interdum ad praesentia vel futura pertineat.

Ad praeteritum spectat لَمْ in his: وَلَمْ يَشْتَكِ وَلَمْ يَزِدْ عَلَى نَظَرِهِ إِلَى رِجْلَيْهِ وَجَانِبَيْهِ neque questus est, neque quidquam fecit, praeter quam quod adspiceret pedes suos, lateraque, فَلَمْ يُطِقْ سُجُودًا itaque non potuit adorare, Kos. chrest. pag. 64. 66. ذَلِكَ لَوْ لَمْ يَكُنْ كَمَا ذَكَرْنَا hoc, nisi ita comparatum fuisset, ut exposuimus, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 4.

Ad praesens spectat لَمْ in his: أَلَمْ تَعْلَمْ أَنَّ ٱللَّهَ لَهُ مُلْكُ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ annon scis, Dei esse gubernationem coelorum ac terrae? Sacy gr. 1. par. 418. وَرَفِيقٌ لَهُمَا لَمْ أَحْفَظْ ٱسْمَهُ atque comes quidam illorum duorum, cuius nomen non retinui memoria, Koseg. chrest. pag. 111. Nam forma verbi praeteriti interdum nervosius significatur praesens, ut عَلِمْتُ scio; Sacy gr. 1. par. 365.

Ad futurum spectat لَمْ in his: فَإِنَّهُ إِنْ فَاتَنَا لَمْ نَجِدْ مِثْلَهُ أَبَدًا nam hic si e nobis elabitur, non inveniemus eiusmodi hominem unquam, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 39. Nam forma verbi praeteriti in enuntiationibus conditionalibus, quas coniunctio إِنْ *si* introducit, significatur futurum, ut إِنْ فَعَلْتُ ذٰلِكَ ضَيَّعْتُ مَالِي si faciam hoc, perdam bona mea, Sacy gr. 1. par. 400.

Quodsi adverbio لَمْ futura duo subiunguntur, vel plura, quorum alterum ex primo pendet, primum tantum ponitur decurtatum. Ita vero praesertim لَمْ يَكُنْ *non fuit* praemittitur futuro alteri, ut tempus imperfectum significetur; nam in enuntiationibus affirmantibus forma verbi praeteriti كَانَ praemittitur futuro, ut imperfectum significetur, par. 397. Exemplum est لَمْ يَكُنْ يُحِبُّهُ non amabat eum; Sacy gr. 2. par. 74.

Interdum لَمْ cum futuro indicativo verbi defectivi coniungi videtur, ut أَلَمْ يَأْتِيكَ annon convenit te? Sacy gr. 2. par. 74. Sed perraro hoc ponunt.

Composita usurpantur أَلَمْ an non? أَوَلَمْ nonneque? أَفَلَمْ an itaque non?

1230. Adverbium لَمْ *non* formam decurtatam adverbii لَمَّا *nondum* par. 1231. esse, ipsum لَمَّا vero ex لَا مَا *non quod*, *nondum*, par. 1095. conflatum esse censet Ewaldus gr. par. 210. 697. Propter لَمْ praemissum vero formam futuri, quod subiungitur, terminatione decurtata uti suspicatur; nam saepius propter additamentum, quod ad initium vocabuli accedit, finem vocabuli reddi breviorem. Ita articulus أَلْ nomini praefixus pellit nûnationem, par. 885.

e. *Adverbium* لَمَّا *nondum, ad praeterita spectans.*

1231. Hoc adverbium, quod non praemittitur nisi futuro decurtato, ab Arabibus vocatur جَحْدٌ مُسْتَغْرِقٌ *negatio generalis*, Sacy gr. 1. par. 1129. Rem non factam esse significat, simul cum quadam eius exspectatione, Sacy anth. pag. 218. 254. Exempla sunt: بَلْ لَمَّا يَذُوقُوا عَذَابِ minime! nondum illi senserunt poenam meam, وَآخَرِينَ مِنْهُمْ لَمَّا يَلْحَقُوا بِهِمْ

atque alios ex iis, qui nondum attigerunt eos, Sacy gr. 1. par. 418. tom. 2. par. 75.

De huius adverbii ortu par. 1230. dictum est. Sacyus vero ex لَمْ *non* et مَا expletivo id conflatum esse censet, gr. 1. par. 1129.

1232. Interdum post adverbium إِنْ *non* praemissum vox لَمَّا *nondum* valere: *nisi*, *quin*, ab nonnullis Arabibus perhibetur; ut إِنْ كُلٌّ لَمَّا كَذَّبَ ٱلرُّسُلَ non quivis nisi sprevit legatos i. e. quivis sprevit legatos, Kâm. pag. 1695. Ewaldus hoc adverbium لَمَّا *nisi* ex لَوْ مَا *si non* conflatum esse censet, par. 699. not.

Alii vero إِنْ in his enuntiationibus adverbium adfirmans *utique* par. 1198. art. 1. esse ferunt, pro لَمَّا vero legi oportere لَمَا *certe!* par. 1198. art. 2. d. Tum sensus esset: utique quivis certe sprevit legatos! Sacy gr. 1. par. 1219. anthol. pag. 168. 202. 275.

Ab adverbio neganti لَمَّا *nondum* distinguendum est adverbium temporis لَمَّا *quum* par. 1180.

f. *Adverbium* كَلَّا *nequaquam!*

1233. Ab Arabibus hoc adverbium vocatur حَرْفُ ٱلرَّدْعِ *particula repellendi*, quoniam valet: *absit! minime! nequaquam!* Sacy gr. 1. par. 1167. Ponitur solitarium in respondendo; ut فَيَقُولُ رَبِّى أَهَانَنِى كَلَّا atque dicit: dominus meus me vilem reputavit; absit! [i. e. absit eiusmodi sententia!]. Interdum vero ad ea, quae sequuntur, pertinet, ut: كَلَّا لَا تُطِعْهُ nequaquam! noli obsequi ei! sûr. 96. v. 19.

Haud raro subiungitur iuramentum, ut: كَلَّا وَرَبِّى مَا جُنِنْتُ nequaquam! per dominum meum! non insanio! Hamâs. pag. 292. Taber. vol. 1. p. 162. lin. 4. Fîrûsâbâdensis cum pronomine suffixo كَلَّاكَ وَٱللّٰهِ nequaquam tu, per Deum! poni perhibet pag. 1971.

In nonnullis Korâni locis adverbium كَلَّا adseverationem significare fertur; sed in his quoque dictis significatio solita *absit!* retineri posse videtur, Sacy anthol. pag. 169. 205. 263. Ab verbo كَلَأَ *servavit, prohibuit*, adverbium كَلَّا ductum esse coniecit Ewaldus par. 711.

g. *Adverbium* إِنْ *neutiquam.*

1234. Hoc adverbio, quod nervosius negat, maxime sermo incitatior et elatior utitur. Samachscharensis potissimum ad praesens id spectare perhibet, Sacy anthol. pag. 253. Sed ad tempus quodvis id pertinere, exempla infra posita demonstrant. Re vera autem hoc adverbium esse videtur coniunctio إِنْ *si*, quae iuratoria ponitur, suppressa exsecratione; nam: [*peream!*] *si hoc faciam!* idem significat quod: *neutiquam hoc faciam!* Ewald gr. par. 699. Ita Hebraei quoque coniunctione אם *si* utuntur, tanquam adverbio neganti.

Exempla sunt: فَوَٱللّٰهِ إِنْ زَالَ كَذٰلِكَ حَتَّى مَلَأَهُمْ سُرُورًا tum, per Deum, non desiit ita [agere], quoad replevit eos laetitia, Agân. art. Mutajjam. إِنْ أَدْرِى أَبَعِيدٌ أَمْ قَرِيبٌ مَا تُوعَدُونَ neutiquam scio, utrum remotum sit, an propinquum, id quod sperare iubemini, sûr. 21. v. 109. أَيَا ٱللّٰهُ إِنْ أَفْعَلُ هٰذَا ٱلْفَعَالَ o deus, neutiquam faciam hoc factum! Koseg. chrest. pag. 73. Sacy gr. 1. par. 1140.

1235. Porro in negatione restricta par. 1201. ponuntur إِنْ — إِلَّا *neutiquam — nisi;* ut إِنْ هٰذَا إِلَّا مَلَكٌ كَرِيمٌ neutiquam hic est, nisi angelus generosus, sûr. 12. v. 31. Ewald gr. par. 699.

1236. Adverbio مَا *non* praemisso interdum statim subiungitur إِنْ *neutiquam*, ut negatio nervosior significetur par. 1205. ut مَا إِنْ رَأَيْتَ لَهُمْ فِى ٱلنَّاسِ أَمْثَالًا non, neutiquam vidisti iis inter homines ullos similes, Abulf. hist. anteislam. pag. 118. مَا إِنْ تَمَسُّ ٱلْأَرْضَ إِلَّا مَنْكِبٌ مِنْهُ non, neutiquam tangit terram, nisi scapulus eius, Hamâs. pag. 39. Graeci quoque interdum adverbia negantia duo μή οὐ coniuncta ponunt, ut negationem significent.

1237. In propositionibus nominalibus adverbium إِنْ *non* praemissum subiecto, quod nominativo significatur, negat praedicatum in accusativo subiunctum, ut إِنْ أَحَدٌ خَيْرًا مِنْ أَحَدٍ إِلَّا بِٱلْعَافِيَةِ neutiquam alius praestantior est alio, nisi sanitate; إِنْ هُوَ مُسْتَوْلِيًا عَلَى أَحَدٍ إِلَّا عَلَى أَضْعَفِ ٱلْمَجَانِينِ neutiquam ille est imperans, nisi debilissimo furentium, Sacy

anthol. pag. 319. 337. Eodem modo مَا *non* et لَا *non* usurpantur, par. 1204. 1216.

Samachscharensis post subiectum definitum adiecit praedicatum in nominativo positum: إِنْ زَيْدٌ مُنْطَلِقٌ neutiquam Seidus est abiens; Sacy anthol. text. ar. pag. 108.

h. *Generalia quaedam de adverbiorum negantium usu.*

1238. Ut negatio nervosius significetur, interdum adverbium negans bis ponitur, vel adverbia negantia duo copulantur. Exempla sunt: وَلَا بَقِيَ لِي لَا زَوْجٌ وَلَا وَلَدٌ neque mansit mihi, non maritus, neque filius i. e. non mansit mihi maritus, neque filius, Koseg. chrest. pag. 86. مَا إِنْ non, neutiquam, i. e. prorsus non, par. 1236. Confer par. 1199.

1239. Verba timendi, prohibendi, aliaque nonnulla, quorum significatio et ipsa ad negationem pertinet, interdum adverbium negans praemittunt rei, quae timetur, vel prohibetur, quemadmodum hoc in sermone latino fit. Exempla sunt: وَإِنْ خِفْتُمْ أَلَّا تُقْسِطُوا فِي ٱلْيَتَامَى quodsi timetis, ne iniuriam inferatis orphanis, مَا مَنَعَكَ أَلَّا تَسْجُدَ لِآدَمَ quid prohibuit te, ne adorares Adamum? par. 1316.

Sed sine adverbio neganti positum est مَا مَنَعَكَ أَنْ تَسْجُدَ لِمَا خَلَقْتُ بِيَدَيَّ quid prohibuit te, ut adorares id quod confeci manu mea? Sacy gr. 2. par. 874.

1240. Si propositiones conditionales duae in hunc modum coniunctae ponuntur: *si redibis, tibi condonabo; sin minus, te devovebo*, tum Arabes saepe breviloquentia usi, propositionis primae membrum consequens supprimunt; ut إِنْ تُبْتَ وَإِلَّا أَمَرْتُ ٱلْعَبِيدَ بِقَتْلِكَ si resipisces, [tibi condonabo]; sin minus, praecipiam servis, ut te obtruncent, Sacy gr. 2. par. 386.

Interdum vero has propositiones coniunctas scriptores recentiores ita immutant, ut etiam propositionis primae membrum antecedens ponant negans, membro consequente suppresso; ut إِنْ لَمْ تُبْتَ وَإِلَّا أَمَرْتُ ٱلْعَبِيدَ بِقَتْلِكَ si non resipisces; sin minus, praecipiam servis, ut te obtruncent. Cuius

immutationis, quae per abusum quendam usurpari videtur, exempla Sacyus adposuit plura, gr. 2. par. 876.

1241. Apud poetas post praemissam formulam iurandi in enuntiatione neganti interdum adverbium negans videtur esse suppressum; ut تَٱللّٰهِ تَفْتَؤُ تَذْكُرُ يُوسُفَ per Deum! desines recordari Josephum! i. e. non desines recordari Josephum, sûr. 12. v. 85. يَمِينُ ٱللّٰهِ أَبْرَحُ قَاعِدًا per iuramentum Dei! cessabo sedere! i. e. non cessabo sedere. Quae, ut Tebrîsensis in Hamâssa p. 716. perhibet, perperam interpretari ideo nemo potest, quia, si illis iuramentis adfirmare voluissent, *adverbium adfirmans* cum futuro nervoso coniunctum posuissent: لَتَفْتَأَنَّ certe desines, لَأَبْرَحَنَّ certe cessabo.

Causa suppressi adverbii negantis in eo posita esse videtur, quod iuramentum, nisi certum adfirmationis signum adponatur, quandam negandi vel prohibendi vim habere censeri potest, Sacy gr. 2. par. 855. Quocirca in illis enuntiationibus iuramentum pro exsecratione ita positum esse videtur, ut sensus sit: exsecror hoc [i. e. nego], te desiturum esse recordari Josephum; exsecror hoc [i. e. nego], me cessaturum esse a sedendo, Ewald gr. par. 711. Unde fit, ut, si hoc iurandi modo utentes aliquid adfirmare volunt, adverbium negans praemittant iuramento, ut لَا أُقْسِمُ بِرَبِّ ٱلْمَشَارِقِ وَٱلْمَغَارِبِ إِنَّا لَقَادِرُونَ non exsecor hoc [i. e. adfirmo], per dominum orientium atque occidentium, utique nos certe valentes [sumus], sûr. 70. v. 40. Confer sûr. 56. v. 77. sûr. 69. v. 38.

1242. Ad negandum interiectiones quoque ponuntur variae, ut حَاشَا absit! par. 1150. مَعَاذَ ٱللّٰهِ refugium Dei! i. e. prohibeat Deus! De quibus infra dicetur, capite huius libri quinto.

7. *Adverbia interrogatoria.*

1243. Hoc quidem loco non ea adverbia interrogatoria recensentur, quae per se sensum plenum enuntiant; ex quo genere sunt: *ubi? quando? quomodo? cur?* De quibus supra dictum est par. 1176. 1178. 1189.

Sed ea iam explicanda sunt, quae per se sensum plenum non enuntiant, sed eo consilio praemittuntur vocabulo vel propositioni, ut vocabulum hoc, vel propositio, modo interrogatorio positum esse demon-

stretur. Ex quo adverbiorum genere sunt: *an? num? nonne? numquid? utrum — an?*

1244. Arabes interdum quidem, si negligentius loquuntur, enuntiationes interrogatorias ponunt, nullo adverbio interrogatorio praemisso; ut تَعْلَمُونَ أَنَّهُ كَانَ لِلّٰهِ أَنْبِيَآءُ فِيمَا مَضَى [an] scitis, exstitisse Deo prophetas tempore praeterito? تَعْلَمُونَهُ أَوْ تَرَوْنَهُ [utrum] scitis id, an cernitis id? Taber. annal. vol. 1. pag. 184. Sacy anthol. pag. 259. Ewald gr. par. 703. Ac poetae quoque adverbium interrogatorium interdum omittunt; Freytag metric. Arab. pag. 491.

Sed plerumque aut adverbium interrogatorium, aut pronomen, enuntiationi interrogatoriae praemittitur, par. 1082. 1104.

a. *Adverbium interrogatorium* أَ *an?*

1245. Praemittitur hoc adverbium tum nomini, tum verbo, tum particulae; ut أَشَرِيفٌ أَنْتَ an nobilis tu? أَرَأَيْتَهُ ٱلْيَوْمَ an vidisti eum hodie? أَقَدْ شَرِبْتَ خَمْرًا an iam bibisti vinum? أَزَيْدًا ضَرَبْتَ an Seidum feriisti? Latius patere huius adverbii usum, quam adverbii هَلْ *num?* perhibet Samachscharensis, Sacy anthol. pag. 259.

Si hoc adverbium praemittitur Elifae hamsatae fatchatae, ut أَأَنْتَ an tu? tum duae illae Elifae variis modis scribi possunt, par. 162. 175. art. 4. par. 242. Pro أَإِنْ an si? أَإِنَّ an utique? أَإِذَا an quando? ponuntur أَيِنْ أَيِنَّ أَيِذَا par. 233. 1298.

Particula أَ etiam interiectionem: *o!* significat, ut أَعِكْرِمُ o Ikrima! Taber. vol. 1. pag. 208. Quam eius significationem Ewaldus esse censet primitivam, gr. par. 493.

1246. Adverbia أَ — أَمْ *an — aut?* enuntiationibus coniunctis praemissa significant interrogationem disiunctivam: *utrum — an?* ut أَصَدَقْتَ أَمْ كَذَبْتَ utrum vera dixisti, an mentitus es? أَزَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ أَمْ عَمْرٌو utrum Seidus in ea domo, an Amr?

Quae adverbia interdum sensu relativo ponuntur, sive ita, ut ex antecedentibus vel sequentibus pendeant; ut لَا أَدْرِي أَفَعَلَ هٰذَا أَمْ لَا

nescio, utrum ille fecerit hoc, nec ne. Atque ita posita haec adverbia interdum significant: *sive — sive*; ut لَمْ أُبَلْ أَعَذَلَ أَمْ عَذَرَ non curavi, sive vituperavit ille, sive excusavit; Sacy gr. 1. par. 1238. Ewald gr. par. 703.

1247. Rarius adverbia أَوْ — أَ *an — aut?* ad significandam interrogationem disiunctivam ponuntur; ut أَلَقِيتَ عَبْدَ ٱللّٰهِ أَوْ أَخَاهُ utrum Abdallam convenisti, an eius fratrem? Confer par. 1244. Atque ita etiam وَامّا — امّا — أَ *an — aut — aut?* usurpantur; ut أَضَرَبْتَ إمّا عَبْدَ ٱللّٰهِ وَامّا أَخَاهُ utrum feriistii Abdallam, an eius fratrem? Sacy anthol. text. ar. pag. 105. 106.

Samachscharensis أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عَمْرٌو utrum Seid tecum est, an Amr? tum poni perhibet, si is, qui interrogat, alterum utrum adesse, certe scit; sed أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَوْ عَمْرٌو tum poni, si utriusque praesentia dubia videtur; Sacy anthol. pag. 251.

1248. Adverbio أَ subiunguntur adverbia negantia; unde exsistunt:

1. أَمَا an non? nonne? ut أَمَا وَٱللّٰهِ لَوْ تَعَدَّيْتَهَا قَتَلْتُكَ nonne, per Deum! si violasses ea, te necassem? Saepe hoc adverbium adseverationem significat, igiturque reddi potest: *profecto!* vel: *scito!* tumque haud raro ei subiungitur adverbium إِنَّ *utique*; ut أَمَا انّهُ قَدْ ثَبَتَ عِنْدَ جَمِيعِ ٱلْحُكَّامِ ٱنْقِرَاضُ جِيلِ ٱلْكِرَامِ profecto! utique iam constat inter omnes sapientes, exstinctam esse gentem generosorum; Sacy gr. 1. par. 1157. 1158. Harîr. pag. 92.

2. أَلَا an non? nonne? ut أَلَا يَقُولُ ذَلِكَ nonne dicit ille hoc? Saepe reddi potest: *profecto!* sibique subiungit adverbium إِنَّ *utique*; أَلَا إِنَّ ٱلظَّالِمِينَ فِي عَذَابٍ مُقِيمٍ profecto! utique improbi in poena perenni [versabuntur]; par. 1298.

Interdum أَلَا *an non?* abit in interiectionem excitandi: *agedum*; ut أَلَا أَيُّهَا ٱلسَّاقِي أَدِرْ كَأْسًا agedum! o pincerna, porrige poculum! Sacy gr. 1. par. 1158. anthol. pag. 254. 276.

Adverbium excitandi aliud est أَلَّا *quidni! sursum!* de quo infra dicetur par. 1253.

3. أَلَمْ an non? nonne? ut أَلَمْ يَأْنِ لِلَّذِينَ آمَنُوا أَنْ تَخْشَعَ قُلُوبُهُمْ لِذِكْرِ ٱللّٰهِ an non conveniens est iis, qui crediderunt, ut verecundia impleantur corda ipsorum quando commemoratur Deus? sûr. 47. v. 15.

1249. Adverbio أَ subiungitur coniunctio وَ *et*, Sacy gr. 1. par. 1217. anthol. pag. 259. Unde exsistunt:

1. أَوَ anque? ut أَوَتَعْجَبُ مِنْ ذَلِكَ anque miraris hoc? Agân. artic. Abân ben abd el hamîd.

2. أَوَمَا nonneque? par. 1205.

3. أَوَلَا nonneque? Sacy gr. 1. par. 1217.

4. أَوَلَمْ nonneque? sûr. 29. v. 50.

1250. Adverbio أَ subiungitur coniunctio فَ *itaque*. Unde exsistunt:

1. أَفَ an itaque? sûr. 3. v. 156.

2. أَفَمَا et أَفَلَا et أَفَلَمْ an itaque non? Sacy gr. 1. par. 1217.

De أَرَأَيْتَ et أَرَأَيْتَكَ numquid? dictum est par. 1192. art. 3.

b. *Adverbium interrogatorium* هَلْ *num?*

1251. Hoc adverbium valet: *num, numquid?* interrogationem nervosiorem significans; ut هَلْ تُوجَدُ مَعَ ٱللّٰهِ أَحْزَانُ ٱلْغُرْبَةِ numquid sentiuntur praesente Deo moerores exsilii? Koseg. chrest. pag. 58. sûr. 43. v. 66. Usum huius adverbii restrictiorem esse tradit Samachscharensis, neque id praemitti accusativo, neque futurò vituperationem significanti, neque particulis وَ *et*, فَ *itaque*, ثُمَّ *tum*; his enim adverbium أَ *an?* praemitti; Sacy anthol. pag. 259. Sed ab Sacyo هَلْ accusativo praemitti dicitur gr. 2. par. 344.

In propositionibus nominalibus, sive verbo carentibus, plerumque هَلْ ponitur, tanquam vocabulum vi graviori praeditum; ut هَلْ لَكَ فِي جَمِيلٍ numquid tibi in Dschemîlum [propensio est]? par. 1130. art. 2. هَلْ مِنْ شَاكِرٍ numquid ex grato? i. e. numquid ex gratis ullus exstat? par. 1143. art. 4. Ewald gr. par. 703.

Porro هَلْ *num* ita ponitur, ut sensum relativum habeat; ut لَيْتَ شِعْرِى هَلْ أَبِيتَنَّ لَيْلَةً كَلَيْلَتِنَا utinam scirem, num pernoctaturus sim aliquam noctem, quae sit similis nocti nostrae! Koseg. chrest. pag. 146.

1252. Adverbia أَمْ — هَلْ *num* — *aut* enuntiationibus coniunctis praemissa significant interrogationem disiunctivam, sensu relativo positam; ut:

يَا لَيْتَ شِعْرِى أَدَهْرِى　　أَحَاطَ عِلْمًا بِقَدْرِى

وَهَلْ دَرَى كُنْهَ غَوْرِى　　فِي ٱلْخِدْعِ أَمْ لَيْسَ يَدْرِى

i. e. utinam scirem, num aevum meum plene cognoverit dignitatem meam, atque utrum cognoverit vim ingenii mei in decipiendo, an non cognoscat! Sacy gr. 1. par. 1238.

c. *Adverbia interrogatoria* هَلَّا *et* أَلَّا *nonne? quidni?*

1253. Composita esse existimantur ex هَلْ *num?* et لَا *non*, Sacy gr. 1. par. 1160. Ewald gr. par. 704. Si praeteritum iis subiungitur, tum exprobrare dicuntur; ut هَلَّا أَكْرَمْتَ زَيْدًا quidni honorasti Seidum? Sacy anthol. pag. 258. فَأَقْسَمْتُ عَلَيْكَ أَلَّا سَاعَدْتَنِى itaque te obtestor, quidni adiuvas me? Koseg. chrest. pag. 140. Saepe vero etiam praeterita haec imperativos sive cohortationes significare existimari possunt.

Si futurum his adverbiis subiungitur, tum excitare dicuntur; ut هَلَّا تَقْرَأُ ٱلْقُرْآنَ quidni legis Korânum? i. e. agedum, lege Korânum! Sacy anthol. pag. 258. أَلَّا تُمِيلِينَ ٱلْقَطِيعَةَ وَٱلْهَجْرَ quidni abiicis inimicitiam et absentiam? i. e. abiice inimicitiam et absentiam! Koseg. chrest. pag. 18. Ponitur هَلَّا etiam in enuntiatione nominali, ut فَهَلَّا نَفْسُ لَيْلَى شَفِيعُهَا itaque nonne anima Leilae est ipsius defensor? Alfiyya pag. 179.

In sermone minus emendato pro أَلَّا passim أَلَّا مَا positum invenitur; ut أَلَّا مَا ٱنْشَرَحْتَ مَعَنَا quidni laetaris nobiscum? Koseg. chrest. pag. 25. Quae particula مَا subiuncta utrum sit pronomen par. 1097. an adverbium negans par. 1201. nescio, par. 1316.

Ab adverbio أَلَّا *quidni?* distinguenda est coniunctio أَلَّا *ut non, ne,* quae ex أَنْ *ut* et لَا *non* composita est.

d. *Adverbia interrogatoria* لَوْلَا *et* لَوْمَا *nonne? quidni?*

1254. Haec adverbia proprie valent: *si non, nisi,* quum ex لَوْ *si* conditionali, et لَا *non,* مَا *non,* composita sint. Atque illam significationem لَوْلَا in locis longe plerisque retinet.

Sed in Korâno لَوْلَا et لَوْمَا interdum propositionibus ita praemittuntur, ut valeant: *annon? quidni?* particula لَوْ ab sensu conditionali ad interrogantem traducta. Ita apud Latinos *si* in interrogatione relativa ponitur. Adverbia illa arabica praeterito praemissa exprobrare dicuntur. Exemplum est: لَوْلَا أُنْزِلَ عَلَيْهِ مَلَكٌ quidni demissus est in eum angelus? sûr. 6. v. 8. Sed in ipso hoc praeterito interdum vis quaedam cohortandi inest, ut لَوْلَا أَخَّرْتَنِي إِلَى أَجَلٍ قَرِيبٍ فَأَصَّدَّقَ quidni servas me [i. e. serva me] ad terminum propinquum, ut fidem habeam? sûr. 63. v. 6. Praemissa futuro dicuntur excitare, ut لَوْلَا تَسْتَغْفِرُونَ ٱللّٰهَ quidni imploratis Deum? i. e. implorate Deum! sûr. 27. v. 47. لَوْمَا تَأْتِينَا بِٱلْمَلَائِكَةِ إِنْ كُنْتَ مِنَ ٱلصَّادِقِينَ quidni adducis ad nos angelos, si ex veridicis es? i. e. adduc ad nos angelos! Sacy gr. 1. par. 1160. anthol. pag. 170. Ewald gr. par. 704. Adverbium لَوْمَا rarius usurpatur.

Caput quartum.

De Coniunctionibus.

1255. Coniunctiones eo potissimum consilio ponuntur, ut enuntiationes iusto ordine collocatae particulis illis orationi insertis ita connectantur, ut, quod necessitudinis genus inter enuntiationes singulas intercedat, satis patefiat. Necessitudinis enim illius sunt genera varia, quum enuntiationes aliae componantur copulata significantes, ut: *his de rebus Caesar certior factus, et infirmitatem Gallorum veritus,* bell. gall. lib. 4. cap. 5; aliae discernenda distinguentes, ut: *audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda,* Liv. lib. 6. cap. 18; aliae causam et effectum demonstrantes, ut: *hoc quia perspicue verum est, nihil attinet approbari,* Cic. de iuvént. lib. 1. cap. 36; aliae conditionem et eventum ex ea pendentem exponentes, ut: *si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse*

facturum, bell. gall. lib. 1. cap. 14. Unde fit, ut coniunctionum classes variae distingui soleant, copulantes, discernentes, causales, conditionales, aliaeque; Vossius de vocum analogia, lib. 4. cap. 25. 26. Atque Arabes quoque distinxerunt حُرُوفُ ٱلْعَطْفِ particulas copulationis, حُرُوفُ ٱلشَّرْطِ particulas conditionis, حُرُوفُ ٱلتَّعْلِيلِ particulas causae, aliasque, Sacy gr. 1. par. 1196. 1197. Plures vero esse particulas, quibus et in adverbiis, et in coniunctionibus, tribui possit locus, supra diximus, par. 1174; Vossius loc. cit. cap. 25.

Singulas iam quasdam coniunctionum arabicarum classes perlustrabimur.

Classis prima. Coniunctiones copulanes.

1. *Coniunctio* وَ *et, ac.*

1256. Haec coniunctio compositionem rerum significat, tum earum, quae simul comparuerunt, tum earum, quae deinceps prodierunt. Quocirca Arabes eam in universum لِلْجَمْعِ *ad pluralitatem* significandam usurpari ferunt; plerumque vero eam لِلْمَعِيَّةِ *ad comitatum* indicandum poni, sive res simul comparentes enumerare; interdum eam لِلتَّرْتِيبِ *ad consecutionem* rerum exponendam poni, Kâm. pag. 1974. Itaque verba جَآءَنِي زَيْدٌ وَعَمْرٌو significant: *convenerunt me Seidus et Amrus;* uter prior venerit, his non indicatur; par. 1269. Sacy gr. 1. par. 1207. 1208. Ewald gr. par. 726.

1257. Primo igitur Wâwa, copulat vocabula singula, tum nomina, tum verba. Itaque ad nomen Wâwa interposita adiicitur nomen, ut تَكَلَّمَتْ مَرْيَمُ وَهَرُونُ فِي مُوسَى declamarunt Maria et Harûn contra Mosem, Sacy gr. 2. par. 399. هُوَ ٱلَّذِي خَلَقَ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضَ ille est is, qui condidit coelos et terram, sûr. 57. v. 2. Atque ad verbum hoc modo adiicitur verbum; ut فَجَعَلُوا يَتَجَسَّسُونَ ٱلْأَخْبَارَ وَيَتَتَبَّعُونَ ٱلْآثَارَ itaque coeperunt investigare nuntios atque explorare vestigia, Sacy gr. 2. par. 361.

1258. Si nomen primum est pronomen in *nominativo* ponendum, ipsaque verbi persona iam demonstratum, ut in verbis: ٱحْتَاجَ *indigebat ille*, tum plerumque, ut perspicue loquantur, pronomen illud iterum signi-

ficant, posito pronomine separato, ut: اِحْتَاجَ هُوَ وَمَنْ مَعَهُ إِلَى ٱلْأَقْوَاتِ indigebat ille, et quicunque cum eo erat, ciborum. Interdum vero hoc pronomen separatum omittitur, praesertim si inter verbum et coniunctionem aliquid interpositum est, Sacy gr. 2. par. 494.

Si nomen primum est pronomen verbo suffixum, quod *accusativum* pronominis significat, tum pronomen separatum adiici non solet, ut أَجْلَاهُ وَقَوْمَهُ expulit eum, et gentem eius. Adiicitur, si pronomen illud modo nervosiori significare volunt, par. 1010.

Si nomen primum est pronomen nomini suffixum, quod *genitivum* pronominis significat, tum pronomen separatum adiicitur, ut اِتِّفَاقُهُ هُوَ وَأَخِيهِ consensus eius et fratris eius; par. 1010. Ewald gr. par. 727.

Si nomen primum ex praepositione pendet, post Wâwam adiectam praepositio illa modo omittitur, modo iterum ponitur, par. 1165.

Copulat Wâwa etiam nomina negata, ut لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِٱللّٰهِ nulla potestas et nulla fortitudo est, nisi in Deo! par. 1221.

1259. Interdum alicui nomini per Wâwam adpositam nomen alterum ita subiicitur, ut personae, quam nomen primum significat, subiungatur tanquam comes inferioris ordinis. Quod ubi fit, Wâwa valet *cum*, comes ille vero in accusativo ponitur, quasi circumstantia verbi antecedentis naturam definiens, par. 1125. 1195. 1204. Igitur quemadmodum ponitur جَآءَ زَيْدٌ مُغَنِّيًا accessit Seid cantans, ita ponuntur: أُسْكُنْ أَنْتَ وَزَوْجُكَ ٱلْجَنَّةَ incole tu cum uxore tua illum hortum! مَا لَكَ وَزَيْدًا quid est tibi cum Seido? مَا شَأْنُكَ وَزَيْدًا quid est status tuus cum Seido? i. e. quid tibi cum Seido commercii est? Wâwa ita usurpata ab Arabibus vocatur وَاوُ ٱلْمُصَاحَبَةِ Wâwa comitatus; Sacy gr. 1. par. 1211. tom. 2. par. 132. anth. pag. 333. Ewald gr. par. 564.

1260. Deinde Wâwa copulat enuntiationes; ut لَقَدْ أَخَذْنَا مِيثَاقَ بَنِي إِسْرَآئِيلَ وَأَرْسَلْنَا إِلَيْهِمْ رُسُلًا iam pepigimus foedus filiorum Israelis, atque legavimus ad eos legatos, sûr. 5. vers. 74. فَٱحْتَزُّوا رَأْسَهُ وَحُمِلَ إِلَى مُونِسٍ tum absciderunt caput eius, atque hoc portatum est ad Munassum, Koseg. chrest. ar. pag. 111. Tum facta duo significantur, quorum alterum antecessit, alterum subsequutum est.

Wâwa status.

1261. Saepe vero enuntiationes duae Wâwa interposita ita copulantur, ut prima factum quoddam significet, altera quandam eiusdem facti circumstantiam. Quod ubi fit, factum utrumque eodem tempore accidisse demonstratur, vel, quum factum primum accideret, alterum iam perfectum fuisse. Wâwa ita usurpata ab Arabibus nominatur وَاوُ ٱلْحَالِ *Wâwa status* sive Wâwa circumstantiae; quae valet: *quum.*

Haec Wâwa praesertim tum ponitur, si enuntiatio secunda, quae circumstantiam significat, est nominalis; nam huius generis enuntiatio ad antecedentia aptius adnectitur coniunctione interposita; Sacy 2. par. 672. Exempla sunt: أَنْشَدَ وَهُوَ مَحْبُوسٌ بِمَكَّةَ recitavit, et ipse constrictus Mekkae i. e. recitavit, quum vinculis constrictus esset Mekkae, قَدِمَ طَرَابُلُسَ ٱلْغَرْبِ وَزِيَادَةُ ٱللّٰهِ مُتَوَقِّعٌ عَلَيْهِ pervenit ille ad Tripolim occidentis, quum Sijâdet alla exspectaret eum, مَاتَ وَلَهُ سَبْعُونَ سَنَةً mortuus est, quum ei essent septuaginta anni, هٰذَا وَجُنْدَبَةُ وَاقِفٌ يَنْظُرُ إِلَيْهِ hoc [factum est], quum Dschundaba staret, spectans ad eum, Koseg. chrest. pag. 68.

Eademque ratione in negatione restricta, in qua إِلَّا — مَا vel إِلَّا — لَا *non — nisi* ponuntur, enuntiationi secundae, si circumstantiam significat, Wâwa status praemittitur; ut مَا وَصَلْتُ إِلَّا وَزَلَالُ أَصْحَابِي فِي أَوَاسِطِ ٱلنَّاسِ non perveni eo, nisi quum scapha amicorum meorum in medio hominum adesset, Koseg. chrest. pag. 26. لَا يُقَالُ لِلْمَجْلِسِ نَادٍ إِلَّا وَفِيهِ أَهْلُهُ non vocatur conclave *nâdin,* nisi quum in eo adest eius coetus, Sacy anth. pag. 30. Pro وَ إِلَّا et adiecta enuntiatione nominali poni potest إِلَّا إِذَا *nisi quum* cum adiecta enuntiatione verbali; loc. cit. Ewald. gr. par. 737.

Dictio poetica Wâwam status, enuntiationi nominali praemittendam, interdum omittit; ut تُضْحِي فَتِيتُ ٱلْمِسْكِ عَلَى فِرَاشِهَا نَؤُومُ ٱلضُّحَى illa exstat, quum pulvis musci inspersus est eius lecto, dormitans ante meridiem, Sacy gr. 1. par. 1215. Ewald gr. par. 730.

1262. Si enuntiatio secunda, quae circumstantiam significat, est verbalis, praeteritum continens, tum Wâwa status cum adiecta particula

قَدْ *iam* praemittitur illi praeterito, ut hac verbi forma aperte significetur res perfecta par. 1184. art. 7. Quae Wâwa dicitur valere إِذْ *quum*, Sacy anth. pag. 350. Exemplum est: هٰذَا غِنَاؤُهَا وَقَدْ أَسَنَّتْ hic est cantus eius, quum ipsa iam consenuit, Koseg. chrest. ar. pag. 132. Atque ita in negatione restricta ponitur: مَا وَصَلَ ٱلْمَالُ إِلَّا وَقَدْ فُتِحَ ٱلْقَصْرُ non adlata est pecunia, nisi quum iam captum esset castellum; Sacy gr. 1. par. 1218. tom. 2. par. 668.

Interdum supprimitur adverbium قَدْ *iam*, quod Wâwae subiungi debebat; ut ٱلَّذِينَ قَالُوا لِإِخْوَانِهِمْ وَقَعَدُوا qui dixerunt fratribus, quum hi consedissent, Sacy gr. 2. par. 670. Quod praesertim tum fit, si verbum substantivum كَانَ vel لَيْسَ *non fuit*, sequitur, ut تَغَيَّرَ لِقَيْسِ بْنِ عَبْدِ يَغُوثَ وَكَانَ عَلَى جُنْدِهِ succensebat Kaisso ben abd iagûth, quum praeesset eius exercitui, Taber. ann. vol. 1. pag. 58. كَرِهُوا أَنْ يَبْقُوا بَعْضَ يَوْمٍ وَلَيْسُوا فِي جَمَاعَةٍ noluerunt transigere ullum diem, ita ut non essent in coetu; loc. cit. pag. 14. Ita Wâwa status praemittitur verbo كَانَ imperfectum vel plusquamperfectum significanti, par. 397. 1184. art.2. ut: وَمَاتَ ٱلرَّشِيدُ بِطُوسَ وَكَانَ خَرَجَ إِلَى خُرَاسَانَ mortuus est Erraschîd Tûssae, quum perrexisset in Chorâssânam; Ewald gr. par. 730.

Porro haec Wâwa cum negatione مَا coniuncta praemittitur praeterito; ut: وَقَوْلِهِمْ إِنَّا قَتَلْنَا ٱلْمَسِيحَ عِيسَى ٱبْنَ مَرْيَمَ رَسُولَ ٱللّٰهِ وَمَا قَتَلُوهُ et per verba eorum: „necavimus Messiam, Jesum, filium Mariae, legatum Dei“ quum non necarunt eum; sûr. 4. v. 156.

Interdum pro وَقَدْ solum قَدْ ponitur, ut: جَآءَ زَيْدٌ قَدْ غَنِمَ venit Seidus, quum praedam fecit, Sacy anth. pag. 147. ar. Interdum et وَ et قَدْ supprimuntur, ut: جَآؤُوكُمْ حَصِرَتْ صُدُورُهُمْ adierunt vos, quum angebantur pectora eorum, sûr. 4. v. 92. Quod praesertim tum fit, si idem subiectum utraque enuntiatio habet.

1263. Si enuntiatio secunda, quae circumstantiam significat, est verbalis, futurum continens, tum Wâwa status coniungitur cum قَدْ *sane*, *iam*, par. 1184. art. 4. vel, si negatur, cum لَمْ vel مَا negationibus,

rarius cum لَا *non*. Exempla sunt: لِمَ تُؤْذُونَنِي وَقَدْ تَعْلَمُونَ أَنِّي رَسُولُ ٱللّٰهِ إِلَيْكُمْ cur vexatis me, quum sane scitis me esse legatum Dei ad vos [missum]? sûr. 61. v. 5. Taber. annal. vol. 1. pag. 140. lin. 6. قَالَ أُوحِيَ إِلَيَّ وَلَمْ يُوحَ إِلَيْهِ شَيْءٌ dixit ille: „patefactum est mihi" quum non patefactum est ipsi aliquid, Sacy gr. 2. par. 667. Hamâs. pag. 100. lin. 6. قَدْ نَكُونُ وَمَا يُخْشَى تَفَرُّقُنَا iam eramus, quum non timebatur dispersio nostra, Weyers Ibn khacan pag. 46. وَكَيْفَ أَخَافُ مَا أَشْرَكْتُمْ وَلَا تَخَافُونَ et qui timebo id quod adiunxistis, quum non timetis? sûr. 6. v. 81.

Sola Wâwa tum praemittitur, si enuntiationem secundam introducit pronomen personale; nam قَدْ *iam* praeponi nequit nomini, neque pronomini. Exempla sunt: يَقُولُونَ عَلَى ٱللّٰهِ ٱلْكَذِبَ وَهُمْ يَعْلَمُونَ proferunt illi contra Deum mendacium, quum ipsi sciunt [falsum illud esse] sûr. 3. vers. 72. لِمَ تَكْفُرُونَ بِآيَاتِ ٱللّٰهِ وَأَنْتُمْ تَشْهَدُونَ cur sperneitis signa Dei, quum ipsi testes estis [eorum]? Ewald gr. par. 730.

Wâwa saepe omittitur, si idem subiectum utraque enuntiatio habet; nam ipsum futurum Arabes ad describendum statum ponunt, tanquam participii vicarium. Exempla sunt: جَآءَ زَيْدٌ يَضْحَكُ accessit Seidus quum ridebat [i. e. ridens], دَخَلْتُهَا لَا أُحْجَبُ intro eam quum non impedior [i. e. non impeditus]. Porro Wâwa omitti potest, si cum enuntiatione prima alteram coniungit pronomen suffixum, quod ad subiectum enuntiationis primae respicit, ut: قَدِمَ عَمْرٌو تُقَادُ ٱلْجَنَائِبُ بَيْنَ يَدَيْهِ accessit Amrus quum agebantur iumenta ante eum, Sacy gr. 2. par. 665. 667. Interdum in enuntiatione prima tale pronomen suffixum inest, quod ad subiectum enuntiationis secundae respicit, ut in verbis: وَبَرْكٍ هُجُودٍ قَدْ أَثَارَتْ مَخَافَتِي نَوَادِيَهَا أَمْشِي بِعَضْبٍ مُجَرَّدِ et camelorum dormientium, quorum primos excitavit terror mei, quum ibam cum gladio stricto, Taraf. Moall. vers. 88.

1264. Wâwa status saepe reddi potest *quanquam, quantumvis*, ut لِمَ تُؤْذُونَنِي وَقَدْ تَعْلَمُونَ أَنِّي رَسُولُ ٱللّٰهِ إِلَيْكُمْ cur vexatis me, quum

[i. e. quanquam] sane scitis me esse legatum Dei ad vos [missum]? par. 1262. Schultens Hàmâs. pag. 311.

Wâwa deflectendi
sive Wâwa praemissa futuro subiunctivo.

1265. Interdum enuntiationes duae Wâwa interposita ita connectuntur, ut ex prima pendeat altera, quum prima aliquatenus causalis sit, altera significans effectum, quanquam utraque res eodem tempore accidisse demonstratur, ut: *num vociferaberis, forumque personabis?* i. e. num ita vociferaberis, ut forum persones?

Quod ubi fit, enuntiatio prima genus sermonis vividius significare solet, ut iussum, precationem, interdictum, deprecationem, interrogationem, votum, spem, exhortationem, invitationem, negationem rei futurae. Enuntiationem alteram vero Wâwa cum futuro subiunctivo coniuncta subnectit, quoniam futuro subiunctivo significatur actio in statu obliquo posita, sive ex alia pendens, par. 393. art. 2. Tum Wâwa valet: *ut*, *ita ut*; si vero enuntiatio prima est negativa, Wâwa saepe reddi potest: *ne*.

Vocatur Wâwa hoc consilio posita وَاوُ ٱلصَّرْفِ Wâwa deflectendi, quia haec coniunctio, si ita usurpatur, ab enuntiatione prima alteram ita deflectit, ut altera non simpliciter cum prima copuletur, sed in statum obliquum sive futurum subiunctivum detrudatur; Sacy anth. pag. 178. 219. Exempla sunt: أَمْ حَسِبْتُمْ أَنْ تَدْخُلُوا ٱلْجَنَّةَ وَلَمَّا يَعْلَمِ ٱللَّهُ ٱلَّذِينَ جَاهَدُوا مِنْكُمْ وَيَعْلَمَ ٱلصَّابِرِينَ numquid putatis vos esse ingressuros paradisum ante quam novit Deus eos qui pugnaverunt ex vobis, ita ut noscat constantes? sûr. 3. vers. 136. هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ num edes piscem ita ut simul bibas lac? لَا تَنْهَ عَنِ ٱلْخُلُقِ وَتَأْتِيَ مِثْلَهُ noli dehortari ab certa vitae ratione ita ut ipse utaris ea! i. e. quae interdicis, ipse perpetrare noli! Sacy gr. 2. par. 57. anth. pag. 177. Ewald gr. par. 628.

Arabes propositionibus huius generis interdum simpliciter actiones duas simul peractas significari ferunt, ita ut sensus verborum هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ sit: num edes piscem, simulque bibes lac? tumque Wâwam vocari وَاوُ ٱلْجَمْعِ Wâwam coniunctionis, vel وَاوُ ٱلْمَعِيَّةِ Wâwam

societatis; Sacy gr. 2. par. 58. anth. pag. 177. 217. Ita fere Wâwa comitatus par. 1258. nomen sibi subiungit in accusativo positum.

Wâwa praemissa praeterito optativo.

1266. Modum optativum Arabes significant praeterito posito, ut ita id, quod optant, certum et quasi iam perfectum esse demonstrent. Praeteritum vero ita usurpatum cum suis complementis, nulla coniunctione interposita, aut enuntiationi antecedenti subiungitur, aut enuntiationi inseritur; nam optativus inducit sententiam ex improviso incidentem, cum antecedentibus non arcte colligatam. Exempla sunt: ثُمَّ ٱنْصَرَفَ عُمَرُ رَضِىَ ٱللّٰهُ عَنْهُ deinde abiit Omar; faveat Deus ipsi! قَالَ ٱلْكَرَمُ ثَبَّتَ ٱللّٰهُ جَيْشَ سُعُودِكَ يَزِينُ dixit ille: „generositas, tueatur Deus exercitum felicitatis tuae! nobilitat; أَحْسَنْتَ لَا فُضَّ فُوكَ recte dixisti; ne diffringatur os tuum! Sacy gr. 1. par. 381. 382. Ewald gr. par. 198. Absentia Wâwae praeteritum in his propositionibus cum sensu optativo positum esse indicat.

Sed interdum tamen, ne ambiguitas sermoni offundatur, Wâwa praemittitur praeterito optativo. Quod tum praesertim fit, si illi praeterito negatio لَا praefixa est. Nam si quis interrogat: أَتَبِيعُ هٰذَا ٱلثَّوْبَ num vendes hanc vestem? tumque لَا عَافَاكَ ٱللّٰهُ respondetur, haec significare possunt: *ne tueatur te Deus!* quasi imprecatio proferatur. Itaque, si respondere volunt: *minime!* [i. e. nolo vendere] *sed tueatur te Deus!* tum ponuntur لَا وَعَافَاكَ ٱللّٰهُ ut ambiguitas illa absit; Sacy gr. 1. par. 1216. anth. pag. 72. 127.

Wâwa praemissa genitivo.

1267. Wâwa interdum ponitur praemissa genitivo, tumque nomen quoddam, ex quo genitivus ille pendet, suppressum esse nonnulli suspicantur.

Ita primo in sermone poetico Wâwa genitivo indefinito praemissa interdum significat: et copiam, *et multum*; quam ob rem nomen رُبَّ *copiam* par. 1118. quod Wâwae subiungi potuisset, suppressum esse dicitur. Exemplum est: وَفِتْيَةٍ هَجَّرُوا ثُمَّ أَسْرَوْا لَيْلَهُمْ et multi iuvenes, qui proficiscebantur meridie, deinde progrediebantur per noctem suam, Hamâs. pag. 384. Schultens Hamâs. pag. 430. In quibus pro وَرُبَّ فِتْيَةٍ

et copiam iuvenum positum esse وَفِتْو ferunt. Unde fit, ut haec Wâwa ab Arabibus وَاوُ رُبَّ *Wâwa vocabuli rubba* vocetur, par. 1274. Sacy gr. 1. par. 1104. 1210. Ewaldus vero in his enuntiationibus vocabulum رُبَّ supplendum esse non arbitratur; Wâwam cum singulari vi prolatam, quasi praepositio sit, sibi genitivum subiungere censet, gr. par. 521.

1268. Porro saepe in quovis sermonis genere Wâwa genitivo definito praemissa iuramentum significat, ipso verbo iurandi suppresso. Tum haec Wâwa valet: *per*. Ita وَٱللّٰهِ *per Deum!* ponitur; ut فَقَالُوا وَٱللّٰهِ لَوْ كَانَ مَعَنَا مَا ٱمْتَنَعْنَا مِنْ عِشْرَتِهِ tum dixerunt: „per Deum! si ille esset nobiscum, non abhorreremus ab eius consuetudine!" Koseg. chrest. ar. pag. 25. vide par. 1198. art. 2. In quibus وَٱللّٰهِ per breviloquentiam poni existimant pro وَيَمِينَ ٱللّٰهِ et per iuramentum Dei! sive: et iuramentum Dei [iuro]; par. 1134. 1241. Ewaldus vero وَٱللّٰهِ poni censet pro: et Deus [mihi sit testis]! in praepositionem enim Wâwam abire, quia verba: mihi sit testis, omittuntur; gr. par. 595.

Usurpatur etiam فَوَٱللّٰهِ itaque per Deum! Atque eadem ratione ponuntur وَرَبِّي per dominum meum! وَرَبِّكَ per dominum tuum! aliaque.

Si praepositione بِ ad iuramentum significandum utuntur par. 1129. art. 6. tum verbum iurandi adponi potest, ut: أُقْسِمُ بِٱللّٰهِ iuro per Deum! Interdum vero verbum omittitur, ut in: فَبِعِزَّتِكَ لَأُغْوِيَنَّهُمْ par. 1198. art. 2. Bâa iurans etiam pronomini suffixo praemittitur, ut بِكَ per te! Sacy gr. 1. par. 1209. anth. 243.

2. *Coniunctio* فَ *tum, itaque.*

1269. Haec coniunctio ordinem et consecutionem factorum, sive certum quoddam necessitudinis arctioris, inter facta duo intercedentis, genus demonstrat. Cuius necessitudinis genera varia enarrabuntur par. 1270. Quocirca Arabes hanc coniunctionem لِلتَّرْتِيبِ *ad ordinem* exponendum, atque لِلتَّعْقِيبِ *ad successionem* indicandam, usurpari ferunt. Itaque verba جَآءَنِي زَيْدٌ فَعَمْرٌو significant: convenit me Seidus, deinde Amrus, par. 1256. Kâm. pag. 1970. Sacy anth. pag. 90. ar. Ewald gr. par. 726.

Unde fit, ut Fâa rarius singula vocabula, saepissime vero propositiones duas connectat, tumque latine reddi possit: tum, deinde, proinde, itaque, igitur, vero, autem. Quae quidem Fâa, sic usurpata, nuncupari potest Fâa consecutionis, quia ad propositionem primam adiicit alteram, tanquam consequentiam. Exemplum est: قَالَ لِي ٱدْخُلْ فَدَخَلْتُ ٱلدَّارَ dixit ille mihi „introi!“ itaque introivi in illam domum.

Porro vero Fâa saepe in media propositione ita ponitur, ut cum eius parte prima connectat alteram, tumque reddi possit: *sane*, *tum*. Quae Fâa nuncupari potest Fâa complementi, quia ad propositionem nondum absolutam addit complementum. Exemplum est: وَعَلَى ٱللّٰهِ فَلْيَتَوَكَّلِ ٱلْمُؤْمِنُونَ atque Deo sane confidant credentes! sûr. 3. vers. 118. Ewald gr. par. 731.

a. *Fâa consecutionis.*

1270. Propositiones duas, facta duo enuntiantes, Fâa consecutionis arctius ita connectit, ut facti primi aut consecutio, aut causa, esse censeatur alterum. Cuius necessitudinis genera haec fere sunt.

1271. Interdum Fâa duntaxat ad tempus spectat ita, ut post factum primum accidisse alterum significetur. Tum Fâa valet: tum, deinde, igiturque ad vocabulum ثُمَّ *deinde*, *postea*, prope accedit; sed ثُمَّ non solum ordinem certum significat, sed etiam intervallum quoddam temporis inter facta duo interpositum, Sacy gr. 1. par. 1207. anth. pag. 248. Exempla sunt: ٱنْصَرَفْتُ إِلَى مَنْزِلِي مِنَ ٱلْمَوْكِبِ فَلَقِيَتْنِي أُخْتِي reversus sum domum ab exercitu; tum convenit me soror mea, Koseg. chrest. pag. 101. سَجَدَ فَأَطَالَ prostravit se, deinde diu fecit i. e. prostravit se, diuque prostratus iacuit, ib. pag. 119.

Inde fit, ut, si narratio ad novum factum transit, propositioque nova novum subiectum introducit, plerumque huic propositioni Fâa praemittatur. Ad quem Fâae usum diligenter animum adtendere oportet lectorem, quum Arabes, ubi de personis pluribus agitur, nomina pronominaque, personas illas diversas distinguentia, saepe supprimant, solaque Fâa posita iam subiectum aliud introduci significent. Exempla sunt: وَدَخَلَ عَلَى سَيِّدِهِ وَأَخْبَرَهُ فَفَرِحَ atque introivit ille [servus] ad dominum suum, eique retulit rem; tum hic [i. e. dominus] laetatus est, Koseg.

chrest. pag. 2. قَالَ ٱفْعَلْ مَا شِئْتَ فَفَعَلَ ذٰلِكَ dixit ille: „fac quodcunque velis!" tum alter fecit hoc, ib. pag. 100. Sacy gr. 1. par. 366. 1201. nro. 2. Sed enuntiatio facti primi circumstantiam tantum subiungens subnectitur posita Wâwa status, par. 1261.

Futuris quoque, imperativisque, haec Fâa praemittitur, ut زِدْهُ عَلَى ٱلْأَرْبَعَةِ ٱلْأَشْيَآءِ فَيَكُونُ خَمْسَةُ أَشْيَآءَ تَعْدِلُ عَشَرَةً adde illud ad illas quattuor res; tum quinque res aequabunt decem [i. e. $5x = 10$], Rosen Algebra ar. pag. 27. ٱسْكُتْ فَٱسْلَمْ tace! tum salvus esto! i. e. si taces, salvus eris.

Interdum haec Fâa consecutionis, quae *tum*, *deinde*, valet, nomina singula coniungit, praesertim si series rerum deinceps comparentium significatur. Exempla sunt: مَا تَقُولُونَ فِي رَجُلٍ فِي كُمِّهِ تَمْرٌ ثُمَّ يَقْعُدُ عَلَى رَأْسِ ٱلْكَنِيفِ فَيَطْرَحُهُ فِيهِ تَمْرَةً فَتَمْرَةً quid sentitis de homine, qui fert in manica sua dactylos, deinde considit ad oram latrinae, illosque in eam proiicit, dactylum, deinde dactylum i. e. deinceps omnes, Ebn challik. ed. Wüstenf. tom. 6. pag. 29. ٱلَّذِي يَقُصُّ ٱلْحَدِيثَ يَتْبَعُ مَا حَفِظَ مِنْهُ شَيْئًا فَشَيْئًا qui enarrat historiam, prosequitur id quod de ea scit, rem, deinde rem i. e. deinceps omnia, Sacy anth. pag. 124. ar. إِنَّ ٱللّٰهَ لَا يَسْتَحْيِي أَنْ يَضْرِبَ مَثَلًا مَا بَعُوضَةً فَمَا فَوْقَهَا utique Deus non verecundatur proponere similitudinem qualemcunque, muscam, deinde id quod supra eam est i. e. muscam vel rem aliam maiorem, sûr. 2. vers. 24. Taber. annal. vol. 1. pag. 42. lin. 19; pag. 142. lin. 18. يُمَثِّلُ قُرْطَيْهَا لِي ٱلْوَهْمُ جَهْرَةً فَقُبَّتَهَا repraesentat inaures eius mihi mens manifesto, deinde turrem eius, Weyers Ibn khacan pag. 22. Poetae hanc Fâam inter nomina locorum contiguorum ita interponunt, ut saepe possit reddi: *ac*; ut بِسِقْطِ ٱللِّوَى بَيْنَ ٱلدَّخُولِ فَحَوْمَلِ in extremitate arenae inter Eddachûlam, deinde Haumalam, i. e. inter Eddachûlam ac Haumalam, Amriulkais moallak. vers. 1. Hamâs. pag. 79. lin. 9. pag. 66. Sacy gr. 1. par. 1205. anth. pag. 86. Ewald gr. par. 726.

1272. Porro Fâa consecutionis ex facto primo, tanquam causa, alterum manasse significat, tumque valet: igitur, itaque, ergo, propterea. Exempla sunt: غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَأَتَى إِلَى عَيْنِ مَآءٍ يَشْرَبُ hinnu-

leus aliquando sitivit; itaque accessit ad fontem aquae potaturus, Sacy gr. 1. par. 1201. وَكَانَ عِلْمُ ٱلْأَوَّلِينَ وَٱلْآخِرِينَ كُلُّهُ مُنْدَرِجًا فِيهِ فَٱكْتَفَيْتُ بِهِ atque fuit doctrina veterum recentiorumque universa in eum condita; itaque eo contentus fui, Ajjuhal walad pag. 16. فَكَيْفَ ergo quomodo? proin quomodo? par. 1189. أَفَمَنِ ٱتَّبَعَ رِضْوَانَ ٱللَّهِ كَمَنْ بَآءَ بِسَخَطٍ مِنَ ٱللَّهِ num igitur is, qui obtemperat voluntati Dei, perinde comparatus est ut ille, qui sibi contraxit iram ab Deo? sûr. 3. vers. 156. par. 1250. Interdum imperativo haec Fâa praemittitur, ut فَلْيَكْتُبْ itaque scribat! sûr. 2. vers. 282. par. 1130. art. 10.

1273. Interdum Fâa ex facto primo, tanquam causa, alterum manaturum esse significat, tumque valet: ut, ita ut. Ita vero Fâa usurpatur, si factum primum, quod propositione prima demonstratur, significat iussum, precationem, interdictum, deprecationem, interrogationem, votum, spem, exhortationem, invitationem, negationem rei futurae. Cuius generis propositioni subiungitur Fâa cum futuro subiunctivo coniunctum, ut hoc futurum ex propositione illa pendere significetur, par. 1265. Exempla sunt: ٱغْفِرْ لِي يَا رَبِّي فَأَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ ignosce mihi, o mi domine, ut introeam in paradisum, زَوِّجْنِي ٱبْنَتَكَ فَأُصْلِحَ شَأْنَكَ colloca mihi filiam tuam, ut componam res tuas, هَلْ زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ فَأَمْضِيَ إِلَيْهِ num Seidus domi est, ut conveniam eum? لَا تُؤَاخِذْنِي فَأَهْلِكَ noli castigare me ita ut peream! لَا تَسْرِقُوا فَيَقْتُلَكُمُ ٱلسُّلْطَانُ nolite furari ita ut vos interficiat princeps! Quodsi propositio prima interdictum continet, Fâa subiuncta reddi potest: ne vel ut ne; nam: noli castigare me ita ut peream! idem fere est quod: noli castigare me, ne peream! Sacy gr. 1. par. 1201; tom. 2. par. 56. Ewald gr. par. 628.

1274. Interdum facto primo Fâa factum alterum, tanquam illi oppositum, vel ab eo diversum, ita subiungit, ut Fâa reddi possit: sed, vero, verum. Exempla sunt: وَلَا يَبْخَسْ مِنْهُ شَيْئًا فَإِنْ كَانَ ٱلَّذِي عَلَيْهِ ٱلْحَقُّ سَفِيهًا neque ille detrahat de eo aliquid; si vero is, qui pecuniam debet, fatuus est, cet. sûr. 2. v. 282. لِأَنِّي أَزْهَدُ فِي ٱلدُّنْيَا

فَأَنْتَ تَزْهَدُ فِي ٱلْآخِرَةِ nam ego abstineo ab vita proxima, tu vero abstines ab vita postrema, Ebn challek. ed. Wüstenf. nro. 542. فَمَنِ ٱضْطُرَّ غَيْرَ بَاغٍ وَلَا عَادٍ qui vero vi adigitur, neque protervia ductus, neque nefarius, Sacy gr. 1. par. 1202. فَإِنْ لَمْ يَرْضَ رَبُّ ٱلْمَنْزِلِ بِمَا طَلَبَ ٱلضَّامِنُ si vero non concedebat possessor domus id quod postularet redemtor, Sacy chrest. 1. pag. 203. فَلَمْ يَلْتَفِتِ ٱلْمُعْتَضِدُ إِلَى هٰذَا كُلِّهِ sed non adtendit El motadid ad illa omnia, Koseg. chrest. pag. 4.

1275. Interdum facto primo Fâa alterum subiungit tanquam causam, vel argumentum probans, vel circumstantiam, tumque reddi potest: **nam**, **enim**. Exempla sunt: قَالَ فَٱهْبِطْ مِنْهَا فَمَا يَكُونُ لَكَ أَنْ تَتَكَبَّرَ فِيهَا dixit ille: „itaque descende ex ea! nam non convenit tibi, ut superbias in ea“; Sacy gr. 2. par. 49. قَالَ إِنِّي لَأَعْصِي ٱللّٰهَ تَعَالَى فَأَعْرِفُ ذٰلِكَ فِي خُلُقِ حِمَارِي وَخَادِمِي dixit ille: „utique ego certe repugno Deo, qui celebretur; nam cognosco hoc in [ex] moribus asini mei, famulique mei, Ebn challek. ed. Wüstenf. nro. 542. فَلَا تَلُومُوا إِلَّا أَنْفُسَكُمْ فَٱلْحُصُونُ مِنَّا مَعَ تَشْدِيدِهَا لَا تَمْنَعُ tum ne vituperate nisi vosmet ipsos! nam castella a nobis, quamvis munita sint, non defendunt, Sacy chrest. 1. pag. 171. ar. Ewald gr. par. 731.

Apud poetas Fâa perinde ut Wâwa par. 1267. genitivo indefinito ita praemittitur, ut valeat: **nam copiam**, **nam multum**, tumque nomen رُبَّ *copiam* par. 1118. quod Fàae subiungi potuisset, suppressum esse dicitur. Exemplum est: فَمِثْلِكِ حُبْلَى قَدْ طَرَقْتُ وَمُرْضِعٍ nam multam tibi similem [nam copiam similium tibi], gravidam, iam visitavi, lactantemque; Amrulkaissi Moall. vers. 14. Sacy gr. 1. par. 1206. Ewaldus vero رُبَّ non suppressum esse censet, sed Fâam, quoniam cum vi proferretur, quasi praepositio esset, sibi genitivum subiungere, gr. par. 521.

Si facto primo Fâa solam circumstantiam subiungit, tum Fâa valet fere: *quum*, *quanquam*. Exemplum est: أَيُحِبُّ أَحَدُكُمْ أَنْ يَأْكُلَ لَحْمَ أَخِيهِ مَيْتًا فَكَرِهْتُمُوهُ num cupit ullus vestrum, ut comedat carnem fratris sui, quando mortuus est, quum [quanquam] abominemini illud? sûr. 49. v. 12. Confer par. 1264.

b. *Fâa complementi.*

1276. Propositionis parti primae Fâa complementi subnectit partem alteram sive complementum, reddique potest: sane, tum, par. 1269. Quae quidem Fâa tum potissimum usurpatur, si propositionis partes duas certo vinculo arctius connecti convenit, ut in ea propositione, quae solitum vocabulorum ordinem invertit, et in propositione conditionali, quae, quoniam conditionem et consequentiam demonstrat, in membra duo dispertitur, Sacy gr. 1. par. 1202. 1203. Ewald gr. par. 731.

1277. In propositione simplici interdum subiecto definito Fâa complementi subnectit praedicatum, quod nervosius demonstrare volunt, ut وَٱلْبَاطِنُ فَفَاضِحٌ atque absconditum sane patescens [est], لَهُ ٱبْنَانِ فَٱلْأَكْبَرُ فَعَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ قَيْسٍ ei sunt filii duo; sed maior sane est Abdalla ben kais, Harîr. pag. 366. Sacy gr. 1. par. 1203. Quibus in propositionibus Arabes articulum subiecto praemissum valere ٱلَّذِى *qui* vel مَا *quodcunque*, propterea que Fâam poni censent, par. 1280.

1278. Frequentius tum, si coniunctio أَمَّا *autem*, *verum*, subiecto praemissa est, Fâa praedicatum subnectit; ut وَأَمَّا ٱلَّذِينَ كَفَرُوا فَيَقُولُونَ verum qui increduli sunt, sane dicunt, sûr. 2. v. 24. Sacy gr. 1. par. 1203. Quibus in propositionibus subiectum interdum est nominativus absolutus, ut وَأَمَّا ضَرْبُ عُنُقِكَ فَمَا كُنْتُ لِأَضْرِبَ عُنُقَ مُسْلِمٍ verum sectio colli tui [i. e. verum quod adtinet ad sectionem colli tui], sane non is sum, ut secem collum moslemi, Agân. art. Ebn mofarrig. Lege par. 1294.

1279. Obiecto praemisso Fâa complementi subnectit imperativum, quia in his propositionibus ordo verborum solitus est inversus; nam imperativus debebat praecedere obiectum. Exempla sunt: وَإِيَّايَ فَٱرْهَبُونِ ac me sane timete! رَبَّكَ فَكَبِّرْ dominum tuum sane celebra! وَعَلَى ٱللّٰهِ فَلْيَتَوَكَّلِ ٱلْمُؤْمِنُونَ et domino sane confidant credentes! sûr. 5. v. 14. وَأَمَّا ٱلسَّائِلَ فَلَا تَنْهَرْ verum petentem sane noli repellere! sûr. 93. v. 9. ٱلسَّارِقُ وَٱلسَّارِقَةُ فَٱقْطَعُوا أَيْدِيَهُمْ vir furans et femina furans [i. e. quod ad fures adtinet], sane praecidite manus eorum! بِفَضْلِ ٱللّٰهِ وَبِرَحْمَتِهِ فَبِذٰلِكَ فَلْيَفْرَحُوا de liberalitate Dei, deque eius misericordia, sane de

hac re, sane laetentur! sûr. 10. v. 59. Sacy gr. 1. par. 1202. Ewald gr. par. 731.

1280. Antequam de propositione conditionali dico, pauca de discrimine eo exponenda sunt, quod inter enuntiationem nominalem et verbalem intercedit. *Nominalem* Arabes eam nuncupant, quam nomen introducit, ut أَللّٰهُ رَحِيمٌ Deus est misericors, هُمْ يَقْنَطُونَ illi desperant, Sacy gr. 2. par. 185. 703. 704. *Verbalem* eam vocant, quam introducit verbum subiecto praemissum, ut جَآءَ ٱلْمَلِكُ advenit rex, يَكْذِبُ عَلَى نَفْسِهِ fallit se ipsum.

Propositionis conditionalis membrum primum aut pronomine conditionali, ut مَنْ quicunque, ٱلَّذِى qui, مَا quodcunque, aut ab particula conditionali, ut إِنْ si, إِلَّا si non, nisi, إِذَا quando, أَيْنَمَا ubicunque, مِنْ حَيْثُ undecunque, introducitur; membrum secundum vero est enuntiatio verbalis, quae aut ab praeterito, aut ab futuro decurtato introducitur, rem futuram significanti. Exempla sunt: مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ بَلَغَ مُرَادَهُ quicunque condit arcanum suum, impetrabit optatum, مَا تَفْعَلُوا مِنْ خَيْرٍ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ quidquid faciatis boni, id noscet Deus, إِنْ فَعَلْتُ ذَلِكَ ضَيَّعْتُ مَالِى si faciam hoc, perdam pecuniam meam, إِلَّا تَنْفِرُوا يُعَذِّبْكُمْ quod nisi fugitis, cruciabit vos, وَإِلَّا كَشَفْتُ عَنْ لَبْسِكَ sin minus, detegam fraudem tuam, Sacy gr. 1. par. 400. Quodsi membrum secundum ita, ut modo diximus, comparatum est, Fâa ei non praemittitur, Sacy gr. 2. par. 699—701. Ewald gr. par. 754—759.

Si vero modo alio membrum secundum componitur, id Fâa membro primo subnectit, ut haec membra inter se cohaerere apertius demonstretur. Quae Fâa ab Arabibus nuncupatur ٱلْفَآءُ ٱلرَّابِطَةُ لِلْجَوَابِ Fâa subnectens responsionem; nam propositionis conditionalis membrum secundum *responsio* vocatur, Kâm. pag. 1971. Sacy anthol. pag. 90. arab. Igitur Fâa illa responsionem subnectens ponitur:

1. si membrum secundum est enuntiatio nominalis; ut مَنْ أَغْمَدَ سَيْفَهُ فَهُوَ حُرٌّ quicunque condit gladium suum, sane is ingenuus est, Agân. art. Asch-ab, إِنْ قُلْتَ هٰذَا فَأَنْتَ مِنَ ٱلْكَافِرِينَ si dicis hoc, tum es

ex incredulis, فَإِنْ أَجَبْتَ وَأَطَعْتَ فَبِهَا quodsi adnuis atque obtemperas, tum bene hoc! par. 1193. art. 6. وَٱلْمَرْءُ مَقْتُولٌ بِمَا قَتَلَ بِهِ إِنْ سَيْفًا فَسَيْفٌ atque homo interficietur ea re, qua interfecit ipse; si gladio [interfecit], tum gladius [adhibebitur], Sacy gr. 2. par. 831. إِلَّا حَظِيَّةً فَلَا أَلِيَّةً si non amata [ero], tum non pigra, [i. e. quamvis non amata, tamen non ero pigra ad merendum amorem] Harîr. pag. 67.

Rarius fit, ut pro Fâa ponatur إِذَا *tum*, par. 1179. art. 2. ut: إِنْ تُصِبْهُمْ سَيِّئَةٌ بِمَا قَدَّمَتْ أَيْدِيهِمْ إِذَا هُمْ يَقْنَطُونَ si ferit eos calamitas propter id quod praemiserunt manus eorum, tum hi desperant, Sacy gr. 2. par. 703.

2. si membrum secundum enuntiatio verbalis quidem est, sed ab praeterito introducitur, rem praeteritam significanti, ut: إِنْ كَانَ قَمِيصُهُ قُدَّ مِنْ قُبُلٍ فَصَدَقَتْ si tunica eius fissa est ab fronte, tum verum dixit illa. Tali vero praeterito plerumque فَقَدْ *tum iam*, rarius لَقَدْ *certe iam*, praemittitur, ut: مَنْ فَعَلَ ذَلِكَ مِنْكُمْ فَقَدْ ضَلَّ quicunque vestrum facit hoc, sane erravit, par. 1184.

3. si membrum secundum introducitur ab praeterito verbi manci, non in omnibus temporibus usitati, par. 603. qualia sunt لَيْسَ *non est*, عَسَى fortasse fit, كَرَبَ prope fuit, Sacy gr. 2. par. 699. 702. Exemplum est: إِنْ تَرَنِ أَنَا أَقَلَّ مِنْكَ مَالًا وَوَلَدًا فَعَسَى رَبِّي يُؤْتِيَنِي خَيْرًا مِنْ جَنَّتِكَ quodsi vides me pauperiorem te quod ad pecuniam liberosque adtinet, tum fortasse fiet, ut dominus meus tribuat mihi aliquid, quod melius est quam hortus tuus.

4. si membrum secundum introducitur ab verbo imperativo vel optativo, ut: إِنْ كُنْتُمْ تُحِبُّونَ ٱللَّهَ فَٱتَّبِعُونِي si amatis Deum, tum sequimini me! مَنْ شَهِدَ مِنْكُمُ ٱلشَّهْرَ فَلْيَصُمْهُ quicunque vestrum cernit hunc mensem, ieiunet per eum! إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ هَمَّامٍ فَحُيِّيتَ si es filius Hemmâmi, tum salveto! Sacy gr. 1. par. 383. إِذَا سَقَيْتَ ٱلْقَوْمَ فَٱمْزُجْ لَهُمْ quando potum praebes his hominibus, tum misce iis [vinum]! Agân.

art. Mutajjam, وَإِلَّا فَصُبَّ ٱلسَّوْطَ عَلَى رَأْسِهِ sin minus, tum inflige flagellum capiti eius, Agân. art. Ebn mofarrig, وَإِلَّا فَرَمَى ٱللّٰهُ جَفْنِي بِٱلْعَمَشِ sin minus, tum adficiat Deus palpebram meam lippitudine! Sacy gr. 1. par. 383.

5. si membrum secundum introducitur ab verbo, cui particula quaedam, ut سَوْفَ vel سَ *futuro*, إِنَّمَا *tantummodo*, إِنَّ *utique*, مَا *non*, لَنْ *non*, لَا *non*, لَمْ *non*, praemissa est. Exempla sunt: مَنْ نَكَثَ فَإِنَّمَا يَنْكُثُ عَلَى نَفْسِهِ quicunque fallit, sane tantummodo fallit se ipsum, sûr. 48. vers. 10. مَنْ أَوْفَى بِمَا عَاهَدَ عَلَيْهِ ٱللّٰهَ فَسَيُؤْتِيهِ أَجْرًا عَظِيمًا quicunque explet id quod promisit Deo, sane ei tribuet mercedem praeclaram, sûr. 48. v. 10. إِنْ تَسْتَغْفِرْ لَهُمْ فَلَنْ يَغْفِرَ ٱللّٰهُ لَهُمْ si petis veniam iis, tum non dabit veniam Deus iis, إِنْ أَبَيْتُمْ فَلَا أَرَى لَكُمْ رَأْيًا si nolitis, tum non video vobis ullum subsidium, Tab. ann. vol. 1. pag. 110. مَنْ يُؤْمِنْ بِرَبِّهِ فَلَا يَخَافُ بَخْسًا quicunque fidem habet domino suo, sane non timebit damnum, Sacy gr. 2. par. 701. إِنْ أَكُ قَدْ بَرَدْتُ بِهِمْ غَلِيلِي فَلَمْ أَقْطَعْ بِهِمْ إِلَّا بَنَانِي si explevi in iis odium meum, tum non abscidi in iis nisi digitos meos [i. e. mihimet ipsi damnum intuli], Hamâs. pag. 96.

Si لَا vel لَمْ praemittitur verbo, tum Fâa interdum supprimitur.

1281. Fâa saepe particulis aliis praefigitur, unde existunt particulae compositae variae; ex quibus sunt: 1. فَقَدْ itaque iam i. e. etenim, par. 1184. فَأَنْ itaque ut, par. 1306. فَإِنَّ itaque utique i. e. etenim, par. 1301. فَإِنْ itaque si, par. 1361.

Classis secunda. Coniunctiones discernentes.

1. *Coniunctio* أَوْ *aut, vel.*

1282. Haec coniunctio optionem significat ita datam, ut ex rebus duabus, vel pluribus, eligi possit una. Exempla sunt: كُونُوا هُودًا أَوْ نَصَارَى estote Iudaei aut Christiani! Kâm. pag. 1844. جَالِسِ ٱلْحَسَنَ أَوِ ٱبْنَ سِيرِينَ conside apud El hassanum aut apud Ebn sîrînum! Sacy

anth. pag. 105. ar. إِذَا رَافَقْتُ فِي رِحْلَةٍ أَوْ حَلَلْتُ بِحِلَّةٍ quando comes fui in itinere, aut substiti in deversorio, Harîr. pag. 365. Sacy gr. 1. par. 1242. جَاءَنِي زَيْدٌ أَوْ عَمْرٌو أَوْ بَكْرٌ convenit me Seid, aut Amr, aut Bekr, Sacy anth. loc. cit. sûr. 5. v. 37; 17. v. 92—95.

1283. Quemadmodum latine interdum *aut* pro *nisi* vel *alioquin* ponitur, sic apud Arabes أَوْ futuro antithetico ita praemittitur, ut valeat nisi, alioquin. Exempla sunt: لَأَقْتُلَنَّكَ أَوْ تُسْلِمَ certe interficiam te, aut Moslemus fies [i. e. nisi moslemus fies] Sacy gr. 1. par. 1219. tom. 2. par. 59. لَا أَخْلَعُ ثِيَابَ سَفَرِي أَوْ تُنْصِفَنَا مِنِ ٱبْنَيْ زِيَادٍ non exuam vestes itineris, nisi defendes nos ab duobus filiis Sijâdi, Agân. art. Ebn mofarrig, لَا أَتَكَلَّمُ أَوْ أَظْفَرَ أَوْ أُقْتَلَ non loquar, nisi vicero, aut interficiar, Tab. annal. vol. 1. pag. 166. فَكَانَتْ كِتَابَةُ ٱلْعَرَبِ بَدَوِيَّةً مِثْلَ أَوْ قَرِيبًا مِنْ كِتَابَتِهِمْ لِهٰذَا ٱلْعَهْدِ أَوْ نَقُولَ أَنَّ كِتَابَتَهُمْ لِهٰذَا ٱلْعَهْدِ أَحْسَنُ صِنَاعَةً i. e. tum scriptura Arabum fuit campestris sicut, vel fere sicut ea, qua hoc tempore utuntur, nisi forte dicamus eam scripturam, qua hoc tempore utuntur, nitidius exarari, Sacy chr. ar. tom. 2. pag. 122. ar. Kâm. pag. 1844. Ewald gr. par. 629.

Rarius أَوْ — لَا *non* — *aut* pro *non* — *quin* poni videtur, ut فَلَا يَلْبَثُ ٱلْمُتَعَلِّمُ أَوْ يُحْكِمَ أَشْكَالَ تِلْكَ ٱلْحُرُوفِ neque cunctatur discipulus, quin imbuatur figuris harum litterarum, Sacy chr. tom. 2. pag. 126. ar. Pro أَوْ fortasse أَنْ legendum est.

1284. Porro أَوْ bis posita, nominibusque vel futuris antitheticis praemissa, ita usurpatur, ut valeat sive — sive. Exempla sunt: وَإِذَا مَسَّ ٱلْإِنْسَانَ ٱلضُّرُّ دَعَانَا لِجَنْبِهِ أَوْ قَاعِدًا أَوْ قَائِمًا quando ferit hominem calamitas, vocat nos ad latus suum sive sedens, sive stans, sûr. 10. v. 13. لَيْسَ لَكَ مِنَ ٱلْأَمْرِ شَيْءٌ أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبَهُمْ nihil ad te pertinet, sive favet iis, sive punit eos, sûr. 3. v. 123. Sacy gr. 2. par. 60. Interdum in eiusmodi propositionibus أَوْ *aut* semel tantum ponitur, ut: لَا تَشُحَّ عَلَيْهِ جَادَ أَوْ بَخِلَ ne esto parcus erga eum, sive liberalis est, sive sordidus, Sacy gr. 2. par. 671.

Porro pro *sive — sive* ponuntur:

1. أَوْ — إِنْ *si — aut*, ut: إِنْ تُبْدُوا مَا فِي صُدُورِكُمْ أَوْ تُخْفُوهُ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ sive indicatis quod in pectoribus vestris inest, sive id celatis, Deus id novit, Ewald gr. par. 750. Sacy gr. 2. par. 831.

2. أَوْ — لَوْ *si — aut*, ut: أَعْطِ وَلَوْ زَيْدًا أَوْ عَمْرًا بَرِرْتَ dona, sive Seido, sive Amro! probus eris; Sacy gr. 2. par. 831.

3. أَوْ — إِمَّا *si — aut*, ut: وَإِمَّا نُرِيَنَّكَ بَعْضَ ٱلَّذِي نَعِدُهُمْ أَوْ نَتَوَفَّيَنَّكَ وَإِلَيْنَا مَرْجِعُهُمْ sive inferimus tibi aliquid eorum, quae iis minamur, sive tollimus te, ad nos quidem [tendit] reditus eorum, sûr. 10. v. 47. وَمِنْهَا مَا نِسْبَتُهُ نِسْبَةُ ٱلَّذِي بِٱلْخَمْسَةِ أَوْ نِسْبَةُ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ أَوْ نِسْبَةُ سَائِرِ ٱلْأَبْعَادِ إِمَّا بُعْدٍ أَعْظَمَ أَوْ أَصْغَرَ atque ex iis sunt, quorum ratio est ratio pentachordi, vel ratio tetrachordi, vel ratio ceterorum intervallorum, sive intervalli maioris, sive minoris; Fârabens. liber music. cod. Lugd. fol. 39. rect.

1285. Particulae أَوْ — أَ *an — aut*, in interrogatione disiunctiva valent: utrum — an; ut مَا أَدْرِي أَسْلَمَ أَوْ وَدَّعَ nescio utrum salutavit, an valedixit, Kâm. pag. 1844. Lege quae supra exposuimus par. 1247. Prima particula أَ interdum supprimitur, ut: لَا نَأْمَنُ يَسِيرُ إِلَيْنَا ٱلْأَسْوَدُ أَوْ يَبْعَثُ إِلَيْنَا جَيْشًا non certe sciebamus, utrum profecturus esset ad nos El aswad, an missurus esset contra nos exercitum, Taber. ann. vol. 1. pag. 56.

2. *Coniunctio* أَمْ *aut, vel.*

1286. Haec coniunctio et ipsa optionem datam significat, Sacy anthol. pag. 106. ar. ut: إِنَّهَا لَإِبِلٌ أَمْ شَاةٌ utique ea [res] certe camelus est, aut ovis, Sacy gr. 1. par. 1239. مَا لِي لَا أَرَاهُ أَمْ كَانَ مِنَ ٱلْغَائِبِينَ quid mihi est, ut non videam illum? aut est ille ex absentibus? Iss eddîn aves pag. 88. Arabes أَمْ coniunctionem ita usurpatam idem fere valere perhibent quod بَلْ *quin, vel potius.*

1287. Potissimum vero in interrogatione disiunctiva أَمْ usurpatur, membro secundo ita praemissa, ut أَمْ — أَ valeant: utrum — an par. 1246. sûr. 6. v. 144. Quae particulae coniunctae interdum possunt reddi: *sive* — *sive*, ut سَوَآءٌ عَلَيْهِمْ أَأَنْذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنْذِرْهُمْ idem est iis, sive commones eos, sive non commones, sûr. 2. v. 5.

Vocabula أَمْ مَنْ *aut qui* in أَمَّنْ conflantur, sûr. 67. v. 22.

1288. Porro أَمْ — هَلْ valent *utrum* — *an* in interrogatione disiunctiva, quum relativa par. 1252. tum absoluta, ut هَلْ غَادَرَ ٱلشُّعَرَآءُ مِنْ مُتَرَدَّمِ أَمْ هَلْ عَرَفْتَ ٱلدَّارَ بَعْدَ تَوَهُّمِ utrum reliquerunt poetae rem resarciendam, an agnovisti illam domum post dubitationem? moallak. Antar. vers. 1. Sacy gr. 1. par. 1238. Ab Sûsenensi vero hoc quoque loco أَمْ pro بَلْ *vel potius* posita esse dicitur.

Ab Freytagio أَمْ هَلْ dicuntur valere: *anne?* lex. ar. tom. 1. pag. 53.

3. *Coniunctio* إِمَّا *sive, aut,*

1289. Haec coniunctio proprie *si*, *sin*, *si forte*, valere, atque ex إِنْ *si* et مَا *forte* par. 1099. conflata esse videtur, Sacy anth. pag. 262. Ita in Korâno usurpatur, cum futuro nervoso coniuncta: فَإِمَّا يَأْتِيَنَّكُمْ مِنِّي هُدًى فَمَنْ تَبِعَ هُدَايَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ sed si perveniet ad vos ab me institutio, tum, quicunque sequuntur institutionem meam, sane non timendum erit iis, sûr. 2. v. 36. sûr. 6. v. 67. sûr. 7. v. 33. sûr. 10. v. 47. Sacy gr. 1. par. 1241.

Ita إِمَّا etiam in hac locutione: إِمَّا لَا *si non* usurpatur, quae pro: *si non aliud quid* ponitur; ut: اِفْعَلْ هٰذَا إِمَّا لَا fac hoc, si non [aliud quid facis]! Sacy anth. pag. 103. 336.

1290. Plerumque vero إِمَّا in propositione disiunctiva ita ponitur, ut, utrique propositionis membro praemissa, valeat:

1. *sive* — *sive*, ut إِنَّا هَدَيْنَاهُ ٱلسَّبِيلَ إِمَّا شَاكِرًا وَإِمَّا كَفُورًا utique nos duximus eum in viam, sive gratum, sive ingratum, sûr. 76. v. 3. إِمَّا أَنْ يَكُونَ وَإِمَّا أَنْ لَا يَكُونَ sive fiet, sive non fiet, Ewald gr. par. 625.

2. *aut — aut*, ut: جَاءَنِي ٱلْيَوْمَ إِمَّا أَخُوكَ وَإِمَّا ٱبْنُ عَمِّكَ convenit me hodie aut frater tuus, aut filius patrui tui, Sacy gr. 1. par. 1240. ٱخْتَرْ مِنِّي خَصْلَةً مِنْ ثَلَاثِ خِصَالٍ فِي كُلِّهَا لِي فَرَجٌ إِمَّا أَنْ تُقِيدَنِي مِنِ ٱبْنَيْ زِيَادٍ وَإِمَّا أَنْ تُخَلِّيَ بَيْنِي وَبَيْنَهُ وَإِمَّا أَنْ تُقَدِّمَنِي فَتَضْرِبَ عُنُقِي elige unam ex actionibus, quae in me suscipiantur, tribus, ex quarum quavis solatium reportabo, ita ut aut ultionem mihi petas ab filiis Sijâdi, aut illum mihi adiungas amicum, aut ducas me, collumque mihi seces; Agân. art. Ebn mofarrig.

Apud poetas pro إِمَّا interdum إِيمَا ponitur, Kâm. pag. 1575.

1291. Consociata nonnunquam usurpantur:

1. إِمَّا — أَوْ *si — vel* pro sive — sive, par. 1284. nro. 3.

2. أَ — إِمَّا — إِمَّا *an — sive — sive* pro: utrum — an, par. 1247.

Classis tertia. Coniunctiones inchoativae.

1. *Coniunctio* أَمَّا *autem, verum.*

1292. Haec coniunctio videtur valere *autem, verum*, igiturque in numerum coniunctionum discernentium referri posse; nam ab re modo exposita distinguit aliam, Sacy gr. 1. par. 1219. et Alfiyya pag. 176. Propterea vero expositionem argumenti novi inchoare dici potest. Exemplum est: أَمَّا وَٱللّٰهِ لَيَعْلَمَنَّ ٱللّٰهُ جَلَّ ذِكْرُهُ أَنِّي سَأَبْلِيهِ فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ ٱلصَّبْرَ verum, per Deum, certe noscet Deus, cuius memoria celebretur, me praestiturum esse ipsi in hac re constantiam, Koseg. chrest. pag. 32. يَا بَنِيَّ إِنَّ صَاحِبَ ٱلدُّنْيَا يَطْلُبُ ثَلَاثَةَ أُمُورٍ لَنْ يُدْرِكَهَا إِلَّا بِأَرْبَعَةِ أَشْيَاءَ أَمَّا ٱلثَّلَاثَةُ ٱلَّتِي يَطْلُبُ فَٱلسَّعَةُ فِي ٱلرِّزْقِ وَٱلْمَنْزِلَةُ فِي ٱلنَّاسِ وَٱلزَّادُ لِلْآخِرَةِ o filii mei, utique homo huius mundi quaerit res tres, quas non consequetur, nisi per res quattuor. Tres autem illae, quas quaerit, sane sunt copia victus, dignitas inter homines, et penus vitae futurae paratus; Sacy gr. 1. par. 1203.

In propositionibus nominalibus أَمَّا interdum subiecto subiungit praedicatum in accusativo positum; confer par. 1204. Ita ponuntur: أَمَّا أَنْتَ بَرًّا فَٱقْتَرِبْ verum tu es probus, itaque accede! أَبَا خُرَاشَةَ أَمَّا أَنْتَ ذَا نَفَرٍ فَإِنَّ قَوْمِىَ لَمْ تَأْكُلْهُمُ ٱلضَّبُعُ o Abu chorâscha! verum tu es adfluens liberis! sed utique familiam meam non devorarunt hyaenae! Sacy anthol. pag. 318. 336.

1293. Coniunctio أَمَّا reddi potest: *quod adtinet ad*, si nominativus absolutus ei subiungitur, ut أَمَّا ٱلصَّدِيقُ فَكُنْتُهُ verum probus [i. e. quod ad probum adtinet], sane sum ille; vide par. 1278.

Saepe verba أَمَّا بَعْدُ *verum postea* cum subiuncta Fâa ponuntur ubi, post praemissas sacras preces vel salutationes, ad argumentum libri vel epistolae exponendum transitur, Kâm. pag. 345. tumque verba illa valent: *quod ad ea adtinet, quae sunt exponenda postea* [i. e. post praemissa ea, quae praemitti oportebat]. Ita Ebn arabschah post praemissas sacras preces his verbis exorditur: أَمَّا بَعْدُ فَلَمَّا كَانَ فِى ٱلتَّوَارِيخِ عِبْرَةٌ لِمَنِ ٱعْتَبَرَ verum postea, sane quum in annalibus insit admonitio ei parata, qui admonentem audit; vita Timuri ed. Manger, tom. 1. pag. 8.

1294. Ubi أَمَّا primum propositionis membrum introducit, plerumque Fâa alterum subnectit, propterea que أَمَّا dicitur particulae conditionalis vicem explere, Alfiyya pag. 176. Legenda sunt quae supra par. 1278—1280. exposuimus. Exempla in Alfiyya, praeter alia, adferuntur haec: أَمَّا زَيْدٌ فَقَائِمٌ verum Seidus sane stans [est], أَمَّا زَيْدًا فَٱضْرِبْ verum Seidum sane percute! additurque, Fâam non supprimi, nisi ubi necessitate metri coguntur, vel ubi oratio est incomposita et aspera. Ita verba وَأَمَّا ٱلَّذِينَ ٱسْوَدَّتْ وُجُوهُهُمْ أَكَفَرْتُمْ verum ii, quorum facies nigrescunt: „num pertinaces fuistis?" incomposite scripta sunt pro وَأَمَّا ٱلَّذِينَ ٱسْوَدَّتْ وُجُوهُهُمْ فَيُقَالُ لَهُمْ أَكَفَرْتُمْ quod ad eos adtinet, quorum facies nigrescunt, sane dicetur iis: „num pertinaces fuistis?"

1295. Coniunctio أَمَّا ex أَنْ *ut* et مَا *quod* conflata esse existimatur, Sacy anth. pag. 318. Formam أَيْمَا ponit Kamûs 1575. Ewald gr. par. 486.

2. *Coniunctio* إِنَّ *utique.*

1296. Particula إِنَّ *utique* quomodo in respondendo officium adverbii adfirmantis expleat, par. 1198. demonstratum est. Sed eius usus latius patet. Introducit enim vel subnectit enuntiationem novam, praesertim adfirmantem, redigitque nomen sibi subiunctum in accusativum, Sacy anth. pag. 245. Quod praesertim in Korâno usitatum est, ubi, quidquid antecesserit, إِنَّ enuntiationes adfirmantes cuiusvis fere generis subnectere posse videtur. Exempla sunt: إِنَّ رَبَّكُمُ ٱللّٰهُ ٱلَّذِى خَلَقَ ٱلسَّمٰوَاتِ utique dominus vester est Deus ille, qui condidit coelos, إِنِّىٓ أَخَافُ عَلَيْكُمْ عَذَابَ يَوْمٍ عَظِيمٍ utique ego timeo vobis poenam cuiusdam diei magni, إِنَّ هٰذَا لَمَكْرٌ مَكَرْتُمُوهُ utique hoc certe machinatio est, quam machinati estis, sûr. 7. v. 52. 57. 120.

In libris ceteris إِنَّ enuntiationem novam tum praesertim introducit:

1. si post verbum *dixit*, *dixi*, ponitur oratio recta, ut: ثُمَّ قَالَ إِنَّ رَسُولَ صَاحِبِ ٱلرُّومِ قَدْ سَأَلَنِى أَيْضًا حَاجَةً deinde dixit: „utique legatus principis Graecorum ab me quoque petiit rem, Sacy chr. ar. tom. 1. pag. 18. ar. قَالَ إِنَّ رُوحَهُ لَتَرَفْرِفُ عَلَىَّ dixit: „utique anima eius certe volitat super me, Koseg. chr. ar. pag. 44. فَقَالَ إِنَّ إِبْرَاهِيمَ بْنَ سُلَيْمَانَ قَتَلَ أَبِى صَبْرًا tum dixit ille: „utique Ibrahîm ben soleimân interfecit patrem meum non renitentem, Fâkeh. pag. 96.

2. si pronomen ab fronte propositionis ponitur; tum enim إِنَّ coniunctioni illud pronomen suffigitur, ut: وَإِنَّا ٱلْمَانِعُونَ لِمَا يَلِينَا et utique nos defensores sumus ei, quod nobis propinquum est, Amrui moall. vers. 91. وَإِنَّهُ لَيْسَ لَهُ غَرَضٌ et utique ille, non est ipsi ulla cupiditas, Fâkeh. pag. 93.

Pro إِنِّى *utique ego* et إِنَّا *utique nos* interdum إِنَّنِى et إِنَّنَا ponuntur, par. 1326. Sacy gr. 1. par. 1253.

3. si ثُمَّ *deinde* antecessit, par. 1183. art. 3. ut: ثُمَّ إِنَّ أَبَا نَوْفَلٍ قَالَ لِأَخِى نَهْشَلٍ deinde utique Abu naufel dixit ad Achu nahschal,

Fâkeh. pag. 93. ثُمَّ إِنَّهُ بَاتَ مُفَكِّرًا deinde utique ille transegit noctem meditans, Fâkeh. pag. 100. ثُمَّ إِنِّي أَتَيْتُ مِنَ ٱلْغَدِ deinde utique accessi postridie, Sacy chr. tom. 1. pag. 18. ar. Ewald gr. par. 733.

4. si iuramentum antecessit, ut: وَٱللّٰهِ إِنِّي لَمَّا سَمِعْتُ قَوْلَهُ ثَلَاثِينَ أَلْفًا ٱسْتَرْخَتْ جَمِيعُ أَعْضَائِي per Deum, utique ego, quum audirem, quae de triginta millibus diceret, membra mea flaccida facta sunt omnia, Sacy chr. tom. 1. pag. 19. ar.

1297. Interdum إِنَّ causam rei modo commemoratae subnectit, tumque reddi potest: *nam*; ut وَلَا يَحْزُنْكَ قَوْلُهُمْ إِنَّ ٱلْعِزَّةَ لِلّٰهِ جَمِيعًا neque contristet te sermo eorum; nam gloria est Dei omnino, sûr. 10. v. 66. بِوُدِّكُمْ صَارَ مَوْصُولًا بِكُمْ نَسَبِي إِنَّ ٱلْمَوَدَّةَ فِي أَهْلِ ٱلنُّهَى نَسَبُ per amorem vestrum coniuncta est cum vobis cognatio mea; nam amor apud sapientes est cognatio; Koseg. chr. pag. 157.

1298. Adverbiis interrogatoriis أَ *an* et أَلَا *annon?* interdum إِنَّ *utique* subnectitur par. 1245. 1248. ut: أَإِنَّا لَمَرْدُودُونَ فِي ٱلْحَافِرَةِ an utique nos certe reiecti sumus in principium? sûr. 79. v. 10. أَإِنَّكَ لَأَنْتَ يُوسُفُ an utique tu certe tu Iosephus es? Sacy gr. 1. par. 385. Ewald par. 734. أَلَا إِنَّهُمْ هُمُ ٱلْمُفْسِدُونَ annon utique illi ipsi sunt scelesti? sûr. 2. v. 11. sûr. 10. v. 63. 67.

1299. Ubi إِنَّ *utique* introducit subiectum, saepe, ut nervosius dicatur, adverbium لَ *certe* subiungit praedicatum, par. 1198. art. 2. a. Ewald gr. par. 714. not.

Si إِنَّ ab subiecto suo per vocabulum vel vocabula nonnulla interposita seiunctum est, interdum ipsi subiecto illi لَ *certe* praefigitur, ut: وَإِنَّ مِنْهُمْ لَفَرِيقًا يَلْوُونَ أَلْسِنَتَهُمْ بِٱلْكِتَابِ et utique ex iis certe nonnulli sunt, qui inflectunt linguas suas in libro, sûr. 3. v. 72. إِنَّ فِي ذٰلِكَ لَعِبْرَةً لِمَنْ يَخْشَى utique in hoc certe admonitio inest ei, qui timet, sûr. 79. v. 26.

1300. Coniunctio إِنَّ non praemittitur nisi nomini vel pronomini; sed inter إِنَّ et nomen ipsi subiunctum interdum praepositio cum comple-

mento interponitur, ut إِنَّ لَهُمْ ذِمَّةً وَرَحْمًا utique iis est tutela et misericordia; par. 1299. Sacy gr. 2. par. 126.

Coniunctio إِنَّ perinde ut أَنَّ *quod*, لَعَلَّ *fortasse*, لَيْتَ *utinam*, par. 1192. nomen ipsi subiunctum, quanquam subiectum enuntiationis est, in accusativum redigit; quod etiam tum fit, si inter إِنَّ et nomen ipsi subiunctum vocabula nonnulla interposita sunt. Cuius rei causa eadem fortasse est, propter quam لَعَلَّ sibi subiungit accusativum par. 1192. art. 1. a; Sacy anthol. pag. 27. Ewaldus إِنَّ coniunctionem primitus perinde ut הֵן et הִנֵּה apud Hebraeos, significasse: *en*, *ecce*, ideoque accusativum sibi subiungere censet par. 488. 563. Atque inde fieri, ut, quemadmodum apud Hebraeos הִנֵּה cum participio coniunctum rem futuram significare solet, apud Arabes إِنَّ cum participio coniunctum saepe futura significet, ut: أَئِذَا مِتْنَا وَكُنَّا تُرَابًا وَعِظَامًا أَئِنَّا لَمَبْعُوثُونَ an, quando mortui sumus, factique sumus pulvis et ossa, an utique nos certe reviviscemus? sûr. 56. v. 47. Ewald gr. par. 635.

Rarius fit, ut إِنَّ non modo subiectum, verum etiam praedicatum, in accusativum redigat, ut إِنَّ قَعْرَ جَهَنَّمَ سَبْعِينَ خَرِيفًا utique profunditas orci est septuaginta charîfi, Kàm. pag. 1719. Vide quae de adverbio لَيْتَ dicta sunt par. 1192. art. 2.

Si coniunctioni إِنَّ suffigitur مَا كَافَّةٌ *Mâ impediens*, tum ei nomen subiungitur in nominativo positum, par. 1099. art. 3.

3. *Coniunctio* فَإِنَّ *utique, nam.*

1301. Interdum فَإِنَّ perinde ut إِنَّ valet: *utique*, par. 1281. ut: أَمَّا بَعْدُ فَإِنَّ ٱللّٰهَ ٱلْمُقَدَّسَ فِي ذَاتِهِ قَدْ أَوْدَعَ فِي كُلِّ ذَرَّةٍ مِنْ مَخْلُوقَاتِهِ مِنْ بَدِيعِ صُنْعِهِ verum postea: utique Deus, qui naturam habet sanctam, sane in quamvis rerum a se conditarum particulam immisit aliquid artis suae admirandae, Fâkeh. pag. 1. وَأَمَّا ٱلْوُسْطَى ٱلْحَادِثَةُ بِتَنْكِيسِ ٱلْقَوِيِّ ذِي ٱلْمُدَّتَيْنِ فَإِنَّ أَهْلَ زَمَانِنَا يَسْتَعْمِلُونَهُ quod ad illum medium adtinet, qui exsistit ex inversione generis fortis ditoni, utique homines temporis nostri eum usurpant, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 83.

Plerumque vero فَإِنْ valet *nam*, par. 1297. Exempla sunt: وَإِنْ كَانَ هٰذَا ٱلْعُذْرُ غَيْرَ مَقْبُولٍ فَإِنَّ ٱلْجَهْلَ لَا يَكُونُ حُجَّةً quantumvis haec excusatio non admittatur; nam stultitia non est defensio, Fâkeh. pag. 92. وَٱعْرِضْ عَلَيْهِ قَصْرِى هٰذَا فَإِنِّى إِنَّمَا ٱتَّخَذْتُهُ نُزْهَةً وَلَيْسَ بِمَالٍ atque offer ei castellum meum hoc; nam delectationis tantum causa id comparavi, neque magni pretii est, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 25. ar.

4. *Coniunctiones* إِنَّهُ *utique et* فَإِنَّهُ *nam.*

1302. Coniunctio إِنَّهُ interdum verum pronomen personale continet ita, ut valeat: utique ille, utique illud, nam ille, nam illud; ut وَإِنَّهُ خَارِجٌ إِلَى مَنْ أَرْجَفَ بِهِ et utique ille accedet ad eos, qui seditionem movent contra eum, Tab. ann. vol. 1. pag. 6. ٱعْدِلُوا إِنَّهُ أَقْرَبُ لِلتَّقْوَى aequi estote! utique hoc est propinquius ab pietate, Sacy gr. 2. par. 640.

Saepe vero إِنَّهُ continet pronomen quoddam generale, quod ad certum subiectum non spectat, proptereaque ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ *pronomen status* adpellatur par. 1015. Tum إِنَّهُ valet utique, nam, eique subiungitur enuntiationis subiectum, ut يَا مُوسَى إِنَّهُ أَنَا ٱللّٰهُ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ o Moses, utique ego [sum] Deus fortis, sapiens, sûr. 27. vers. 9. Quae coniunctio إِنَّهُ *utique* praesertim verbis et particulis praemittitur, ut ثُمَّ إِنَّهُ بَلَغَنِى أَنَّ قَائِلًا مِنْكُمْ يَقُولُ deinde utique perlatum est ad me, nonnullos vestrum dicere, Tab. ann. vol. 1. pag. 10. Sacy gr. 1. par. 1228. tom. 2. par. 638. Itaque coniunctio إِنَّهُ *utique* pronomen status ideo sibi suffigere videtur, quia mos est إِنَّ coniunctionis, ut statim nomen vel pronomen sibi subiungat, par. 1300. Ewald gr. par. 671.

1303. Coniunctio فَإِنَّهُ interdum verum pronomen personale continet ita, ut valeat: nam ille, nam illud; ut هَلْ لَكَ فِى جَمِيلٍ نَعُودُهُ فَإِنَّهُ ثَقِيلٌ placetne tibi, ut visitemus Dschemîlum? nam is est aegrotus, Koseg. chr. pag. 148. Saepius vero فَإِنَّهُ *pronomen status* continet, valetque: nam; ut فَإِنَّهُ مَنْ يُطِعِ ٱللّٰهَ سَلِمَ nam quicunque obsequitur Deo, salvus est.

5. *Coniunctio* إِنْ *utique.*

1304. Si coniunctionem إِنْ *utique* verbo praemittunt, pro ea إِنْ ponitur, quia tum solitus, quo إِنَّ cum nomine coniungitur, nexus abest. Exempla sunt: وَإِنْ كُنْتَ مِنْ قَبْلِهِ لَمِنَ ٱلْغَافِلِينَ et utique fuisti ante eum certe ex negligentibus, sûr. 12. vers. 4. وَإِنْ يَكَادُ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا لَيُزْلِقُونَكَ بِأَبْصَارِهِمْ et utique paene impii certe evertent te oculis suis, sûr. 68. v. 51. Sacy gr. 1. par. 1230. 1231. Ewald gr. par. 671.

Ut إِنْ *utique* ab إِنْ *neutiquam* par. 1234. et ab إِنْ *si* par. 1342. facilius distingui possit, si إِنْ *utique* positum est, adverbium لَ *certe* praedicato praemitti solet, Sacy anthol. pag. 248.

1305. Coniunctio إِنْ *utique* interdum nomini praemittitur; quod ubi fit, nomen subiunctum non in accusativo, sed in nominativo, ponitur; ut إِنْ كُلُّ ذٰلِكَ لَمَّا مَتَاعُ ٱلْحَيَوٰةِ ٱلدُّنْيَا utique omne hoc certe est supellex vitae proximae, sûr. 43. v. 34. par. 1198. art. d. وَإِنْ زَيْدٌ لَكَرِيمٌ et utique Seidus certe generosus est, Sacy anthol. pag. 103. ar.

Classis quarta. Coniunctiones complentes.

1. *Coniunctio* أَنْ *ut, quod.*

1306. Enuntiationi antecedenti أَنْ coniunctio subnectit enuntiationem complentem, quae, quod demonstrari coeptum est, plenius explanat ita quidem, ut plerumque exponat consequentia. Itaque أَنْ idem valet quod u t coniunctio, quae id exponit, quod fieri posse vel futurum esse sumitur, e. g. *consilium ceperunt, ut ad urbem adgrederentur.* Porro أَنْ id valet quod u t, quae id enarrat, quod fieri vel factum esse pro certo adfirmatur, e. g. *casu accidit, ut ille primus diceret.* Denique أَنْ interdum id valet, quod q u o d coniunctio, quae rei gestae naturam vel sententiae latae causam adiicit, e. g. *mirabatur, quod non rideret haruspex.*

1307. Primo videamus, quibus modis enuntiatio complens, quam أَنْ introducit, iis, quae antecedunt, subnectatur. Ad enuntiationem antecedentem أَنْ se adplicat:

a. aut proxime, nulla particula interposita. Exempla sunt: كَادَتِ ٱلشَّمْسُ أَنْ تَغْرُبَ prope fuit sol, ut occideret, Sacy gr. 2. par. 1138. فَيَنْبَغِى لَنَا أَنْ نَعْبُدَهُ itaque convenit nobis, ut serviamus ei, Ajjuhal walad pag. 7. بَلَغَنِى أَنْ ذَهَبَ زَيْدٌ perlatum est ad me, ut exierit Seidus [i. e. exiisse Seidum] Sacy gr. 2. par. 1081.

Interdum ordo enuntiationum solitus ita invertitur, ut enuntiatio complens, quam أَنْ introducit, praemittatur, altera vero subiungatur; ut أَنْ تَفْعَلَ هٰذَا خَيْرٌ لَكَ ut facias hoc, salutare est tibi. Ita apud Ciceronem, Tusc. 1. cap. 41. posita sunt: „ut vero colloqui cum Orpheo liceat, quanti tandem aestimatis?“ لِأَنَّ حَرْفَ ٱلشَّرْطِ لَمَّا لَمْ يَعْمَلْ فِي ٱلشَّرْطِ مَعَ قُرْبِهِ مِنْهُ فَأَنْ لَا يَعْمَلَ فِي ٱلْجَزَآءِ مَعَ ٱلْبُعْدِ بِٱلطَّرِيقِ لَأَوْلَى i. e. nam particula conditionis quum non rexerit enuntiationem antecedentem quamvis propinquam, sane ut non regat enuntiationem sequentem, quae remotior est, illi modo certe etiam magis consentaneum est; Sacy anthol. pag. 113. ar.

b. aut per praepositionem vel particulam aliam interpositam, par. 1125. art. 2. par. 1168. Exempla sunt:

1. إِلَى أَنْ usque ut i. e. quoad, كَمْ مِنْ عَقَبَةٍ كَوُدَةٍ تَسْتَقْبِلُهُ إِلَى أَنْ يَصِلَ ٱلْجَنَّةَ quot iuga clivorum excipient eum quoad perveniet in paradisum! Ajjuhal walad pag. 7. وَيَمْسَحُ ٱلْمُصْحَفَ عَلَى وَجْهِهِ إِلَى أَنْ أَقْبَلَ مَوْكِبُ عَلِيٍّ et stringebat codice faciem suam quoad accessit turma Alii, Koseg. chr. pag. 110.

2. بَعْدَ أَنْ post ut i. e. posteaquam, وَإِنْ كَانَ ٱلْعَبْدُ يَبْلُغُ ٱلْجَنَّةَ بِفَضْلِ ٱللّٰهِ تَعَالَى وَكَرَمِهِ وَلٰكِنْ بَعْدَ أَنْ يَسْتَعِدَّ بِطَاعَتِهِ atque si servus pervenit in paradisum per gratiam Dei, qui celebretur, eiusque benignitatem, tamen [hoc non fit nisi] posteaquam dignum se reddiderit

per obsequium suum, Ajjuhal pag. 6. وَخَرَجَ بَعْدَ أَنْ تَوَضَّأَ لِلصَّلَاةِ atque egressus est posteaquam se abluerat, Koseg. chr. pag. 107.

3. قَبْلَ أَنْ ante ut i. e. antequam, حَاسِبُوا أَنْفُسَكُمْ قَبْلَ أَنْ تُحَاسَبُوا examinate vosmet ipsos antequam examinabimini, Ajjuhal pag. 8.

4. دُونَ أَنْ praeter ut i. e. 1. praeterquam quod. 2. ita ut non. فَلَمْ يَرُدَّ ٱلْغُلَامُ عَلَيْهِ خِطَابًا دُونَ أَنْ حَمَلَ عَلَيْهِ sed non reddidit ille iuvenis ei responsum praeterquam quod irruit in eum, Kos. chr. pag. 69. ٱلْمَوْتُ قَدْ حَالَ دُونَ أَنْ يَفُوتَ ٱلرَّجُلُ mors iam intercessit ita ut non effugiat vir, Hamâs. pag. 251.

5. غَيْرَ أَنْ praeter ut i. e. 1. nisi quod. 2. ita ut non. quin. لَمْ يَمْنَعِ ٱلشُّرْبَ مِنْهَا غَيْرَ أَنْ نَطَقَتْ حَمَامَةٌ non avertit potum ab ea, nisi loqueretur columba.

6. عَلَى أَنْ super ut i. e. 1. super id ut, لَمْ يَقْدِرْ عَلَى أَنْ يُدْرِكَنِي non fuit potens super id ut adsequeretur me i. e. non potuit adsequi me. 2. quanquam, par. 1139. art. tert. 3. ea conditione ut, par. 1139. art. quart. 4. ea opinione ductus, ut.

7. بَيْنَ أَنْ inter ut i. e. 1. inter id ut, Ajjuhal pag. 27. 2. dum.

8. فِي أَنْ in ut i. e. in id ut, par. 1173.

9. عَنْ أَنْ ab ut i. e. ab eo ut, par. 1173.

10. مِنْ أَنْ de ut i. e. 1. de eo ut, par. 1173. 2. plus quam ut, Ajjuhal pag. 27.

11. مَعَ أَنْ cum ut i. e. quanquam.

12. بِأَنْ cum ut i. e. cum eo ut, par. 1129. art. 5.

13. لِأَنْ ad ut i. e. 1. eum in finem ut, Sacy gr. 1. par. 1199. 1219. لِأَنْ لَا et per contractionem لِئَلَّا ut non, ne. 2. propterea quod, quia, Sacy gr. 2. par. 679. not.

14. كَأَنْ pro ut i. e. ac si, quasi, velut si, مَنَازِلُ كَأَنْ لَمْ يَكُنْهَا أَحَدٌ mansiones, ac si non habitasset eas ullus i. e. mansiones quae nunquam habitatae fuisse videntur, Kam. pag. 1799. كَأَنْ قَدْ

ac si iam i. e. ac si iam acta esset res, Sacy Harîr. pag. 311. gr. 2. par. 854. Usurpatur etiam كَمَا أَنْ velut si, par. 1131.

Pro قَبْلَ أَنْ et بَعْدَ أَنْ et غَيْرَ أَنْ interdum مِنْ قَبْلِ أَنْ et مِنْ بَعْدِ أَنْ et مِنْ غَيْرِ أَنْ ponuntur, par. 1125. art. 2. par. 1151. ut فَمَا كُنْتُ لِأَضْرِبَ عُنُقَ مُسْلِمٍ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَسْتَحِقَّ ذٰلِكَ nam non ita comparatus sum, ut secem collum moslemi sine eo ut mereat hoc i. e. nisi meret hoc, Agân. art. Ebn mofarrig. تَتَابَعَ ٱلْمُهَاجِرُونَ عَلَى بَيْعَتِهِ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَدْعُوَهُمْ accurrerunt Mohâdscheri ad inaugurationem eius sine eo ut vocaret eos i. e. quamvis ab eo non vocati, Tab. ann. vol. 1. pag. 14. Abulf. ann. tom. 2. pag. 100.

Praepositio illa, quae أَنْ coniunctioni praemittitur, interdum supprimitur, par. 1173. 1194. art. 1. litt. b.

1308. Quemadmodum praepositiones قَبْلَ *ante*, بَعْدَ *post*, quae re vera sunt nomina in accusativo posita, praemittuntur coniunctioni أَنْ *ut*, ita etiam alia nomina in accusativo posita praemitti possunt. Exempla sunt: فَخَرَجَ عَجِلًا كَرَاهِيَةَ أَنْ يُبْطِئَ عَنْهَا itaque egressus est festinabundus prae metu ut sero veniret, Tab. ann. vol. 1. pag. 14. فَفَعَلَ ذٰلِكَ خَوْفَ أَنْ يُغْلَبَ عَلَى مَالِهِ fecit autem hoc prae metu ut sibi eriperetur pecunia sua, Sacy gr. 2. par. 842. وَقْتَ أَنْ أَسْتَتِرَ tempore eo ut se absconderet i. e. tempore eo, quo se abscondebat, Ewald gr. par. 724.

1309. Adverbia interdum coniunctioni أَنْ *ut* ita praemittuntur, ac si inter adverbium et أَنْ supplendum esset: *fit* vel *factum est*. Exempla sunt:

1. لَمَّا أَنْ quum ut, فَلَمَّا أَنْ غَشَوْهُ يَقُولُونَ مَا ذَا تَأْمُرُنَا قَامَ sed quum [factum est] ut adirent eum, dicentes: „quid praecipis nobis?" surrexit, Taber. annal. vol. 1. pag. 104. Hamâs. pag. 146. Sacy gr. 2. par. 1150.

2. إِمَّا أَنْ إِمَّا أَنْ sive ut, إِمَّا أَنْ تُعَذِّبَ وَإِمَّا أَنْ تَتَّخِذَ فِيهِمْ حُسْنًا sive [hoc fit] ut punias, sive [hoc fit] ut des iis beneficium, Kâm. pag. 1575. Vide par. 1290.

3. إِلَّا أَنْ nisi ut, وَلَا أَخَافُ مَا تُشْرِكُونَ بِهِ إِلَّا أَنْ يَشَآءَ رَبِّي شَيْئًا non timeo id quod ei adsociatis, nisi [fit] ut velit dominus meus aliquid, sûr. 6. v. 80. لَوْلَا أَنْ nisi ut, par. 1387.

4. لَعَلَّ أَنْ fortasse [fiet] ut, لَيْتَ أَنْ utinam [fiat] ut, par. 1192.

In eiusmodi propositionibus adverbium praemissum est quasi enuntiatio antecedens, cui أَنْ subiungit enuntiationem complentem.

Coniunctio أَنْ ut cum futuro subiunctivo coniuncta.

1310. Iam varias أَنْ coniunctionis significationes adcuratius distinguamus.

Si أَنْ rem, quam fieri posse, vel futuram esse, sumitur, antecedentibus subiungit, tum futurum subiunctivum ei subiicitur, Sacy gr. 2. par. 52. رَجَا ٱلْوَزِيرُ أَنْ تَصْلُحَ ٱلْأَحْوَالُ sperabat Wesîrus, ut componerentur illae res, Koseg. chr. pag. 103. لَا يَحِلُّ لَكُمْ أَنْ تَرِثُوا ٱلنِّسَآءَ كَرْهًا non est licitum vobis, ut hereditate capiatis mulieres invitas, sûr. 4. v. 23. ٱلشَّيْخُ ٱلَّذِى يَصْلُحُ أَنْ يَكُونَ نَايِبًا لِلرَّسُولِ magister ille, qui idoneus est, ut fiat vicarius legati, Ajjuhal pag. 22. وَيُقْصَدُ بِٱسْتِخْرَاجِهَا أَنْ تَغْزُرَ ٱلنَّغَمُ atque id agitur eductione eorum, ut multiplicentur soni, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 85. وَتَعْرِضُ بِهٰذَا ٱلْوَجْهِ أَنْ يَنْتَقِلَ ٱلنَّغَمُ atque fit per hunc modum, ut transferantur soni, loc. cit. pag. 87.

1311. Unde fit, ut prae ceteris ea verba, quarum significatio per se spectat futura, saepe per أَنْ coniunctionem, cum futuro subiunctivo coniunctam, sibi subnectant enuntiationem complentem. Ex quibus sunt:

a. verba studendi, ut أَرَادَ أَنْ يَفْعَلَ voluit ut efficeret, قَصَدَ أَنْ intendit ut, طَلَبَ أَنْ petiit ut, أَبَى أَنْ noluit ut, كَرِهَ أَنْ respuit ut.

b. verba adpropinquandi أَفْعَالُ ٱلْمُقَارَبَةِ ut: عَسَى أَنْ fortasse fiet ut, كَادَ أَنْ prope erat ut, أَوْشَكَ أَنْ in eo fuit ut, كَرَبَ أَنْ in eo fuit ut; Sacy gr. 2. par. 358. 1135.

c. verba praecipiendi, ut أَمَرَهُ أَنْ praecepit ei ut, أَوْصَاهُ أَنْ mandavit ei ut, قَضَى أَنْ imperavit ut.

d. verba decendi, ut يَجِبُ أَنْ necesse est ut, يَنْبَغِي أَنْ decet ut, ٱسْتَحَقَّ أَنْ dignus est ut, يَجُوزُ أَنْ licitum est ut, يُمْكِنُ أَنْ fieri potest ut, Ewald gr. par. 625.

Itaque أَنْ *ut* distingui oportet ab لِ *eum in finem ut* par. 1130. art. 10. et حَتَّى *eum in finem ut* par. 1138. art. 5.

1312. Si enuntiatio prima subiectum quoddam significat, cuius naturam enuntiatio subnexa explicat, quemadmodum ponitur: *praestantissimum hoc est ut* vel *modus primus hic est ut* vel *mos is est ut*, tum saepe أَنْ introducit enuntiationem illam explicantem. Quod ubi fit, أَنْ valet: *is est ut* vel *ita comparatus est ut* vel *in eo positum est quod.* Atque latine quoque sic ponitur *ut* ad explicandum; quemadmodum scripta sunt: *altera est res, ut res geras magnas*, de offic. 1. cap. 20.

Exempla sunt: هُوَ أَنْ تُصِيبَ أَيَّ شَجَرٍ كَانَ فَتُقِيمَ فِيهِ hoc est id, ut [camela] inveniat arborem qualemcunque, atque apud eam subsistat, Kâm. pag. 1345. فَمَا هُوَ إِلَّا أَنْ أَرَاهَا فُجَاءَةً neque hoc est nisi id, ut conspiciam eam subito, Koseg. chr. ar. pag. 545. أَحَدُهَا أَنْ يُشَدَّ دَسْتَانَانِ أَسْفَلَ مِنْ دَسْتَانِ ٱلْخِنْصِرِ unus illorum [modorum] est is, ut adligentur ligamenta duo infra ligamentum digiti minimi, Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 87. وَٱلْوَجْهُ ٱلثَّانِي أَنْ يُرَتَّبَ أَوْتَارُهَا غَيْرَ ٱلتَّرْتِيبِ ٱلْمُعْتَادِ modus secundus est is, ut collocentur chordae eius aliter ac solitum est, ibid. وَكَانَتْ عَادَةُ ٱلْخُلَفَاءِ أَكْثَرِهِمْ أَنْ يَحْبِسُوا أَوْلَادَهُمْ fuit mos chalifarum plurimorum is, ut includerent suos liberos, Sacy chr. 1. pag. 34. ar. حَسْبُ ٱلْمَرْأَةِ أَنْ تَكُونَ فِي بَيْتِ قَوْمِهَا وَأَنْ يَرْضَاهَا بَعْلُهَا وَأَنْ يُنْجِبَ وَلَدَهَا virtus mulieris est haec, ut commoretur in domo familiae suae, marito dilecta, pariatque generosam prolem, Agân. art. Ebn mofarrig. مَا كَانَ لِرَسُولٍ أَنْ يَأْتِيَ بِآيَةٍ إِلَّا بِإِذْنِ ٱللّٰهِ non est ulli prophetae [conveniens] hoc, ut edat signum, nisi permittente Deo, sûr. 40. v. 78. Sacy gr. 1. par. 412.

1313. Si enuntiationi negativae subnectuntur enuntiationes complentes plures ab أَنْ introducendae, plerumque primae tantum أَنْ praemittitur; ceteras adverbium negativum introducit repetitum, cui futurum subiunctivum idem subiicitur, quod أَنْ coniunctio flagitat. Exemplum est: مَا أَمْكَنَنِى أَنْ أَعْمَلَ شَيْئًا وَلَا أَقْطَعَ أَمْرًا non concessum est mihi, ut peragam ullam rem, neque ut constituam aliquid, Fâkeh. pag. 10. In quibus وَلَا أَقْطَعَ pro وَلَا أَنْ أَقْطَعَ posita sunt. Lege quae par. 1224. exposita sunt; Sacy gr. 2. par. 841.

Poetae etiam post enuntiationem adfirmantem interdum أَنْ coniunctionem, quae enuntiationem complentem introducere debebat, omittunt. Exemplum est: أَلَا أَيُّهَذَا ٱلزَّاجِرِى أَحْضُرَ ٱلْوَغَى وَأَنْ أَشْهَدَ ٱللَّذَّاتِ هَلْ أَنْتَ مُخْلِدِى o ille [i. e. o tu], qui mihi exprobras, quod intersim bello, et quod adsim gaudiis, num tu me perennabis? Sacy gr. 2. par. 846. In quibus أَحْضُرَ pro أَنْ أَحْضُرَ positum est.

1314. Si verbum *timendi*, vel *prohibendi*, vel *vitandi*, vel aliud, quod per se ad negationem pertinet, in enuntiatione prima inest, saepe أَنْ coniunctio tanquam explicans par. 1312. id subnectit, quod timetur vel prohibetur. Unde fit, ut أَنْ ita posita latine reddi possit *ne*, par. 1239. Exempla sunt: نَخْشَى أَنْ تُصِيبَنَا دَائِرَةٌ timemus ut [ne] feriat nos conversio, sûr. 5. v. 57. جَعَلْنَا عَلَى قُلُوبِهِمْ أَكِنَّةً أَنْ يَفْقَهُوهُ imposuimus cordibus eorum tegumenta ut [ne] intelligerent illud, sûr. 6. v. 25. عُذْتُ بِرَبِّى وَرَبِّكُمْ أَنْ تَرْجُمُونِ confugio ad dominum meum, dominumque vestrum, ut [ne] insequamini me.

In prohibitionibus interdum verbum: *cave!* omittitur, ut ٱللّٰهَ ٱللّٰهَ أَنْ تَتْرُكَ مَا أَنْتَ عَلَيْهِ [cave] Deum, Deum, ut [ne] deseras id, in quo versaris! Henzi fragm. pag. 30. إِيَّاكَ أَنْ تَصِلَ إِلَيْهِمْ بِلَا زَادٍ [cave] te, ut [ne] accedas ad eos sine penu! Ajjuhal walad pag. 10.

Atque in Korâno saepius hoc fit, ut verbum *cavendi* in enuntiatione prima non adpositum sit, sed ex sententiae sensu supplendum, ut وَجَعَلْنَا فِيهَا رَوَاسِىَ أَنْ تَمِيدَ بِهِمْ et collocavimus in ea [i. e. in terra]

columina, [caventes] ne sterneret eos [i. e. homines], إِنْ جَآءَكُمْ فَاسِقٌ بِنَبَإٍ فَتَبَيَّنُوا أَنْ تُصِيبُوا قَوْمًا بِجَهَالَةٍ si venit ad vos nebulo cum aliquo nuntio, tum distinguite, [caventes] ne laedatis homines ignorantia, sûr. 49. v. 6. Sacy gr. 1. par. 1235. tom. 2. par. 842. Ewald gr. par. 724.

1315. Rei demonstratae interdum أَنْ quod subnectit causam, propter quam res illa fit. Tum أَنْ ad *explicandum* ponitur par. 1312. valetque: *respiciens id ut*, *respiciens id quod*, *propterea quod*, Ewald gr. par. 484. 741. Exempla sunt: أَتَقْتُلُونَ رَجُلًا أَنْ يَقُولَ رَبِّيَ ٱللَّهُ num interficietis virum propterea quod dicat: „dominus meus est Deus"? sûr. 40. v. 29. يُخْرِجُونَ ٱلرَّسُولَ وَإِيَّاكُمْ أَنْ تُؤْمِنُوا بِٱللَّهِ eiiciunt legatum atque vos propterea quod credatis Deo, sûr. 60. v. 1. وَمَا نَقَمُوا مِنْهُمْ إِلَّا أَنْ يُؤْمِنُوا بِٱللَّهِ neque se vindicant ab iis nisi propterea quod credant Deo, sûr. 85. v. 8. Vide par. 1320.

1316. Quodsi in enuntiatione, quae rem, quam fieri posse sumitur, demonstrat, post أَنْ *ut* ponitur لَا *non*, tum his particulis item futurum subiunctivum subiicitur, Sacy gr. 2. par. 50. Si verba volendi, imperandi, sperandi, timendi, Sacy anth. pag. 117. vel alia, res incertas spectantia, antecedunt, verba أَنْ لَا *ut non*, *ne*, plerumque in أَلَّا conflantur. Exempla sunt: وَإِنْ خِفْتُمْ أَلَّا تُقْسِطُوا فِي ٱلْيَتَامَى atque si timetis, ut non sitis aequi erga orphanos, sûr. 4. vers. 3. إِنَّ ٱللَّهَ عَهِدَ إِلَيْنَا أَلَّا نُؤْمِنَ لِرَسُولٍ utique Deus praecepit nobis, ut non credamus ulli prophetae, sûr. 3. v. 179. 170. فَجَهَدَتْ بِهِ أَلَّا يَخْرُجَ tum illa cohortata est eum ne egrederetur, Koseg. chr. pag. 107. Sed tamen post haec quoque verba haud raro أَنْ لَا inveni posita, ut عَهِدَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ أَنْ لَا تُضْرَبَ praecepit princeps credentium ut non verbereris, Agân. art. Ammâr dsu kinâs, cod. Hammerian.

Verba prohibendi et timendi id, quod prohibetur vel timetur, modo per أَنْ *ut*, modo per أَلَّا *ne*, sibi subiungunt, quemadmodum latine ponuntur: *prohibuit ut hoc fieret* et *prohibuit ne hoc fieret*. Ponuntur igitur

مَا مَنَعَكَ أَنْ تَسْجُدَ quid prohibuit te, ut adorares? et مَا مَنَعَكَ أَلَّا تَسْجُدَ quid prohibuit te, ne adorares? par. 1239.

Si per أَنْ لَا *enuntiatio explicans* par. 1312. introducitur, tum particulae illae modo separatae usurpantur, modo in unum conflatae: حَسَنُ ٱلْخُلُقِ بِٱلنَّاسِ أَنْ لَا تَحْمِلَ ٱلنَّاسَ عَلَى مُرَادِ نَفْسِكَ benignus animus erga homines is est, ut non adigas homines ad ea, quae vis, Ajjuhal walad pag. 24. 26. مَا لَكُمْ أَنْ لَا تُنْفِقُوا فِي سَبِيلِ ٱللّٰهِ quid est vobis [causae], ut nihil erogetis in via Dei? sûr. 57. vers. 10. Ex quibus per breviloquentiam أَنْ pelli potest: مَا لَكُمْ لَا تُؤْمِنُونَ بِٱللّٰهِ quid est vobis? non creditis Deo [i. e. quidni creditis Deo?] sûr. 57. vers. 8.

Praepositionibus بِ *cum* et لِ *ut* subiungitur أَلَّا *ut non;* valet vero لِئَلَّا *ut non, ne,* par. 236. Exempla sunt: فَكَتَبْتَ بِأَلَّا يُعْرَضَ لَهُ itaque scribe, ut non occurratur illi, Agân. art. Ammâr dsu kinâs, أَقْبَلْهَا مِنِّي لِئَلَّا يَكُونَ عِلْمُكَ خَصْمًا عَلَيْكَ accipe haec ab me, ne sit scientia tua inimica tibi, Ajjuhal walad pag. 26.

1317. Coniunctio أَنْ cum futuro subiunctivo coniuncta, quum infinitivi vicem expleat, ab Arabibus أَنْ مَصْدَرِيَّةٌ i. e. coniunctio أَنْ infinitiva appellatur, par. 395. Nam رَجَا ٱلْوَزِيرُ أَنْ تَصْلُحَ ٱلْأَحْوَالُ sperabat Wesîrus, ut componerentur illae res, idem significat quod: رَجَا ٱلْوَزِيرُ اصْلَاحَ ٱلْأَحْوَالِ sperabat Wesîrus compositionem illarum rerum. Lege quae de مَا مَصْدَرِيَّةٌ dicta sunt par. 1096.

Quin etiam tum, si post أَنْ praeteritum vel tempus aliud ponitur, coniunctio illa مَصْدَرِيَّةٌ *infinitiva* esse censetur, Sacy gr. 1. par. 1232. tom. 2. par. 189. anthol. p. 257.

Coniunctio أَنْ ut, quod, cum temporibus ceteris coniuncta.

1318. Si أَنْ rem, quam factam esse, vel fieri, pro certo adfirmant, antecedentibus subnectit, tum praeteritum et futurum indicativum ei subiunguntur. Exempla sunt: بَلَغَنِي أَنْ ذَهَبَ زَيْدٌ perlatum

est ad me quod abierit Seidus [i. e. abiisse Seidum] Sacy gr. 2. par. 1081. sûr. 7. v. 67. أَعْلَمُ أَنْ يَنُومُ novi quod ille dormiat [i. e, novi eum dormire] Sacy gr. 2. par. 52. anthol. pag. 171. Ewald gr. par. 625.

Praemitti possunt praeterito particula قَدْ *iam*, futuro decurtato لَمْ *non*, futuro indicativo سَوْفَ et سَ *futuro*, لَا *non;* ut عَلِمْتُ أَنْ قَدْ خَرَجَ زَيْدٌ novi quod iam exierit Seidus, Sacy anth. pag. 104. ar. Hamâs. pag. 130. عَلِمْتُ أَنْ لَمْ يَخْرُجْ novi quod non exierit, ibid. عَلِمْتُ أَنْ سَوْفَ يَخْرُجُ novi quod futuro exiturus sit, Sacy gr. 2. par. 1083. anth. pag. 84. ar. أَفَلَا يَرَوْنَ أَنْ لَا يَرْجِعُ إِلَيْهِمْ قَوْلًا an itaque non vident quod non reportabit ad eos ullum sermonem? sûr. 20. vers. 91. Sacy Alfiyya pag. 167.

1319. Si in enuntiatione prima verbum *putandi,* ut حَسِبَ sensit, ظَنَّ putavit, inest, coniunctioni أَنْ et futurum subiunctivum, et indicativum, subiici potest, Sacy gr. 2. par. 52. Exempla sunt: أَمْ حَسِبْتُمْ أَنْ تَدْخُلُوا ٱلْجَنَّةَ num sentitis quod introituri sitis in paradisum? sûr. 2. vers. 209. وَحَسِبُوا أَنْ لَا تَكُونَ فِتْنَةٌ et opinati sunt quod non oritura sit seditio, sûr. 5. v. 75. ubi ab aliis تَكُونُ legitur, Sacy anth. pag. 117.

Verbis *praecipiendi* ab scriptoribus recentioribus interdum أَنْ cum praeterito coniunctum subiicitur, ut أَمَرَ ٱلْجَاوِيشَ أَنْ نَادَى فِي ٱلنَّاسِ praecepit praeconi, ut proclamaret inter homines, Sacy gr. 2. par. 51. Ewald gr. par. 625. not. Quo dicendi genere fortasse non praeceptum, sed ipse eventus significatur, quasi diceretur: „praeceptum dedit praeconi; quo factum est, ut ille proclamaret.“

1320. Coniunctio أَنْ cum praeterito composita etiam enuntiationem explicantem par. 1312. subiungit, si rem, quae explicatur, factam esse pro certo adfirmant; ut ثُمَّ لَمْ تَكُنْ فِتْنَتُهُمْ إِلَّا أَنْ قَالُوا وَٱللَّهِ رَبِّنَا مَا كُنَّا مُشْرِكِينَ deinde non est crimen eorum, nisi quod dicunt: „per Deum, dominum nostrum, non fuimus polytheïstae!“ sûr. 6. v. 23. كَلَّا إِنَّ ٱلْإِنْسَانَ لَيَطْغَى أَنْ رَآهُ ٱسْتَغْنَى nequaquam! utique homo

labitur eo, quod putat se opulentum factum esse, sûr. 96. v. 7. فَلَمَّا أَنْ جَآءَ sed quum [hoc esset factum], ut veniret, par. 1180. 1309.

1321. Propterea verbis et nominibus dicendi et significandi coniunctio أَنْ subiungit enuntiationem, quae oratione recta id explicat, quod dicitur vel significatur; quemadmodum apud Hebraeos כִּי *ut* et apud Graecos ὅτι *ut* saepe orationem rectam subiungunt; Sacy gr. 1. par. 1229. anthol. pag. 171. 257. Atque interdum ipsum *dicendi* vocabulum supprimitur. Exempla sunt: فَأَجَابُوا بِأَجْمَعِهِمْ أَنْ قَدْ وُفِّقْتَ فِى ٱلرَّأْىِ tum responderunt omnes: „iam adiutus es in consilio!" Tab. ann. vol. 1. pag. 34: فَأَرْسَلَ إِلَى أَبِى بَكْرٍ أَنِ ٱخْرُجْ إِلَىَّ tum nuntium misit ad Abu bekrum: „exi ad nos!" ibid. confer par. 173. وَمَا وَصَّيْنَا بِهِ إِبْرَاهِيمَ وَمُوسَى وَعِيسَى أَنْ أَقِيمُوا ٱلدِّينَ et quod praecepimus Abrahamo, Mosi et Iesu [dicentes]: „servate religionem!" sûr. 42. v. 11. فَأَوْمَأَ إِلَى إِسْحَاقَ ٱلْمَوْصِلِيِّ بِعَيْنِهِ أَنِ ٱبْدَأْ tum innuit Ishâko Maussilensi ipsi: „incipe!" Agân. art. Abdalla ben el abbâs errabîi, وَآخِرُ دَعْوَيهِمْ أَنِ ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ atque extremum praecationis eorum erit: „laus sit Deo, domino mundorum!" sûr. 10. v. 11. فَكَتَبَ إِلَى أَنَاهِيدَ أَنْ تَهَيَّأِى ac scripsit Anahîdae: „accinge te!" Agân. art. Ebn mofarrig.

1322. Coniunctio أَنْ cum praeterito vel futuro indicativo composita etiam causam rei antea demonstratae par. 1315. subiungit, si hanc esse causam pro certo dicunt: تَبَغَّى ٱبْنُ كُوزٍ وَٱلسَّفَاهَةُ كَٱسْمِهَا لِيَسْتَادَ مِنَّا أَنْ شَتَوْنَا لَيَالِيَا quaesivit Ebn kûs, [nam stultitia est similis ipsius nomini] ut se nobilitaret per nos propterea quod laboravimus per aliquot noctes, Sacy gr. 2. par. 679. not. ذٰلِكَ أَنْ لَمْ يَكُنْ رَبُّكَ مُهْلِكَ ٱلْقُرَى بِظُلْمٍ hoc [fit] propterea quod non perdit dominus tuus illas civitates per iniuriam, sûr. 6. v. 131. وَلَا يَخْرُجْنَ إِلَّا أَنْ يَأْتِينَ بِفَاحِشَةٍ مُبَيِّنَةٍ neque illae exeunt, nisi propterea quod committunt crimen manifestum, sûr. 65. v. 1.

1323. Si coniunctio أَلَّا vel أَنْ لَا ut non enuntiationem explicantem subiungit par. 1316. tum interdum ei futurum indicativum subiiciunt,

ut pro certo aliquid dicant: كَفَى بَيْنَنَا أَلَّا تُرَدَّ تَحِيَّةٌ satis est inter nos [inimicitiae] quod non redditur salutatio, Hamâs. pag. 196. وَحَسِبُوا أَنْ لَا تَكُونَ فِتْنَةٌ atque opinati sunt, quod non oritura sit seditio, par. 1319.

1324. Perraro fieri videtur, ut أَنْ praemittatur nomini; quemadmodum posita sunt: بَلَغَنِي أَنْ ذَهَبَ زَيْدٌ وَأَنْ عَمْرٌ أَخُوكَ perlatum est ad me, quod abierit Seidus, et quod Omar sit frater tuus, Sacy gr. 2. par. 1081.

Sed saepe hoc fit, si لَا *nullus* par. 1217. praemissum est nomini: وَزَعَمْتُمْ أَنْ لَا حُلُومَ لَنَا atque putastis, quod nullae mansuetudines nobis sint, Hamâs. pag. 97. عَلِمْتُ أَنْ لَا خَوْفَ عَلَيْهِ novi quod nil metuendum sit ipsi, Sacy anthol. pag. 69. ar.

1325. Coniunctio أَنْ cum praeterito, vel futuro indicativo, vel nomine, coniuncta ab Arabibus ٱلْمُخَفَّفَةُ *adlevata* vocatur, quoniam eam esse censent coniunctionem أَنَّ par. 1326. levatam Teschdîdo; Sacy gr. 2. par. 52. 1081. 1083. anth. pag. 104. ar.

2. *Coniunctio* أَنَّ *ut, quod.*

1326. Enuntiationi antecedenti أَنَّ coniunctio subnectit enuntiationem complentem, Sacy anthol. pag. 245. Quemadmodum vero أَنْ verbo praemittitur, ita أَنَّ praeponitur nomini vel pronomini. Quod nomen, quanquam subiectum enuntiationis est, ab أَنَّ in casum accusativum sive obliquum redigitur, ut ex أَنَّ totam enuntiationem sequentem, tanquam illius particulae obiectum, pendere significent, par. 1192. 1300. Ewald gr. par. 563.

Coniunctio أَنَّ nomen sibi subiectum etiam tum in accusativum redigit, si inter أَنَّ atque nomen illud interponuntur praepositiones cum complementis, par. 1300. Exemplum est: وَذَكَرَ يُونُسُ أَنَّ فِي ٱلسَّابِعِ وَٱلثَّامِنِ لِٱبْنِ سُرَيْجٍ لَحْنًا i. e. narravitque Iûnis, quod ad septimum et octavum [carminis versiculum] Ebn soreidscho sit modus musicus [i. e. modus ab Ebn soreidscho compositus] Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 59.

ar. In quibus أَنَّ coniunctio vocabulum لَحْنًا in accusativum redegit. Exemplum aliud legitur sûr. 3. v. 187.

Si أَنَّ coniunctioni suffiguntur pronomina personae primae, tum أَنِّي et أَنَّنِي *quod ego*, et أَنَّا et أَنَّنَا *quod nos* ponuntur, Sacy gr. 1. par. 1253.

1327. Enuntiatio complens, quam أَنَّ introducit, ad ea quae antecedunt se adplicat:

a. aut proxime, nulla particula interposita, ut حُكِيَ أَنَّ رَجُلًا فِي بَنِي إِسْرَآئِيلَ عَبَدَ ٱللَّهَ تَعَالَى سَبْعِينَ سَنَةً proditum est, quod vir quidam inter Israelitas coluit Deum, qui celebretur, per septuaginta annos [i. e. proditum est, virum quendam inter Israelitas coluisse cet.] Ajjuhal walad pag. 7. وَشَهِدُوا أَنَّ ٱلرَّسُولَ حَقٌّ atque affirmaverant, quod legatus ille sit veritas, sûr. 3. v. 79.

b. aut per praepositionem, vel particulam aliam, interpositam, par. 1307. art. b. Exempla sunt:

1. غَيْرَ أَنَّ praeter ut i. e. nisi quod, sed: وَيُسْتَعْمَلُ نَغْمَتَا هٰذَيْنِ ٱلدَّسْتَانَيْنِ فِي ٱلزِّيرِ وَحْدَهُ غَيْرَ أَنَّ فِي بَعْضِ ذٰلِكَ عُسْرًا atque in usum adhibentur soni duorum horum ligamentorum in sola chorda inferiori, nisi quod [sed] in quadam huius rei parte [inest quaedam] difficultas; Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 87.

2. بَيْدَ أَنَّ praeter ut i. e. nisi quod, sed: هُوَ كَثِيرُ ٱلْمَالِ بَيْدَ أَنَّهُ بَخِيلٌ ille est adfluens opibus, nisi quod [sed] ille est avarus, Harîr. pag. 21. Sacy gr. 2. par. 722.

3. عَلَى أَنَّ super ut i. e. 1. quanquam, par. 1139. art. tert. 2. ea conditione ut, id adseverans ut: فَإِنَّ أَهْلَ زَمَانِنَا يَسْتَعْمِلُونَهُ لَا عَلَى أَنَّهُ دَسْتَانُ ٱلْوُسْطَى utique homines nostri temporis in usum adhibent illud [ligamentum], non hoc quidem adseverantes, esse illud ligamentum medii, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 83. Kâm. pag. 1968. lin. extrem.

4. فِي أَنَّ in ut i. e. in eo ut, in eo quod: مَا ٱلْحِكْمَةُ فِي أَنَّ ٱلْوَلَدَ يُنْسَبُ إِلَى ٱلْأَبِ quid rationis in eo inest, ut filius nominetur ab patre? Ennawâbig pag. 14.

5. بِأَنْ cum ut, per ut i. e. 1. ea conditione ut, par. 1129. art. quint. 2. propterea quod: أَوَتَعْجَبُ مِنْ ذَلِكَ هَذَا بِأَنَّ ٱللَّاحِقِيَّ قَدْ أَخَذَ مِنَ ٱلْبَرَامِكَةِ بِقَصِيدَةٍ قَالَهَا وَاحِدَةٍ مِثْلَ مَا أَخَذْتُهُ مِنَ ٱلرَّشِيدِ فِي دَهْرِي كُلِّهِ num miraris illud? Hoc [fit] propterea quod Lâkichita ab Barmekidis pro carmine, quod pepigit, uno id accepit, quod ego ab Erraschîdo accepi per vitam meam totam, Agân. art. Abân ben abd el hamîd.

6. لِأَنْ ad ut, propter ut i. q. 1. eum in finem ut, Sacy gr. 1. par. 1199. 1219. sed exempla huius significationis non inveni. 2. propterea quod, quoniam, nam: دَعْ مَدْحَهُمْ وَثَنَاءَهُمْ لِأَنَّ ٱللَّهَ تَعَالَى يَغْضَبُ إِذَا مُدِحَ ٱلظَّالِمُ omitte laudationem eorum, praeconiumque! nam Deus, qui celebretur, irascitur quando laudatur scelestus, Ajjuhal walad pag. 34.

Porro usurpatur لِمَا أَنْ *propterea quod;* ut وَإِنَّمَا قَالَ ذَلِكَ لِمَا أَنَّ سَوَادَ ٱلْأَلْوَانِ أَغْلَبُ عَلَيْهِمْ كَمَا أَنَّ ٱلشُّقْرَةَ أَغْلَبُ عَلَى ٱلْعَجَمِ i. e. et tantummodo dixit hoc propterea quod nigror coloris frequentior est in iis [in Arabibus], quemadmodum rubor frequentior est in Persis, Ennawâbig pag. 24.

7. كَأَنْ pro ut i. e. velut si: كَأَنَّ رَشْحَ ٱلنَّدَى مِنْ حَوْلِ نَاظِرِهَا دَمْعٌ velut si gutta roris circa eius oculum esset lacryma, Koseg. chr. ar. pag. 169. كَأَنَّا وَضَعْنَاهُ إِلَى رَمْسٍ مُلْحَدِ velut si nos posuissemus eum in sepulcrum hominis humati, Taraf. moall. vers. 71.

Porro usurpatur كَمَا أَنْ *quemadmodum;* exemplum adpositum est in articulo antecedenti.

1328. Deinde adverbia أَنْ coniunctioni ita praemittuntur, ac si inter adverbium et أَنْ supplendum esset *fit* vel *factum est* par. 1309. Exempla sunt:

1. لَيْتَ أَنْ utinam [fieret] ut, par. 1192. art. 2. b.

2. حَيْثُ أَنْ ubi [fit] ut i. e. ita ut, par. 1176. art. 2.

3. لَوْ أَنْ si [fieret] ut, et لَوْ لَا أَنْ nisi [fieret] ut: وَلَوْ أَنَّا كَتَبْنَا عَلَيْهِمْ أَنِ ٱقْتُلُوا أَنْفُسَكُمْ atque si [factum esset] ut nos prae-

cepissemus iis: „interficite vosmet ipsos!“ sûr. 4. v. 69. sûr. 5. v. 40. Sacy gr. 1. par. 371. 1224. Ewald gr. par. 771.

4. إِلَّا أَنْ nisi [fit] ut i. e. nisi quod, sed: وَلَهُ صُوَرٌ كَثِيرَةٌ إِلَّا أَنَّ هٰذِهِ ٱلصُّورَةَ أَصَحُّهَا atque ei sunt formae multae, nisi quod haec forma est rectissima earum, Ephemer. orient. Gotting. tom. 1. pag. 334.

1329. Coniunctioni أَنَّ interdum مَا *impediens* par. 1099. art. 3. suffigitur, unde exsistit أَنَّمَا *ut*; cui aut verbum, aut nomen in nominativo positum, subnectitur. Tum enim مَا vicem explet nominis in accusativo ponendi, quod أَنَّ coniunctioni subiici oportet, par. 1099. art. 2. 3. Exemplum est: لَا جَرَمَ أَنَّمَا تَدْعُونَنِي إِلَيْهِ nullum dubium est, ut vocetis me ad eum i. e. haud est dubium, quin vocetis me ad eum, sûr. 40. v. 46. Vide par. 1193. art. 3.

Ita pro كَأَنَّ *velut si* interdum كَأَنَّمَا ponitur, cui aut verbum subiungitur, aut nomen in nominativo positum: كَأَنَّمَا وَعَى ٱلْمُلْتَقَى مِنْهَا إِلَى حَرْفِ مِبْرَدِ velut si se contrahit occipitium eius [i. e. camelae] in aciem limae, Taraf. moall. vers. 30. Hamâs. pag. 478. كَأَنَّمَا أَكْوُسُ ٱلْعَقِيقِ بِهِ velut si cyathi onychini essent in eo, Koseg. chr. ar. pag. 172.

De significatione أَنَّ *coniunctionis.*

1330. Plerumque haec coniunctio eas enuntiationes subnectit, quae rem quandam fieri vel factam esse adfirmant, par. 1318. confer par. 1310. Propterea haec potissimum verba per أَنَّ coniunctionem sibi subnectunt enuntiationem complentem:

a. verba comperiendi, ut: أَوَلَمْ يَرَوْا أَنَّ ٱللَّهَ ٱلَّذِى خَلَقَ ٱلسَّمَوَاتِ annon viderunt quod Deus sit ille qui condidit coelos [i. e. Deum esse illum, qui condidit coelos]? sûr. 17. v. 101. سَمِعَ أَنَّ audivit quod, أُخْبِرَ أَنَّ certior factus est quod.

b. verba sciendi et putandi, ut: وَٱعْلَمُوا أَنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ حَلِيمٌ atque scite quod Deus sit indulgens, clemens, sûr. 2. v. 236. تَيَقَّنَ أَنَّكَ

بِٱلسَّيْرِ لَا تَصِلُ إِلَّا persuade tibi quod non perventurus sis nisi per profectionem, Ajjuhal pag. 26. ظَنَّ أَنَّ putavit quod, ibid. pag. 8.

c. verba dicendi et significandi, ut: ذَكَرَ لِي ٱبْنُ زَعْفَرَانَ أَنَّهُ حَضَرَ ذَلِكَ narravit mihi Ebn Safarân quod ipse interfuit huic rei, Koseg. chr. pag. 114. حَدَّثَ أَنَّ tradidit quod, ibid. pag. 131. حُكِيَ أَنَّ narratum est quod, ibid. pag. 1.

Ita ponuntur etiam لَا جَرَمَ أَنَّ et لَا شَكَّ أَنَّ nullum dubium est quod i. e. haud est dubium quin, par. 1193. art. 3. Freytag lex. tom. 1. pag. 61. Quae pro لَا جَرَمَ فِي أَنَّ et لَا شَكَّ فِي أَنَّ poni videntur, par. 1173.

1331. Deinde أَنَّ subnectit enuntiationem explicantem par. 1312. 1320. Exempla sunt: ٱلْفَائِدَةُ ٱلْأُولَى أَنِّي رَأَيْتُ إِلَى ٱلْخَلْقِ emolumentum primum est, ut intuitus sim homines, Ajjuhal pag. 17. وَذَلِكَ أَنَّ عَبْدَ ٱللّٰهِ كَانَ أَخَذَ جَوَارِيَ atque hoc [fuit id] ut Abdalla cepisset ancillas i. e. hoc fuit propterea quod Abdalla ceperat ancillas, Koseg. chr. pag. 103. Vide par. 1315.

1332. Verbis significandi interdum أَنَّ subnectit enuntiationem oratione recta id, quod significatur, exponentem par. 1321. فَنَادَتْهُ ٱلْمَلَائِكَةُ وَهُوَ قَائِمٌ يُصَلِّي فِي ٱلْمِحْرَابِ أَنَّ ٱللّٰهَ يُبَشِّرُكَ بِيَحْيَى tum succlamarunt ei angeli, quum preces funderet in sacrario: „Deus pollicetur tibi Iohannem“ sûr. 3. v. 33. 34.

1333. Etiam أَنَّ coniunctio ab Arabibus حَرْفٌ مَصْدَرِيٌّ *particula infinitiva* par. 1317. esse dicitur; nam cum iis, quae ei subnectuntur, verbi infinitivi vicem explet, Sacy anth. pag. 90. 111. ar.

3. *Coniunctio* أَنَّهُ *ut, quod.*

1334. Haec coniunctio saepe verum pronomen personale continet ita, ut valeat: *ut ille*, *quod ille*, *ut illud*, *quod illud*, par. 1302. Exemplum est: وَبَيِّنٌ مِنْ أَمْرِ هَذَا ٱلْجَمْعِ أَنَّهُ نَاقِصٌ atque apertum est, quod ad naturam huius systematis adtinet, quod ipsum sit mancum [i. e. ipsum

esse mancum] Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 86. Vide supra exempla alia par. 1327. art. b. 3. par. 1330. art. c.

1335. Nonnunquam vero أَنَّهُ pronomen illud generale continet, quod ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ *pronomen status* vocatur par. 1302. Tum أَنَّهُ valet: *ut, quod*, subnectitque sibi verbum; nam pronomen هُ suffixum explet vicem illius nominis, quod أَنَّ coniunctioni subnecti debebat. Exempla sunt: حُكِيَ أَنَّهُ كَانَ بِبَغْدَادَ رَجُلٌ مِنْ ذَوِى ٱلنِّعَمِ narratum est quod fuit Bagdâdi vir quidam ex hominibus opulentis, Koseg. chrest. pag. 22. فَعَرَفَ أَنَّهَا مَاتَتْ نَصْرَانِيَّةً وَأَنَّهُ وُجِدَ ٱلصَّلِيبُ فِي عُنُقِهَا tum ille comperit quod illa mortua sit christiana, et quod inventa sit crux in illius collo, Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 50. ar. وَلَيْسَ يَعْسُرُ ذَلِكَ عَلَى مَنْ أَرَادَهُ غَيْرَ أَنَّهُ لَيْسَ فِي تَكْثِيرِ ٱلدَّسَاتِينِ كَثِيرُ غَنَاءٍ neque difficile est hoc ei, qui id quaerit, nisi quod in multiplicatione ligamentorum non inest multum utilitatis, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 85. وَقَدْ تَبَيَّنَ أَنَّهُ قَدْ يُحْتَاجُ أَحْيَانًا atque iam apertum est, quod iam opus sit interdum, ibid. pag. 94. Sacy gr. 1. par. 1228.

Classis quinta. Coniunctiones finales.

1336. Antecedentibus hae coniunctiones eam enuntiationem subnectunt, quae *finem propositum* exponit, igiturque valent: *ut, eum in finem ut, quo, ne.*

1337. Praepositio لِ *ad* futuro subiunctivo praemissa abit in coniunctionem *ut* vel *eum in finem ut*, par. 1130. art. 10. Quod Arabes eo fieri dicunt, quod post لِ *ad* a lectore supplendum sit أَنْ *ut* vel كَيْ *ut.* Atque ipsa vocabula لِأَنْ *ad ut* i. e. *eum in finem ut* et لِكَيْ *ad ut* i. e. *eum in finem ut* interdum usurpantur, Sacy gr. 1. par. 1055. quemadmodum vernacule verba auf daß ponuntur.

Porro ita componuntur لِأَنْ لَا vel per contractionem لِئَلَّا *ad ut non* i. e. *ne* par. 1316. Ewald gr. par. 626.

1338. Praepositio حَتَّى *usque ad* futuro subiunctivo praemissa interdum abit in coniunctionem *ut* vel *eum in finem ut*, par. 1138. art. 5.

Unde fit, ut in huius generis enuntiationibus post حَتَّى a lectore supplendum esse censeant أَنْ *ut*, Sacy gr. 2. par. 55.

1339. Coniunctionem كَيْ *quo, ut, eum in finem ut*, cui futurum subiunctivum subiicitur, maxime Korânus et poetae usurpant: وَأَشْرِكْهُ فِي أَمْرِي كَيْ نُسَبِّحَكَ كَثِيرًا atque adiunge eum officio meo, ut celebremus te magnopere, Sacy gr. 1. par. 417. Cui coniunctioni interdum لِ praefigitur: وَيُسَرِّبُ مَنْ يَتْبَعُهُ لِكَيْ يُجْهَلَ مَرْبَعُهُ atque abigebat eos, qui ipsum sequebantur, ut ignoraretur eius domicilium, Harîr. pag. 17. Hamâs. pag. 664. Sacy gr. 1. par. 1219.

Coniunctionibus كَيْ et لِكَيْ *ut* interdum مَا encliticum suffigitur; quo pronomine adiecto significatio illarum coniunctionum non mutatur, par. 1099. art. 3. Exempla sunt: وَقَدْ مَدَحْتُكُمْ عَمْدًا لِأُرْشِدَكُمْ كَيْمَا يَكُونَ لَكُمْ مَتْحِي وَإِمْرَاسِي iamque celebravi vos consulto, ut bene dirigerem vos, quo essent vobis [dicati] haustus meus et restitutio mea [i. e. labor meus et opera] Agân. art. El hotaia, حَلَفْتُ لِكَيْمَا تَعْلَمِينِي صَادِقًا iuravi, ut cognosceres me veridicum, Koseg. chr. ar. pag. 142.

1340. Coniunctiones كَيْ et لِكَيْ *ut* cum لَا *non* coniunctae valent: *ne*; كَيْلَا يَكُونَ دُولَةً بَيْنَ ٱلْأَغْنِيَآءِ مِنْكُمْ ne hoc cedat tanquam beneficium iis, qui divites sunt inter vos, Sacy gr. 2. par. 53. فَأَثَابَكُمْ غَمًّا بِغَمٍّ لِكَيْلَا تَحْزَنُوا عَلَى مَا فَاتَكُمْ ac pensavit vobis adflictionem adflictione, ne doleretis ob id quod effugit ab vobis, sûr. 3. v. 147. Sacy gr. 1. par. 417.

1341. Porro in coniunctionum finalium numerum referri possunt إِلَى أَنْ *quoad* par. 1137. 1307. art. b. nr. 1. حَتَّى *quoad* par. 1138. art. 4. بِحَيْثُ *ita ut, adeo ut*, par. 1176. art. 2.

Classis sexta. Coniunctiones conditionales.

1. *Coniunctio* إِنْ *si.*

1342. Propositio conditionalis continet membra duo. Alterum conditionem exponit, propertereaque ab Arabibus ٱلشَّرْطُ *conditio* adpellatur;

alterum effectum demonstrat, nuncupaturque جَزَآءُ ٱلشَّرْطِ *retributum conditionis*. Conditionem modo إِنْ *si* introducit; modo particula alia, vel pronomen, par. 1280. Sacy gr. 2. par. 72. Membro secundo interdum Fâam praefigi oportere, expositum est par. 1280.

1343. Si conditio ab إِنْ introducta ponitur membrum primum, propositio conditionalis stricta exsistit, quae alicui rei id, quod eam sequitur, nervose subnectit, ut إِنْ فَعَلْتُ ذَلِكَ ضَيَّعْتُ مَالِي si facio hoc, perdo pecuniam meam, إِنْ يَظْهَرُوا عَلَيْكُمْ يَرْجُمُوكُمْ si superabunt vos, lapidabunt vos, Sacy gr. 1. par. 400.

1344. Si conditio ab إِنْ introducta ponitur membrum secundum, propositio conditionalis laxior exsistit, quae alicui facto, vel iussui, vel proposito, sedatiori sermone subiungit circumstantiam vel conditionem. Qua in propositione إِنْ id fere valet, quod: *siquidem*, *si forte*, *si modo*, *quando*, vel vernacule: wofern. Exempla sunt: نَفْعَلُ ذَلِكَ إِنْ شَآءَ ٱللّٰهُ faciemus hoc, siquidem voluerit Deus, رَبَّنَا لَا تُؤَاخِذْنَا إِنْ نَسِينَا domine noster, ne punito nos, si forte obliviscemur! Sacy gr. 1. par. 398.

Quibus in propositionibus interdum membro illi, quod factum exponit, inseritur conditio sive membrum alterum, ut: إِنِّي أَخَافُ إِنْ عَصَيْتُ رَبِّي عَذَابَ يَوْمٍ عَظِيمٍ utique ego vereor, si forte repugnavero domino meo, supplicium diei gravis, Sacy gr. 1. par. 398. 399.

1345. Coniunctio إِنْ *si* introducit conditionem *simplicem*, quam in sermone latino plerumque *si* cum verbo indicativo coniunctum significat, ut: إِنْ جَآءَ زَيْدٌ si veniet Seidus. Sed coniunctio لَوْ *si* introducit conditionem *hypotheticam*, quam *si* cum imperfecto, perfecto, plusquamperfecto, vel futuro modi coniunctivi compositum significare solet, ut: لَوْ جَآءَ زَيْدٌ si venisset Seidus, Sacy gr. 1. par. 1220.

a. Coniunctio إِنْ *cum praeterito composita.*

1346. Coniunctio إِنْ cum praeterito composita significat futura, quae fieri posse sumuntur; quae quidem latine aut futuro, aut futuro

exacto, aut praesenti indefinito, significari possunt. Arabes in hac re utuntur praeterito, rem, quam fieri posse censent, factam esse sumentes par. 392. quemadmodum vernacule poni potest: verpraßtest du dein Gut, so ward dein Ruf verscherzt, pro: wenn du dein Gut verprassest, so wirst du deinen Ruf verscherzen. Exempla sunt: فَإِنْ تَوَلَّوْا فَقُولُوا ٱشْهَدُوا بِأَنَّا مُسْلِمُونَ itaque si illi abibunt, tum dicite: „testamini, nos esse moslemos!“ sûr. 3. v. 57. وَإِنْ عَزَمُوا ٱلطَّلَاقَ فَإِنَّ ٱللّٰهَ سَمِيعٌ عَلِيمٌ quodsi illi intendent repudium, tum utique Deus erit audiens, sciens, [i. e. ultor] sûr. 2. v. 227. sûr. 3. v. 56. لَئِنْ أَتَيْتَ ٱلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْكِتَابَ بِكُلِّ آيَةٍ مَا تَبِعُوا قِبْلَتَكَ certe si exhibebis iis, qui libro praediti sunt, miraculum quodvis, [tamen] non sequentur directionem tuam, Sacy gr. 1. par. 398, 400. 1221. not. Atque praeterita duo vel tria in conditione poni possunt, sûr. 9. v. 12.

Verba إِنْ شَآءَ ٱللّٰهُ *si voluerit Deus*, quae ab Moslemis frequenter usurpantur, interdum ita scribuntur, ut duo prima in unum conflata compareant: إِنْشَآءَ ٱللّٰهُ sûr. 48, v. 27.

Rarius إِنْ *si* significat tempus, valetque: *quando*. Quo sensu positum ubi cum praeterito coniungitur, ad rem praeteritam pertinere potest: فَإِنْ أَخْصَبُوا أَغَارُوا عَلَى ثِمَارِ أَهْلِ ٱلْيَمَامَةِ quando illi adfluebant proventu, incurrebant in fructus Jemâmensium, Tab. ann. vol. 1. pag. 152. lin. 7—9.

1347. Si conditio significatur praeterito, in propositionis conditionalis *strictae* membro altero ponitur aut praeteritum إِنْ ضَرَبْتَ ضَرَبْتُ *si feries, feriam,* cui interdum فَقَدْ *sane iam* praemittitur, ut: فَإِنْ أَسْلَمُوا فَقَدِ ٱهْتَدَوْا quodsi moslemi fient illi, sane iam recte ducti sunt [i. e. recte ducti erunt] sûr. 3. v. 19. aut futurum decurtatum: إِنْ ضَرَبْتَ أَضْرِبْ *si feries, feriam* par. 1350. aut futurum indicativum: إِنْ ضَرَبْتَ أَضْرِبُ *si feries, feriam,* sûr. 73. v. 17. idémque futurum cum praemisso لَ *certe,* sûr. 17. v. 78. Sacy gr. 2. par. 67. anthol. pag. 113. ar.

In membro altero negativo item praeteritum et futura ponuntur: وَلَئِنْ زَالَتَا إِنْ أَمْسَكَهُمَا مِنْ أَحَدٍ مِنْ بَعْدِهِ atque, certe, si labentur

illa duo, neutiquam retinebit ea ullus post illum, sûr. 35. v. 39. إِنْ فَاتَنَا لَمْ نَجِدْ مِثْلَهُ si elabetur e nobis, non inveniemus aliquem ei similem, par. 1229.

1348. Coniunctio إِنْ cum praeterito verbi كَانَ *fuit* composita interdum ad res praesentes pertinet, praesertim si ad كَانَ adiicitur participium; nam إِنْ كُنْتَ فَاعِلًا et إِنْ كُنْتَ تَفْعَلُ idem fere valent par. 393. art. 1. b. par. 1354. Sacy gr. 2. par. 70. Exempla sunt: وَدَخَلَ فِي حَوْلِ نَفْسِهِ وَقُوَّتِهَا إِنْ كَانَ كَذَا وَكَذَا et se recipiat ad potentiam animae suae, eiusque fortitudinem, si res se habet sic et sic, Sacy chr. 1. pag. 6. ar. مَا مَعْنَى ٱمْتِنَاعِكَ إِنْ كُنْتَ صَادِقًا فِيمَا تَقُولُ quid est causa recusationis tuae, si es verax in iis quae dicis? loc. cit. إِنَّ فِي ذَلِكَ لَآيَةً لَكُمْ إِنْ كُنْتُمْ مُؤْمِنِينَ utique in hoc certe signum [exstat] vobis, si estis credentes, sûr. 3. v. 43. sûr. 10. v. 39. sûr. 43. v. 4. Quae ad praesentia trahi posse videntur; Sacy gr. 1. par. 400. not. par. 1221. not. Ewald gr. par. 747. Eodemque modo لَيْسَ *non est* aliorumque verborum, quae valent *esse* vel *fieri*, praeterita cum إِنْ componi possunt, Journal des savans, 1830. pag. 299.

b. *Coniunctio* إِنْ *cum futuro decurtato composita.*

1349. Coniunctio إِنْ cum **futuro decurtato** composita, quae maxime in propositione conditionali stricta par. 1343. usurpatur, significat futura, igiturque tum futurum decurtatum vicem praeteriti par. 1346. explet. Quod eo fortasse fit, quod in futuro decurtato quaedam vis iubendi et sumendi inest, conditio vero idem fere significat, quod sumtio, par. 393. art. 3. quandoquidem verba: *si hoc statuis* id fere valent quod *statue hoc!* vel: *sumo, te hoc statuere;* Ewald gr. par. 750. Exemplum est: إِنْ تُصِبْكُمْ سَيِّئَةٌ يَفْرَحُوا بِهَا si feriet vos calamitas, laetabuntur de ea, sûr. 3. v. 116. Sacy gr. 1. par. 420.

Si conditio est negativa, coniunctio إِنْ cum لَمْ *non* et futuro decurtato par. 1229. componitur: إِنْ لَمْ يَتَّقِ ٱللّٰهَ فَلَهُ عَذَابٌ عَظِيمٌ si

non verebitur Deum, tum ipsi supplicium grave [erit], Ewald gr. par. 743. 754.

Interdum, praesertim si tempus vere praeteritum est praemissum, إِنْ لَمْ cum futuro decurtato composita item praeteritum significant: إِنْ كَانَ بَلَغَكَ مِنْهُ نَصِيحَةٌ فَأَىُّ حَاجَةٍ لَكَ فِى نَصِيحَتِى وَإِنْ لَمْ يَبْلُغْكَ فَقُلْ لِى مَاذَا حَصَلْتَ فِى هٰذِهِ ٱلسِّنِينَ ٱلْمَاضِيَةِ si pervenit ad te ab illo commonitio, qui tibi opus est commonitione mea? Si vero illud ad te non pervenit, dic mihi, quid sis nactus his annis praeteritis? Ajjuhal walad pag. 3. فَإِنْ لَمْ يَرْضَ si vero non concedebat, par. 1274.

Rarius fit, ut إِنْ coniunctio sola cum futuro decurtato composita rem praeteritam significet: إِنْ يَكُنِ ٱلْإِسْكَنْدَرِىُّ قَبْلِى si exstitit Iskenderiensis ante me, Harîr. pag. 561. quo loco إِنْ يَكُنْ pro إِنْ يَكُنْ كَانَ par. 1353. posita esse censet Sacyus gr. 1. par. 401. not. Atque in Hamâssa pag. 388. verba إِنْ يَقْتُلُوكَ rem praeteritam respicere videntur; sed poetam illum, ne rem diram iam accidisse aperte dicat, pro إِنْ كَانُوا قَتَلُوكَ *si interfecerunt te* par. 1352. consulto posuisse إِنْ يَقْتُلُوكَ *si interficient te*, suspicatur Sacyus, Journal des savans 1830. pag. 299. gr. ar. 2. par. 70. not.

1350. In membro altero, quod rem sequentem, vel effectum exponit, plerumque futurum decurtatum usurpatur: إِنْ تَضْرِبْ أَضْرِبْ *si feries, feriam;* quod futurum ita positum ad rem futuram ideo pertinet, quia membrum primum de re futura exponit. Exempla sunt: إِنْ تَأْمَنْهُ بِقِنْطَارٍ يُؤَدِّهِ إِلَيْكَ si credes ei centenarium, restituet id tibi, sûr. 3. v. 68. et cum membro altero neganti: إِنْ تَأْمَنْهُ بِدِينَارٍ لَا يُؤَدِّهِ إِلَيْكَ si credes ei denarium, non restituet eum tibi, loc. cit. et sûr. 35. v. 15.

Sed لَا cum futuro indicativo ponitur sûr. 36. v. 22. إِنْ يُرِدْنِ ٱلرَّحْمٰنُ بِضُرٍّ لَا تُغْنِى عَنِّى شَفَاعَتُهُمْ si intendit mihi misericors calamitatem, non proderit mihi intercessio eorum. Itemque futurum indicativum sine لَا praemisso ab poetis interdum in membro altero ponitur, Sacy gr.

2. pag. 605. 606. Abulfed. hist. anteislam. pag. 124. lin. 16. Quod praesertim metri complendi causa fit. Porro فَلَنْ *tum non* cum futuro subiunctivo compositum usurpatur sûr. 18. v. 56. atque imperativus sûr. 9. v. 12.

Rarius in membro altero ponitur praeteritum: إِنْ تَضْرِبْ ضَرَبْتُ *si feries, feriam,* Sacy anth. pag. 113. ar. Cui praeterito si فَقَدْ *sane iam* par. 1184. vel فَرُبَّمَا *sane saepe* praemittitur, membrum secundum rem praeteritam respicere solet: وَإِنْ يُكَذِّبُوكَ فَقَدْ كُذِّبَتْ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ quodsi mendacem te dicunt, sane iam mendaces dicti sunt legati ante te [i. e. hoc tecum recordare, alios quoque legatos in eiusmodi criminationem incurrisse] sûr. 35. v. 4. فَإِنْ تُمْسِ مَهْجُورَ ٱلْفِنَآءِ فَرُبَّمَا أَقَامَ بِهِ بَعْدَ ٱلْوُفُودِ وُفُودُ quodsi habes iam desertum atrium, sane saepe habitavit in eo post coetum coetus [alius], i. e. [hoc tecum recordare, certe tempore praeterito te multos habuisse hospites] Hamâs. pag. 373.

1351. Si membro primo sive conditioni particula adseverandi, ut لَ *certe!* vel formula iurandi, ut وَٱللّٰهِ *per Deum!* praemittitur, tum plerumque membrum alterum ad naturam propositionis iurantis ita accommodatur, ut in eo futurum nervosum vel indicativum ponatur: لَئِنْ لَمْ تَنْتَهُوا لَنَرْجُمَنَّكُمْ certe, si non abstinetis vos, certe lapidabimus vos! sûr. 36. v. 16. أُقْسِمُ بِٱللّٰهِ إِنْ تُؤَاخِذْنِي لَا أَنْصُرُكَ أَبَدًا عَلَى أَعْدَآئِكَ iuro per Deum, si me castigabis, me tibi non succursurum esse unquam contra hostes tuos! Sacy gr. 2. pag. 613.

Si formula iurandi membro primo subiicitur vel inseritur, membrum alterum ad naturam propositionis conditionalis accommodatur, igiturque in eo futurum decurtatum vel فَلَنْ cum futuro subiunctivo coniunctum ponitur: إِنْ يَقُمْ زَيْدٌ وَٱللّٰهِ أَقُمْ si surget Seidus, per Deum, surgam! Quod idem interdum etiam tum fit, si formula iurandi membro primo praemittitur.

1352. Si in membro primo sive conditione insunt verba duo, quae Wâwa vel Fâa iungi oportet, in futuro decurtato ponitur utrumque: إِنْ تَأْتِنِي فَتَضْرِبْنِي أَضْرِبْكَ si me convenies, meque feries, te feriam. Interdum verbum secundum in futuro subiunctivo ponitur; quo facto, Wâwa

vel Fâa praemissa valet: *ita ut:* إِنْ تَأْتِنِي فَتَضْرِبَنِي أَضْرِبْكَ si me convenies, ut me ferias, te feriam, par. 1265. 1273. Tab. ann. vol. 1. pag. 244. lin. 20.

Si in membro altero insunt verba duo, quae Wâwa vel Fâa iungi oportet, in futuro decurtato ponitur utrumque: إِنْ يَشَأْ يُذْهِبْكُمْ وَيَأْتِ بِخَلْقٍ جَدِيدٍ si ille volet, delebit vos, adferetque prolem novam, sûr. 35. v. 17. sûr. 60. v. 2. Interdum verbum secundum in futuro subiunctivo ponitur; quo facto, Wâwa vel Fâa praemissa valet: *ita ut.* Denique verbum secundum in futuro indicativo poni potest; quod si fit, futuro illo posito propositio nova incipere censetur, Sacy gr. 2. par. 492.

Post أَوْ *aut* verbo secundo praemissum usurpatur futurum decurtatum, sûr. 42. v. 31. 32.

c. *Coniunctio* إِنْ *cum plusquamperfecto composita.*

1353. Coniunctio إِنْ cum plusquamperfecto par. 397. art. 1. composita significat res praeteritas: إِنْ كُنْتُمْ آمَنْتُمْ بِٱللّٰهِ فَتَوَكَّلُوا عَلَيْهِ si credidistis Deo, confidite ei! Sacy gr. 1. par. 399. 401. sûr. 60. v. 1. Interdum قَدْ *iam* inseritur plusquamperfecto: فَإِنْ كُنْتُمَا قَدِ ٱتَّفَقْتُمَا عَلَى شَيْءٍ فَقَدِّمْهُ quodsi iam convenistis de aliqua re, praemitte illum! Henzi fragm. pag. 72. Quibus in propositionibus Arabes verbum كَانَ rem praeteritam ideo significare dicunt, quia hoc verbum per se ad ٱلْأَحْدَاثُ *facta* potissimum pertinet, Hamâs. p. 373. Sacy gr. 1. par. 1221. not.

In conditione negativa, ad rem praeteritam pertinente, ponuntur إِنْ لَمْ يَكُنْ cum verbo praeterito coniuncta par. 1229. ut: إِنْ لَمْ يَكُنْ عَهِدَ إِلَيْكُمْ هٰذَا فَقَدْ عَهِدَ إِلَيَّ أَنْ أَمْضِيَ si non praecepit vobis hoc, certe praecepit mihi, ut proficiscar, Tab. ann. vol. 1. pag. 140.

Si alterum quoque membrum ad rem praeteritam pertinet, in eo aut solum praeteritum ponitur, ut: فَصَدَقَتْ tum verum dixit illa, par. 1280. art. 2. aut praeteritum cum فَقَدْ praemisso, ut: إِنْ كُنْتُ قُلْتُهُ فَقَدْ عَلِمْتَهُ si dixi hoc, sane iam novisti id, sûr. 5. v. 116. Ewald gr. par. 746.

Atque لَقَدْ *certe iam* praemittitur ei praeterito, quod in membro altero ponitur, Hamâs. p. 478.

1354. Pro إِنْ كَانَ فَعَلَ *si fecit* interdum إِنْ يَكُنْ فَعَلَ ponuntur: إِنْ يَكُنْ أَفَلَ قَمَرُ ٱلشِّعْرَى فَقَدْ طَلَعَ قَمَرُ ٱلشِّعْرِ si obiit luna Sirii, sane iam orta est luna poesis, Sacy gr. 1. par. 401. إِنْ أَكُنْ قَدْ بَرَدْتُ si explevi, par. 1280. art. 5. Saepe enim futurum decurtatum vicem praeteriti explet, par. 1229. 1349. Journal des savans, 1830. pag. 299.

d. *Coniunctio* إِنْ *cum imperfecto composita.*

1355. Coniunctio إِنْ cum imperfecto par. 397. art. 2. composita significat praesens definitum sive verum praesens: إِنْ كُنْتُمْ تُحِبُّونَ ٱللَّهَ فَٱتَّبِعُونِي si diligitis Deum, sequimini me! sûr. 3. v. 29. إِنْ كَانَ يَكْفِيكَ نِصَابٌ مِنَ ٱلْمَالِ أَتْقَنَّاهُ لَكَ فِي ٱلْحَالِ si satisfacit tibi summula, procurabimus eam tibi statim, Harîr. pag. 49. ٱشْكُرُوا لِلَّهِ إِنْ كُنْتُمْ إِيَّاهُ تَعْبُدُونَ gratias agite Deo, si eum colitis, Sacy gr. 1. par. 402. 421. Ewald gr. par. 747.

Pro إِنْ كَانَ يَفْعَلُ etiam إِنْ يَكُنْ يَفْعَلُ poni posse videntur, Sacy gr. 2. par. 70.

e. *Coniunctio* إِنْ *cum membro primo ita posita, ut membrum alterum reticeatur.*

1356. Interdum إِنْ cum membro primo sive conditione quidem ponitur, membrum alterum vero, quo effectum demonstrari debebat, omittitur. Id quod fit, si propositiones conditionales duae iunguntur, quarum altera alteri est opposita, quarumque secundae membrum primum demonstratur particula وَإِلَّا *sin minus.* Tum enim propositionis primae membrum secundum, quo significari debebat: *bene cadet res*, omittitur, quia ex loci sensu sive oppositione illa, quae inter propositiones illas iunctas intercedit, facile suppletur: فَإِنْ أَنْشَدَ مَا أَمَرْتُهُ بِهِ وَإِلَّا فَصُبَّ ٱلسَّوْطَ عَلَى رَأْسِهِ أَبَدًا tum si ille recitabit id quod ab eo flagitavi, [bene cadet res]; sin minus, inflige scuticam eius capiti continuo! Agân. art.

Ebn mofarrig. وَإِنْ دَفَعَ مَا جِهَتَهُ وَإِلَّا تَبِيعُ جَمِيعَ أَسْبَابِهِ atque si ille solvet id quod debet, [bene cadet res]; sin minus, vendes omnia eius bona, Sacy gr. 2. par. 836.

Pro membro illo suppresso poni potest فَبِهَا *bene hoc!* par. 1193. art. 6. Rarius supprimitur membrum secundum, si propositio conditionalis alia non sequitur: فَإِنْ رَأَيْتَ أَنْ تَبْعَثُوا إِلَيْنَا بِذَلِكَ عَلَى ظَهْرٍ quodsi censes, ut mittatis nobis haec usi iumentis, [bene cadet res], Taber. ann. vol. 1. pag. 232.

f. *Coniunctiones* أَوْ — إِنْ *sive — sive et* وَإِنْ — إِنْ *sive — sive.*

1357. Coniunctiones أَوْ — إِنْ *sive — sive* in conditione disiunctiva cum adiectis verbis ponuntur, ut: إِنْ تُبْدُوا — أَوْ تُخْفُوهُ sive indicatis — sive id celatis, par. 1284. art. 1.

Nonnunquam ex enuntiatione illius generis disiunctiva إِنْ pellitur breviloquentiae causa: أَنَا ٱلْمَلِكُ شِئْتُمْ أَوْ أَبَيْتُمْ ego sum rex, sive vultis, sive recusatis, Iss eddîn aves, pag. 112. لَا بُدَّ لَهُ أَنْ يُعَذَّبَ قَتَلَهُ أَوْ لَمْ يَقْتُلْهُ non fieri potest, quin puniatur, sive interficiet eum, sive non interficiet, يُعَظِّمُ مَجَالِسَهُمْ سَوَآءٌ غَابُوا أَوْ حَضَرُوا reveretur consessus eorum perinde, sive absunt, sive adsunt, Fâkeh. pag. 87. إِلَى حِفْظِ رَأْيٍ أَوْ هَدْمِهِ كَانَ ذَلِكَ ٱلرَّأْيُ مِنَ ٱلْفِقْهِ أَوْ غَيْرِهِ ad defensionem sententiae, vel eius confutationem, sive est illa sententia ex iurisprudentia, sive ex re alia, Sacy anth. pag. 474. Si unum tantum adest verbum, ad partis primae finem hoc verbum collocari potest: سَآخُذُهُ كَبِيرًا كَانَ أَوْ صَغِيرًا mox capiam eum, sive magnus est, sive parvus, Sacy gr. 1. par. 1221. Hamâs. pag. 91. Koseg. chrest. ar. pag. 84. Ewald gr. par. 756.

1358. Porro coniunctiones أَوْ — إِنْ *sive — sive* et وَإِنْ — إِنْ *sive — sive* cum adiectis nominibus ponuntur: سِرْ مُسْرِعًا إِنْ رَاكِبًا أَوْ مَاشِيًا ito strenue, sive equitans, sive ambulans! حَدِبَتْ عَلَىَّ بُطُونُ ضَبَّةَ كُلُّهَا إِنْ ظَالِمًا فِيهِمْ وَإِنْ مَظْلُومًا favebant mihi gentes Dabbitarum omnes, sive oppressores, sive oppressae, Sacy gr. 2. par. 831.

g. *Coniunctiones nonnullae cum* إِنْ *compositae.*

1359. Coniunctio لَئِنْ certe si par. 1198. in membro primo cum praeterito vel futuro decurtato coniungitur, membro secundo vero aut item praeteritum, aut, quod usitatius est, futurum nervosum vel indicativum inserit par. 1351. لَئِنْ أَتَيْتَ ٱلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْكِتَابَ بِكُلِّ آيَةٍ: مَا تَبِعُوا قِبْلَتَكَ certe si edes iis qui acceperunt librum, quodvis signum, non sequentur directionem tuam, Sacy gr. 1. par. 400. 423. 1117. tom. 2. par. 67. sûr. 4. v. 75. Ewald gr. par. 756.

Atque sine verbo membrum secundum poni potest: لَئِنْ شَكَرْتُمْ لَأَزِيدَنَّكُمْ وَلَئِنْ كَفَرْتُمْ إِنَّ عَذَابِي لَشَدِيدٌ certe si grati eritis, certe augebo vos; atque certe si ingrati eritis, utique supplicium meum certe vehemens [erit], sûr. 14. v. 7. sûr. 2. v. 140.

Porro لَئِنْ cum plusquamperfectis componitur, Hamâs. pag. 478.

1360. Coniunctio وَإِنْ etsi apud Arabes Latinosque iuxta est concessiva. Ponitur tum in *membro primo:* وَإِنْ يَرَوْا كُلَّ آيَةٍ لَا يُؤْمِنُوا بِهَا atque etsi videant quodvis signum, non credent ei, sûr. 6. v. 25. وَإِنْ كَانَ يَوْمًا ذَا كَوَاكِبَ مُظْلِمًا: صَبَرْنَا atque etsi esset dies, praeditus stellis, tenebrosus, constantes fuimus, Hamâs. pag. 189. tum in *membro secundo:* لَا خَيْرَ فِي جُودِ ٱلْمَطَّالِ وَإِنْ كَانَ كَجَوْدِ ٱلْهَطَّالِ nihil boni inest in liberalitate dilatoris, etsi sit instar pluviae nubis rorantis, Ennawâbig pag. 100.

Rarius fit, ut وَإِنْ pro وَإِمَّا *aut, vel,* par. 1290. ponatur: سَقَتْهُ ٱلرَّوَاعِدُ مِنْ صَيِّفٍ وَإِنْ مِنْ خَرِيفٍ rigarunt eum tonantes nubes pluviae aestivae aut autumnalis, Kâm. pag. 1575.

1361. Coniunctio فَإِنْ *igitur si* par. 1281. plerumque valet: *si vero* par. 1274. porroque: *nam si* par. 1275.

De coniunctione إِمَّا *sive* dictum est par. 1289.

1362. Ab coniunctione إِنْ *si* diligenter distingui oportet adverbia إِنْ *neutiquam* par. 1234. sûr. 4. v. 117. et إِنْ *utique* par. 1198. 1304. quae cum futuro decurtato non componuntur.

Raro fit, ut إِنْ *si* non ipsi verbo, sed pronomini personali praemittitur: إِنْ أَنْتُمْ ضَرَبْتُمْ فِي ٱلْأَرْضِ si vos peregrinamini in terra, sûr. 5. v. 105. Ewald. gr. par. 771. not.

2. *Coniunctio* إِلَّا *nisi, si non.*

a. إِلَّا *ad totam enuntiationem pertinens.*

1363. Coniunctio إِلَّا *nisi, si non*, par. 1227. ab Arabibus vocatur حَرْفُ ٱلْٱسْتِثْنَاءِ *particula excipiendi* vel restringendi, Sacy gr. 1. par. 1219. Interdum propositionis conditionalis enuntiatio prima vel membrum primum ab ea ita introducitur, ut subiiciatur alterum: إِلَّا تَنْفِرُوا يُعَذِّبْكُمْ nisi fugitis, puniet vos, Freytag lex. tom. 1. pag. 48. إِلَّا حَظِيَّةً فَلَا أَلِيَّةً si non amata, tum non pigra, par. 1280. art. 1.

Sed hoc sensu pro إِلَّا plerumque إِنْ لَمْ ponitur: لَئِنْ لَمْ يَنْتَهِ لَنَسْفَعَنْ بِٱلنَّاصِيَةِ certe, nisi se abstinebit, certe prehendemus eum cincinnis, sûr. 96. v. 15. par. 1240. Porroque pro إِلَّا تَفْعَلْ *nisi facis* usurpatur: إِنْ كُنْتَ لَا تَفْعَلُ gr. Sacyan. tom. 2. par. 876.

1364. Saepe membrum primum ab وَإِلَّا introductum ita circumciditur, ut pro eo ponatur solum وَإِلَّا *atque si non, sin minus;* id quod fit, si propositio conditionalis alia par. 1356. vel imperativa praecessit: فَبَرْهِنْ عَنْ نَفْسِكَ وَإِلَّا كَشَفْتُ عَنْ لَبْسِكَ itaque argumentare pro te! sin minus, detegam fraudem tuam, Sacy gr. 1. par. 400. إِنْ خَرَجْتَ مَعَنَا إِلَى حَرْبِ مُونِسٍ وَإِلَّا تَقَرَّبْنَا بِكَ إِلَيْهِ si egredieris nobiscum ad dimicandum contra Munassum, [bene cadet res]; sin minus, trademus te ei, Koseg. chrest. ar. pag. 107. gramm. par. 1280. art. 4.

Interdum apud scriptores recentiores propositio praecedens membro primo inserit negationem supervacuam par. 1240. Quod ubi fit, pro membro secundo non supplendum est: *bene cadet res*, sed: *male cadet res*, tumque idem propositione subiuncta iterum significatur: إِنْ لَمْ

عَلِيٌّ تَسِيرِى مِنْ هٰذَا ٱلْمَوْضِعِ وَإِلَّا أَدْرَكَكُمْ si non decedes de hoc loco, [male cadet res]; sin minus [i. e. si non decedes], adsequetur vos Ali, Henzi fragm. 48. Est genus dicendi praeposterum, ab iis qui praepropere loquuntur introductum, Ewald gr. par. 772. Makrîsius, rhetorice dicens, coniunctionem إِلَّا geminatam posuit, membrum secundum vero, quod adiici debebat, suppressit: وَإِنْ لَمْ يَعْمُرْهَا وَإِلَّا وَإِلَّا atque si non reficeret eam, [male ei cessuram esse rem]; sin minus, sin minus, [i. e. si non reficeret eam], [se eum supplicio adfecturum esse] Sacy chrest. 2. pag. 85. gr. 2. par. 876.

1365. Post formulam iurandi praemissam coniunctio إِلَّا *nisi* introducit conditionem ita, ut membrum secundum, quo imprecatio significari debebat, prorsus supprimatur: أَقْسَمْتُ عَلَيْكَ بِٱلَّذِى أَنْزَلَ ٱلتَّوْرَاةَ إِلَّا صَدَقْتَ adiuro te per illum, qui misit pentateuchum! nisi verum dices, [pereas!] histor. anteisl. Abulf. p. 32.

1366. Porro propositionis conditionalis vel restringentis membrum secundum ab إِلَّا إِنْ *nisi si* introducitur: قَدْ حَقَنَ ٱللّٰهُ دَمَكَ إِلَّا إِنْ كُنْتَ مِنَ ٱللُّصُوصِ iam tuitus est Deus sanguinem tuum, nisi si es ex furibus, Koseg. chrest. ar. pag. 15.

Particulae إِلَّا أَنْ *nisi ut* membro secundo praemissae, quibus futurum subiunctivum adiicitur, valent: *nisi fit ut*: فَنِصْفُ مَا فَرَضْتُمْ إِلَّا أَنْ يَعْفُونَ tum dimidium eius, quod spopondistis, [detur], nisi fit ut ipsae cedant iure, sûr. 2. v. 238.

Particulae إِلَّا أَنَّ *nisi ut* membro secundo praemissae valent fere: *sed*; par. 1328. art. 4.

1367. Praesertim vero propositionis conditionalis talis, quae negationem restrictam par. 1201. exponit, membrum secundum ab إِلَّا introducitur, cui praeteritum subiungunt, tumque إِلَّا valet: quin; membro primo vero praemittitur adverbium negans: مَا عَزَمَ عَلَى ٱجْتِمَاعِهِ مَعَهَا إِلَّا أُرْعِدَتْ مَفَاصِلُهُ non intendit convenire eam, quin intremiscerent eius artus, Koseg. chrest. ar. pag. 49. لَا أَدَعُ أَمْرًا رَأَيْتُ رَسُولَ ٱللّٰهِ يَصْنَعُهُ إِلَّا صَنَعْتُهُ non sinam rem, quam legatum Dei peragere vidi, quin peragam

eam, Taber. annal. vol. 1. pag. 14. فَلَمْ يُصِبْ مِنْهُمْ أَحَدًا إِلَّا هَلَكَ neque feriit eorum ullum, quin periret, Abulf. histor. anteisl. pag. 200. Interdum adverbia negantia مَا إِنْ *non neutiquam* par. 1236. membro primo praemittuntur, Koseg. chrest. ar. pag. 48. lin. 6.

Nonnunquam membrum id, quod ab إِلَّا introducitur, enuntiatio nominalis par. 1280. est: مَا مَرَرْتُ بِأَحَدٍ إِلَّا زَيْدٌ أَحْسَنُ مِنْهُ non praeterii ullum, quin Seidus esset pulchrior eo, Sacy gr. 2. par. 720. وَمَا نُرِيهِمْ مِنْ آيَةٍ إِلَّا هِيَ أَكْبَرُ مِنْ أُخْتِهَا neque ostendebamus iis signum, quin hoc maius esset quam eius soror [i. e. quam id signum, quod praecesserat] sûr. 43. v. 47.

1368. Saepe fit, ut in his propositionibus ad إِلَّا coniunctionem Wâwa status par. 1216. adnectat enuntiationem subiunctam, praesertim nominalem: لَا تَمُوتُنَّ إِلَّا وَأَنْتُمْ مُسْلِمُونَ nolite mori, nisi quum sitis Moslemi! sûr. 2. v. 126. Sacy gr. 2. par. 721.

In oratione horridiori etiamsi negatio membro primo non praemissa sit, tamen إِلَّا وَ membrum secundum introducunt: حَتَّى قَرُبُوا مِنَ ٱلْأَبْيَاتِ إِلَّا وَأَخُوهُ شَاسٌ قَدْ طَلَعَ quoad accesserunt ad domos, nisi quum eius frater, Schas, iam prodiisset i. e. quoad accesserunt ad domos, quum iam ex iis prodiisset Schas, Koseg. chrest. ar. pag. 89.

Porro enuntiatio verbalis, praesertim si res praeteritas respicit, ab إِلَّا وَ vel إِلَّا وَقَدْ introducitur: مَا أَوْمَضَ ٱلْبَرْقُ لِي مِنْ أُفْقِ مَبْسِمِهَا إِلَّا وَجَادَتْ دُمُوعُ ٱلْعَيْنِ كَٱلْمَطَرِ non effulsit mihi fulgur ex coelo eius oris, quin manarent lacrymae oculi mei sicut pluvia, Kos. chr. ar. pag. 160. فَمَا شَيْءٌ كُنْتُ أَرَدْتُ أَنْ أَقُولَهُ إِلَّا وَقَدْ أَتَى بِهِ sed non [fuit] ulla res, quam proponere volueram, quin eam ille exposuisset, Taber. annal. vol. 1. pag. 34. Confer par. 1261. 1262. Ewald gr. par. 737. 749.

1369. Coniunctiones إِلَّا أَنْ *nisi ut* cum futuro subiunctivo coniunctae membro secundo ita praemittuntur, ut valeant: *nisi forte fit ut*, par. 1309. art. 3. وَلَكِنْ لَا تُوَاعِدُوهُنَّ سِرًّا إِلَّا أَنْ تَقُولُوا قَوْلًا مَعْرُوفًا

sed nolite polliceri iis clam, nisi [fit] ut loquamini loquutionem honestam, sûr. 2. v. 235. 238. 282. par. 1366.

Interdum vero إِلَّا أَنْ *nisi ut* cum futuro indicativo coniunguntur: وَلَا تَعْضُلُوهُنَّ لِتَذْهَبُوا بِبَعْضِ مَا آتَيْتُمُوهُنَّ إِلَّا أَنْ يَأْتِينَ بِفَاحِشَةٍ مُبَيِّنَةٍ nolite coercere eas, ut rapiatis aliquid eorum, quae iis dedistis, nisi [fit] ut committant crimen manifestum, sûr. 4. v. 23. sûr. 65. v. 1. Tum إِلَّا أَنْ reddi posse videntur: *nisi propterea quod*, par. 1322.

b. إِلَّا *ad unam tantum notionem pertinens.*

1370. Saepe fit, ut إِلَّا *nisi* non totam enuntiationem sibi subiungat, sed de numero ante dictorum unum tantum subiectum, vel obiectum, vel praedicatum excipiat; quemadmodum latine ponuntur: *quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui insaniunt,* Cic. Rosc. Amer. 12. *quod non fere contingit, nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur,* Cic. amicit. 20. Unum vero illud subiectum, vel obiectum, vel praedicatum, quum latine, tum arabice, modo demonstratur vocabulo uno, modo pluribus.

1371. Si enuntiatio est affirmativa, nomen exceptum in accusativo ponitur, etiamsi ex subiecto enuntiationis sit, igiturque in nominativo id ponere debuissent. Tum إِلَّا reddi potest *praeter, praeterquam, excepto:* ٱلْأَخِلَّاءُ يَوْمَئِذٍ بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ عَدُوٌّ إِلَّا ٱلْمُتَّقِينَ amici illo die, [i. e. quod ad amicos adtinet illo die] alius eorum alii erit inimicus, nisi pii [i. e. exceptis piis, [in quos illud non cadet] sûr. 43. v. 67. وَٱنْحَازَ سَائِرُ أُمَرَاءِ ٱلْيَمَنِ إِلَى ٱلطَّاهِرِ إِلَّا عَمْرًا وَخَالِدًا فَإِنَّهُمَا رَجَعَا إِلَى ٱلْمَدِينَةِ atque abierunt ceteri El jemenae praefecti ad Ettâhirum, exceptis Amro et Châlido; hi enim reversi sunt El medînam, Taber. ann. vol. 1. pag. 56. Sacy gr. 2. par. 710. Ewald gr. par. 564.

In Korâno ad vocabulum exceptum interdum, nulla coniunctione interposita, novum verbum adiicitur: فَسَجَدُوا إِلَّا إِبْلِيسَ أَبَى tum se prostraverunt, excepto Iblîsso, [qui] noluit, sûr. 2. v. 32. sûr. 15. v. 31. 45. Quibus in propositionibus rem exceptam ideo, quia ad enuntiationem praecedentem nova adnectatur laxius, in accusativo poni censet Ewaldus gr. par. 737.

Si vocabulo excepto praepositionem praemitti oportet, praepositio haec cum genitivo coniungitur solito more par. 1124. وَٱلْعَفْوُ إِلَّا عَنِ ٱلْأَكْفَاءِ مَكْرُمَةٌ atque indulgentia, nisi in aequales, est virtus, Abulf. anteislam. pag. 124. وَإِنْ كَانَتْ لَكَبِيرَةً إِلَّا عَلَى ٱلَّذِينَ هَدَى ٱللَّهُ et utique illa fuit certe molesta, praeterquam iis, quos recte duxit Deus, sûr. 2. v. 138.

1372. Si enuntiatio est **negativa**, ab adverbio neganti vel verbo لَيْسَ introducta, nomen exceptum in eo casu ponitur, quem officium, quo nomen illud fungitur, flagitat.

Si ex subiecto enuntiationis est nomen exceptum, in nominativo ponitur: مَا جَآءَنِي إِلَّا جَعْفَرٌ non convenit me, nisi Dschafar, وَمَا أَنْتَ إِلَّا بَشَرٌ neque tu [es], nisi homo, sûr. 26. v. 186. مَا بِهِمْ دَآءٌ إِلَّا ٱلْحُبُّ non [est] in iis morbus, nisi amor, Koseg. chrest. ar. pag. 48. مَا مِنْ إِلَهٍ إِلَّا ٱللَّهُ non [est] ulla divinitas, nisi Deus, par. 1143. art. 4. sûr. 3. v. 55. لَا إِلَهَ إِلَّا ٱللَّهُ non [est] ulla divinitas, nisi Deus, par. 1217. إِنْ هَذَا إِلَّا سِحْرٌ neutiquam hoc [est], nisi fascinatio, sûr. 74. v. 24. sûr. 6. v. 25. إِنْ أَوْلِيَآؤُهُ إِلَّا ٱلْمُتَّقُونَ neutiquam [sunt] tutores eius, nisi pii, sûr. 8. v. 34. لَيْسَ لِلْإِنْسَانِ إِلَّا مَا سَعَى non est homini, nisi id quod ipse comparavit, sûr. 53. v. 39.

Si ex obiecto enuntiationis est nomen exceptum, in accusativo ponitur: أُولَئِكَ مَا يَأْكُلُونَ فِي بُطُونِهِمْ إِلَّا ٱلنَّارَ hi non comedunt in ventribus, nisi ignem, sûr. 2. v. 169. إِنْ يَدْعُونَ إِلَّا شَيْطَانًا neutiquam illi invocant, nisi Satanam, sûr. 4. v. 117. Itemque in accusativo ponitur nomen exceptum, si aliis officiis fungitur, quae syntaxis arabica accusativo significat, e. g. si nomen exceptum demonstrat circumstantiam actionis par. 1125. مَا كَانَ لَهُمْ أَنْ يَدْخُلُوهَا إِلَّا خَائِفِينَ non competit iis, ut intrent in ea [in templa], nisi formidantes, sûr. 2. v. 108. فَلَا يُؤْمِنُونَ إِلَّا قَلِيلًا neque credunt illi, nisi ex parte, sûr. 4. v. 154. vel si nomine excepto demonstratur praedicatum ex verbo كَانَ pendens: هَلْ كُنْتُ إِلَّا بَشَرًا num sum, nisi homo? sûr. 17. v. 95.

Si praepositionem nomini excepto praemitti oportet, nomen illud in genitivo ponitur: وَمَا هُمْ بِضَارِّينَ بِهِ مِنْ أَحَدٍ إِلَّا بِإِذْنِ ٱللّٰهِ neque illi nocebant hac re ulli, nisi permissu Dei, sûr. 2. v. 96. لَا يَحِيقُ ٱلْمَكْرُ ٱلسَّيِّئُ إِلَّا بِأَهْلِهِ non circumvenit dolus malus, nisi ipsius auctorem, sûr. 35. v. 41.

1373. Sunt vero circumstantiae nonnullae, quae efficiunt, ut nomen exceptum, etiamsi ex subiecto sit, in accusativo ponatur, antecedentibus quasi laxiori vinculo adnexum. Quod quidem fit:

a. si res excepta genere prorsus diversa est ab ea, de qua excipitur: مَا جَآءَنِي أَحَدٌ إِلَّا فَرَسًا non adiit me ullus, nisi equus; nam ab hominibus genere diversi sunt equi, Sacy gr. 2. par. 713.

b. si res excepta ante eam, de qua excipitur, est posita: مَا كَلَّمَنِي إِلَّا زَيْدًا أَحَدٌ non me adloquutus est, nisi Seidus, ullus. Rarius fit, ut in huius generis enuntiationibus res excepta in nominativo ponatur, Sacy gr. 2. par. 710.

c. si rei exceptae subnectuntur aliae, quae et ipsae excipiuntur: مَا قَامَ إِلَّا جَعْفَرٌ إِلَّا سَعِيدًا إِلَّا مُحَمَّدًا non surrexerunt, nisi Dschafar, et Saîd, et Mohammed. Si vero vocabula excepta duo eandem personam significant, utrumque in nominativo ponitur: مَا جَآءَنِي إِلَّا أَخُوكَ إِلَّا زَيْدٌ non convenit me, nisi frater tuus, nisi Seidus, Sacy gr. 2. par. 723.

Si res, de qua excipitur, vocabulo suo significatur, tum res excepta, etiamsi ex subiecto est, tum in nominativo, tum in accusativo poni potest: مَا كَلَّمَنِي أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا vel إِلَّا زَيْدٌ non me adloquutus est ullus, nisi Seidus. Si res excepta ex praepositione, quae in antecedentibus inest, pendet, item in accusativo, vel propter praepositionem par. 1165. in genitivo ponitur: مَا أَتَيْتُ بِٱلْكُتُبِ إِلَّا ٱلتَّوْرَاةَ vel إِلَّا ٱلتَّوْرَاةِ non attuli libros, nisi pentateuchum, Sacy gr. 2. par. 710.

Sed si res, de qua excipitur, ex sensu tantum sententiae suppletur, rem exceptam in nominativo poni oportet: مَا كَلَّمَنِي إِلَّا زَيْدٌ non me adloquutus est, nisi Seidus.

1374. Interdum enuntiationi, in qua ponitur إِلَّا excipiens, non adverbium negans praemittitur, sed لَوْ *si* vel هَلْ *num*, tumque إِلَّا reddi potest *praeter*: لَوْ كَانَ فِيهِمَا آلِهَةٌ إِلَّا ٱللّٰهُ لَفَسَدَتَا si fuissent in iis dei praeter Deum, certe periissent, Kâm. pag. 1968. فَهَلْ يَنْظُرُونَ إِلَّا سُنَّةَ ٱلْأَوَّلِينَ num igitur exspectant [aliquid], praeter modum antiquiorum? sûr 35. v. 41. sûr. 55. v. 60.

1375. Pro nomine excepto, si adiectivum est, poni potest verbum in futuro: إِنْ هُمْ إِلَّا يَظُنُّونَ neutiquam illi nisi opinantur [i. e. opinantur tantum] sûr. 45. v. 23. sûr. 36. v. 14.

Pro nomine excepto, si nomen actionis est, poni potest:

a. أَنْ *ut* cum futuro subiunctivo, par. 1317. 1320. sûr. 17. v. 96. لَا يَكُونُ لِي حِيلَةٌ فِي خُرُوجِهِ إِلَّا أَنْ أَلْبَسَهُ لِبْسَ ٱلنِّسَاءِ non est mihi modus ullus, qui eius exitum procuret, nisi ut induam ei vestes feminarum, Koseg. chrest. pag. 19.

b. لِ *eum in finem ut* cum futuro subiunctivo, sûr. 2. v. 138.

c. مَا *quantum, quamdiu*, par. 1095. sûr. 3. v. 68.

d. كَمَا *sicut*, لَا يَقُومُونَ إِلَّا كَمَا يَقُومُ ٱلَّذِي يَتَخَبَّطُهُ ٱلشَّيْطَانُ non illi surgent, nisi sicut surgit is, quem percutit Satanas, sûr. 2. v. 276. sûr. 12. v. 64.

1376. Rarius fit, ut إِلَّا valeat *ne quidem*. Fîrûsâbâdensis certe verba لِئَلَّا يَكُونَ لِلنَّاسِ عَلَيْكُمْ حُجَّةٌ إِلَّا ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا significare dicit: „ne sit hominibus contra vos argumentum ullum, ne iis quidem, qui improbi sunt“ pag. 1969.

In Korâno إِلَّا enuntiationem novam interdum ita subiungit, ut reddi possit *sed*: لَسْتَ عَلَيْهِمْ بِمُصَيْطِرٍ إِلَّا مَنْ تَوَلَّى وَكَفَرَ فَيُعَذِّبُهُ ٱللّٰهُ tu non es iis praefectus; sed qui se avertit et renititur, eum sane puniet Deus, sûr. 88. v. 23. 24.

1377. Quod ad إِلَّا أَنْ adtinet, distingui igitur possunt: إِلَّا أَنْ *nisi fit, ut*, par. 1366. 1369. إِلَّا أَنَّ *nisi propterea quod*, par. 1322. 1369.

إِلَّا أَنْ *nisi ut, nisi quod,* quae مَصْدَرِيَّةٌ est, par. 1320. 1375. إِلَّا أَنْ *sed,* par. 1328. art. 4.

3. *Coniunctio* لَوْ *si.*

1378. Coniunctio لَوْ *si* introducit conditionem hypotheticam, quam in sermone latino significat *si* cum coniunctivo compositum par. 1345. Plerumque conditio ab لَوْ introducta ponitur membrum propositionis conditionalis primum: لَوْ أَرْسَلْتَ إِلَيَّ أَتَيْتُكَ si misisses ad me, convenissem te, Koseg. chrest. pag. 35. tumque saepe لَ *certe* praemittitur membro secundo par. 1198. art. 2. litt. c.

Rarius conditio ab لَوْ introducta ponitur membrum secundum; quod si fit, primum quoque membrum in partem hypotheticam accipi oportet: وَهُوَ يَوْمٌ لَوْ كَانَ بَاقِيًا بِغَدٍ atque ille [esset] dies, si esset superstes cras, Koseg. chrest. pag. 55. Vide supra par. 1343. 1344. Sed verbum وَدَّ *cupit* sensu indicativo positum sibi subiungit enuntiationem supplentem modo per لَوْ *si,* modo per أَنْ *ut:* وَدُّوا لَوْ تُدْهِنُ cupiunt si blandiaris i. e. ut blandiaris, sûr. 68. v. 9. وَٱللّٰهِ لَوَدِدْنَا أَنَّا مُتْنَا قَبْلَهُ per Deum, certe cupimus, ut mortui essemus ante eum, Taber. annal. vol. 1. pag. 14. Ewald. gr. par. 769.

1379. Coniunctio لَوْ cum praeterito composita plerumque tempus praeteritum respicit, membroque alteri item praeteritum inserit; quod membrum, si negativum est, in eo aut مَا *non* cum praeterito, aut لَمْ *non* cum futuro decurtato coniunctum ponitur: لَوْ أَسْمَعَهُمْ لَتَوَلَّوْا si auditum dedisset iis, certe se avertissent, sûr. 8. v. 23. لَوْ كُنْتُ مِنْ مَازِنٍ لَمْ تَسْتَبِحْ إِبِلِي بَنُوا ٱللَّقِيطَةِ si fuissem ex Màsenitis, non rapuissent camelos meos filii Ellakîtae, Hamâs. pag. 4. Sacy gr. 1. par. 369. Ewald gr. par. 768.

Si لَوْ membro secundo praemittitur, primi quoque membri praeteritum est hypotheticum: وَقَدْ سَاءَنِي مَا جَرَّتِ ٱلْحَرْبُ بَيْنَنَا بَنِي عَمِّنَا لَوْ كَانَ أَمْرًا مُدَانِيًا iamque adflixisset me id, quod suscitavit bellum inter nos, o filii patrui nostri, si fuisset res propinqua, Hamâs. pag. 55. Sacy gr. 1. par. 1223.

Si post لَوْ ponitur قَدْ *iam* par. 1184. cum praeterito coniunctum, vel plusquamperfectum, etiam apertius significatur tempus praeteritum: لَوْ قَدْ مَاتَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ لَقَدْ بَايَعْتُ فُلَانًا si iam decessisset princeps fidelium, certe iam sacramentum dixissem certo viro, Taber. annal. vol. 1. pag. 8. لَوْ كُنْتُ عَلِمْتُ ذَلِكَ لَضَرَبْتُكَ si novissem hoc, certe feriissem te, Sacy gr. 1. par. 372. Ewald gr. par. 768. Ibn khacan pag. 24.

1380. Interdum vero لَوْ cum praeterito compositum ad praesentia vel futura pertinet, quoniam haec iam facta esse sumuntur: لَوْ كَانَتْ كَمَا يَنْطِقُ بِهَا أَهْلُ ٱلْأَمْصَارِ مِنْ أَصْلِ ٱلْحَنَكِ لَمَا كَانَتْ قَرِيبَةَ ٱلْمَخْرَجِ مِنَ ٱلْكَافِ si esset illa [i. e. si littera ق esset], ut incolae urbium eam proferunt, ex imo palato, certe non esset, quod ad ortum adtinet, litterae ك propinqua, Sacy anth. pag. 173. ar. لَوْ تَرَكْتَ أَخَاكَ هَرُونَ عَلَى وِلَايَةِ ٱلْعَهْدِ ثُمَّ بَايَعْتَ لِجَعْفَرٍ كَانَ ذَلِكَ أَوْكَدَ فِي بَيْعَتِهِ si servares fratri tuo, Harûno, successionem imperii, porroque Dschaferum designares illius successorem, hoc futurum esset magis confirmans designationem Dschaferi, Sacy gr. 1. par. 374. Ewald gr. par. 767.

1381. Coniunctio لَوْ cum futuro indicativo composita ad tempus praesens vel futurum pertinet, quanquam in membro altero plerumque praeteritum ponitur: لَوْ يَكُونُ لَهُ أَعَزُّ مِنْ نَفْسِهِ شَيْءٌ فَدَاكَ بِهِ si esset ipsi aliquid, quod vita carius esset, te redemturus esset eo! Koseg. chrest. ar. pag. 53. وَلَوْ نَشَآءُ لَأَرَيْنَاكَهُمْ atque si vellemus, certe ostensuri essemus tibi illos, sûr. 47. v. 32. Sacy gr. 1. par. 373. Ewald gr. par. 767. Cum futuris ceteris لَوْ non componitur.

1382. Coniunctio لَوْ cum imperfecto par. 397. art. 2. composita ad tempus praesens pertinere videtur: لَوْ كُنَّا نَسْمَعُ أَوْ نَعْقِلُ مَا كُنَّا فِي أَصْحَابِ ٱلسَّعِيرِ si audiremus vel saperemus, non essemus ex incolis flammae, sûr. 67. v. 10. لَوْ كَانَ يُنْجِي مِنَ ٱلرَّدَى حَذَرٌ لَحَالَ مِمَّا أَصَابَكَ ٱلْحَذَرُ si defenderet ab interitu circumspectio, certe declinasset id, quod te feriit, circumspectio, Koseg. chrest. ar. pag. 129. Ewald gr. par. 767. 768. إِنْ كَانَ لَا يَنْقُصُ ٱلْمَعْنَى لَوْ بَنَيْتَهُ عَلَى ٱلْفِعْلِ quum non subvertatur sensus, si id accommodes ad verbum, Sacy anth. pag. 157. ar.

Atque etiam in membro secundo imperfectum ponitur: لَوْ كَانَ ٱلْبَنُونَ ثَلٰثَةً كَمْ كَانَتْ تَكُونُ سِهَامُهُمْ si filii essent tres, quantae essent eorum sortes? Mohammed ben mûssa algebr. pag. 72. ar.

1383. Si لَوْ coniunctionem praemittunt nomini, inter eam et nomen أَنَّ interponitur: لَوْ أَنَّ أَهْلَ ٱلْقُرَى آمَنُوا وَٱتَّقَوْا لَفَتَحْنَا عَلَيْهِمْ بَرَكَاتٍ si incolae illorum oppidorum credidissent et timuissent, certe tribuissemus iis beneficia, par. 1328. Sacy gr. 4. par. 371. Itemque لَوْ أَنَّ praemittuntur praepositioni: لَوْ أَنَّ عِنْدِي مَا تَسْتَعْجِلُونَ بِهِ لَقُضِيَ ٱلْأَمْرُ بَيْنِي وَبَيْنَكُمْ si penes me esset id, quod exposcitis, certe transacta esset haec res inter me et vos, sûr. 6. v. 58. sûr. 5. v. 40. Sacy gr. 1. par. 1224.

Denique saepe لَوْ أَنَّ cum pronomine suffixo praemittuntur verbo, ubi solum لَوْ cum verbo poni potuisset. Ita لَوْ أَنَّا كَتَبْنَا عَلَيْهِمْ *si praecepissemus iis* sûr. 4. v. 69. pro لَوْ كَتَبْنَا عَلَيْهِمْ posita sunt; par. 1328. sûr. 6. v. 111. Ewald gr. par. 771.

1384. Coniunctio وَلَوْ *et si* membro secundo praemissa valet: **etiamsi**: وَلَأَمَةٌ مُؤْمِنَةٌ خَيْرٌ مِنْ مُشْرِكَةٍ وَلَوْ أَعْجَبَتْكُمْ atque certe ancilla credens est praestantior quam pagana, etiamsi haec placeat vobis, sûr. 2. v. 219. sûr. 10. v. 43. sûr. 75. v. 16. Sacy gr. 1. par. 1199. Cui coniunctioni interdum pronomen suffixum subnectitur, suppresso verbo كَانَ *esset:* إِيَّاكُمْ وَٱلْمُثْلَةَ وَلَوْهُ بِٱلْكَلْبِ ٱلْعَقُورِ cavete supplicium, etiamsi [esset] hoc in canem mordacem! Henzi fragm. pag. 98. Confer par. 1388.

Coniunctiones وَلَوْ — أَوْ valent: *sive — sive;* par. 1284.

1385. Ubi membrum primum ab لَوْ vel لَوْ أَنَّ introductum ponitur solum, membro altero suppresso, لَوْ valet: **utinam!** وَلَوْ تَرَى إِذْ وُقِفُوا عَلَى رَبِّهِمْ atque si spectares eos quando adducuntur ad dominum, [utile esset!] i. e. utinam spectares eos cet. sûr. 6. v. 36. sûr. 8. v. 52. Sacy gr. 1. par. 376. not. لَوْ كَلَّمْتَ هٰؤُلَاءِ ٱلْقَوْمَ si adloquereris hos homines, [utile esset!] i. e. utinam adloquereris hos homines! Agân. ed. Kos tom. 1. pag. 20. ar. Sacy gr. 2. par. 838.

Propterea Ewaldus particulam لَوْ primitus optationem *utinam!* significasse censet, gr. par. 771. 772; confer quae de لَيْتَ par. 1192. exposuimus. Gesenius hebraicum לוּ primitus conditionem hypotheticam significasse, deinde ad optationem esse traductum existimat.

4. *Coniunctio* لَوْلَا *nisi, si non.*

1386. Coniunctio لَوْلَا *nisi*, quae item conditionem hypotheticam introducit, quum verbo, tum nomini, praeponitur. Praeteritum, quod subiungitur, rem praeteritam respicere solet, futurum vero praesentia: وَلَوْلَا كَلِمَةٌ سَبَقَتْ مِنْ رَبِّكَ لَقُضِيَ بَيْنَهُمْ فِيمَا فِيهِ يَخْتَلِفُونَ et nisi verbum praevenisset ab domino tuo [missum], certe diiudicatum esset inter eos id, de quo rixabantur, sûr. 10. v. 20. لَوْ لَا يَنْهَاهُمُ ٱلرَّبَّانِيُّونَ وَٱلْأَحْبَارُ عَنْ قَوْلِهِمُ ٱلْإِثْمَ وَأَكْلِهِمُ ٱلسُّحْتَ لَبِئْسَ مَا كَانُوا يَصْنَعُونَ nisi interdicerent iis magistri et praeceptores, ne loquantur foeda, neve comedant immunda, certe turpe esset id, quod facturi essent, sûr. 5. v. 68. Sacy gr. 2. par. 741. Ewald gr. par. 771.

1387. Saepe inter لَوْلَا et verbum interponitur أَنْ *ut*, inter لَوْلَا et nomen vero أَنَّ *ut*, par. 1328. 1383. لَوْلَا أَنْ تَدَارَكَهُ نِعْمَةٌ مِنْ رَبِّهِ لَنُبِذَ بِٱلْعَرَآءِ nisi [factum esset] ut eum adtingeret benignitas domini, certe proiectus esset ad latus, sûr. 68. v. 49. وَلَوْلَا أَنْ يَكُونَ ٱلنَّاسُ أُمَّةً وَاحِدَةً لَجَعَلْنَا لِمَنْ يَكْفُرُ بِٱلرَّحْمَانِ لِبُيُوتِهِمْ سُقُفًا مِنْ فِضَّةٍ nisi [foret] ut fierent homines gens una, certe tribuissemus iis, qui contemnunt misericordem Deum, aedium tectum ex argento, sûr. 43. v. 32. كَادَ أَنْ يَرْتَدَّ لَوْلَا أَنَّ ٱللَّهَ تَعَالَى تَنَقَّذَهُمْ prope erat, ut apostata fieret, nisi [factum esset] ut Deus, qui celebretur, exemisset eos, Taber. ann. vol. 1. pag. 14. Koseg. chrest. ar. pag. 55. Ewald gr. par. 771.

1388. Saepe لَوْلَا cum solo nomine coniunctum ponitur, suppresso verbo كَانَ *esset, fuisset:* وَلَوْلَا فَضْلُ ٱللَّهِ عَلَيْكَ وَرَحْمَةٌ لَهَمَّتْ طَائِفَةٌ مِنْهُمْ أَنْ يُضِلُّوكَ et nisi [fuisset] benignitas Dei erga te ac misericordia, certe studuisset pars quaedam eorum, ut in errorem inducerent te, sûr. 4. v. 113. لَوْلَا عَلِيٌّ لَهَلَكَ عُمَرُ nisi [fuisset] Ali, certe periisset Omar,

Sacy anth. pag. 111. ar. Sacy gr. 1. par. 370. tom. 2. par. 738. Ewald gr. par. 771.

Ita لَوْلَا etiam cum solo pronomine personali, quum separato, tum suffixo, coniunctum ponitur: لَوْلَا أَنْتُمْ لَكُنَّا مُؤْمِنِينَ nisi [fuissetis] vos, certe fuissemus credentes, Sacy anth. pag. 78. ar. لَوْلَاكَ مَا خُلِقَتِ ٱلدُّنْيَا nisi [fuisses] tu, non conditus esset mundus, Sacy gr. 1. par. 1256. Eodem modo usurpantur لَوْلَا أَنَا et لَوْلَاىَ *nisi ego* [fuissem], Sacy gr. 2. par. 739. 740. Ewald gr. par. 768. 771.

1389. In Korâno interdum لَوْلَا cum membro primo ponitur, suppresso membro altero, quo significari debebat: *res male cessisset:* لَوْلَا فَضْلُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِمْ وَرَحْمَتُهُ وَإِنَّ ٱللّٰهَ تَوَّابٌ حَكِيمٌ nisi [fuisset] benignitas Dei erga eos, eiusque misericordia, [res male cessisset]; nam Deus est mitis, sapiens; Sacy gr. 2. pag. 738. 839.

1390. Porro لَوْلَا et فَلَوْلَا cum solo membro primo posita in Korâno saepe valent: q u i d n i? tum enim *si*, particula conditionalis, quasi in interrogantem: *num*, abit, par. 1254. فَلَوْلَا إِنْ كُنْتُمْ غَيْرَ مَدِينِينَ تَرْجِعُونَهَا igitur quidni, si estis non iudicati, reducitis eam? sûr. 56. v. 85. sûr. 2. v. 112. Ewald gr. par. 772. Itemque لَوْمَا *si non* in Korâno ita positum valet: *quidni?* par. 1254. sûr. 15. v. 7.

1391. Coniunctio لَوْ لَمْ cum futuro decurtato composita valet: *nisi*, Koseg. chrest. ar. pag. 162.

Atque لَمَّا quoque in nonnullis Korâni locis dicitur valere: *nisi;* sed pro لَمَّا *nisi* ab interpretibus aliis in illis locis substituitur لَمَا *certe*, par. 1198. art. 2. litt. d. Sacy anth. pag. 168. 202. 275.

Classis septima. Coniunctiones adversativae.

1392. Sententiae antecedenti coniunctiones adversativae, ex quibus *sed* et *verum* sunt, sententiam subiungunt adversam sive contrariam.

1. *Coniunctiones* لَكِنَّمَا لَكِنَّ لَكِنْ *sed.*

1393. Coniunctiones لَكِنْ et لَكِنَّ *sed* esse videntur vocabulum hebraicum לָכֵן *propter hoc*, quod et ipsum saepe in coniunctionem adversativam:

nihilominus, *sed*, abit, Gesen. lex. man. hebr. 1833. pag. 489. Hupfeld in ephemer. orient. Gotting. tom. 2. pag. 442. quemadmodum etiam לָזֹאת *propter hoc*, et chaldaice לָהֵן *propter hoc* composita sunt. Apud Arabes antiquiores cum Elifa prolongationis لاكنّ vel لكنّ scribebatur par. 93. unde fit, ut poetae interdum formam decurtatam لاكِ *sed* usurpent, par. 1394.

1394. Coniunctio لَكِنْ et وَلَكِنْ *sed*, *vero*, *veruntamen*, et verbis et nominibus, particulisque praemittitur, sententiaeque antecedenti, quum negativae, tum affirmativae, subiungit sententiam adversam: وَمَا ظَلَمُونَا وَلَكِنْ كَانُوا أَنْفُسَهُمْ يَظْلِمُونَ neque laeserunt nos, sed laedebant semet ipsos, sûr. 2. v. 54. وَمَا ظَلَمَهُمُ ٱللَّهُ وَلَكِنْ أَنْفُسَهُمْ يَظْلِمُونَ neque laesit eos Deus, sed semet ipsos illi laedebant, sûr. 3. v. 113. sûr. 2. v. 225. 235. لَيْسَ لِتُسْتَعْمَلَ نَغَمُ هَذِهِ ٱلزِّيَادَاتِ لَكِنْ لِيُوصَلَ بِهَا إِلَى تَرْتِيبِ ٱلدَّسَاتِينِ non quidem ut usurpentur soni horum complementorum, sed ut obtineatur per ea dispositio ligamentorum, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 94. وَكَذَا يَقُولُ ٱبْنُ سُرَيْجٍ وَأَقُولُ وَلَكِنْ إِنْ رَأَى أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ atque ita dicit Ebn soreidsch, dicoque ego; si vero censet princeps credentium, loc. cit. pag. 51. ar. جَآءَنِي زَيْدٌ لَكِنْ عَمْرٌو لَمْ يَجِئْ convenit me Seid, Amr vero non venit, مَا جَآءَنِي زَيْدٌ لَكِنْ عَمْرٌو non convenit me Seid, sed Amr, Sacy anth. pag. 107. ar. Gramm. ar. 1. par. 1225.

Apud poetas pro لَكِنْ interdum لاكِ ponitur: وَلَا أَسْتَطِيعُهُ وَلَاكِ ٱسْقِنِي neque possum illud; sed potum praebe mihi! Sacy gr. 2. par. 932.

1395. Coniunctio لَكِنَّ et وَلَكِنَّ *sed*, *vero*, quae nominibus, pronominibusque, praemittitur, perinde ut إِنَّ par. 1300. in accusativum redigit subiectum sententiae: إِنَّ ٱللَّهَ لَا يَظْلِمُ ٱلنَّاسَ شَيْئًا وَلَكِنَّ ٱلنَّاسَ أَنْفُسَهُمْ يَظْلِمُونَ utique Deus non laedit homines in re ulla, sed homines semet ipsos laedunt, sûr. 10. v. 45. sûr. 14. v. 13. sûr. 40. v. 59. زَيْدٌ قَائِمٌ لَكِنَّ مُحَمَّدًا جَالِسٌ Seid stat, Mohammed vero sedet, Sacy gr. 2. par. 125. tom. 1. par. 1219. Ewald gr. par. 563. 735. Interdum وَلَكِنَّ praeposi-

tioni praemittitur: وَلَكِنْ لِلْهَوَى sed amori, quod metrum versiculi flagitat, Agân. ed. Koseg. pag. 108. ar.

Cum pronominibus suffixis لَكِنْ componitur: فَلَمْ يَلْتَفِتِ ٱلْمُعْتَضِدُ إِلَى هٰذَا كُلِّهِ لَكِنَّهُ نَظَرَ إِلَى صَاحِبِ ٱلدَّارِ neque curavit El motadid haec omnia, sed intuitus est dominum domus, Koseg. chrest. ar. pag. 4. Cum pronomine personae primae suffixo ponuntur لَكِنِّي et لَكِنَّنِي *sed ego*, لَكِنَّا et لَكِنَّنَا *sed nos*, par. 1296. art. 2. Sacy gr. 1. par. 1253. Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 51. ar.

Denique لَكِنَّمَا *sed* cum nominativo subiuncto usurpari dicitur, par. 1099. Sacy gr. 2. par. 127.

2. *Coniunctio* بَلْ *sed, immo vero, quin potius.*

1396. Coniunctio بَلْ forma decurtata adverbii بَلَى *imo* esse videtur, quod enuntiationem antecedentem negativam negat, igiturque proprie valet: *haud*, par. 1197. art. 6. Ita enuntiationem antecedentem, quum negativam, tum affirmativam, بَلْ negat, eamque corrigit, subiungens ea, quae veriora sunt, Sacy gr. 1. par. 1219. 1225. 1226. Ewald gr. par. 477.

1397. Interdum بَلْ perinde fere ut لَكِنْ valet sed: بَلَى قَادِرِينَ عَلَى أَنْ نُسَوِّيَ بَنَانَهُ بَلْ يُرِيدُ ٱلْإِنْسَانُ لِيَفْجُرَ أَمَامَهُ imo, possumus aequales reddere extremos eius digitos; sed homo vult mentiri ultra, sûr. 75. v. 5. رُكْبَانُ مَكَّةَ لَا تَأْخُذُ هٰذِهِ ٱلطَّيْرَ وَلَا تَصِيدُهَا بَلْ تَمْسَحُهَا وَلَا تَضُرُّهَا hospites Mekkani non capiunt has aves, neque eas venantur, sed mulcent eas, neque eas laedunt, Sacy chrest. tom. 2. pag. 458. وَلَا أَوَى لِٱلْتِيَاعِي بَلْ سَارَ عَلَى هِينَتِهِ neque recessit ad amorem mei, sed incessit ut ipsi erat commodum, Harîr. pag. 286.

1398. Deinde بل saepe valet: imo vero, quin potius: ضَلُّوا عَنَّا بَلْ لَمْ نَكُنْ نَدْعُو مِنْ قَبْلُ شَيْئًا abierunt illi ab nobis, vel potius non invocabamus antea ullam rem, sûr. 40. v. 74. أَمْ يَقُولُونَ بِهِ جِنَّةٌ بَلْ جَآءَهُمْ بِٱلْحَقِّ aut dicent illi: „in eo est insania“? imo vero adtulit iis verum, Sacy gr. 1. par. 1225. وَأَمَّا فَرِيدَةُ ٱلْأُخْرَى فَهِيَ ٱلَّتِي

أَرَى بَلْ لَا أَشُكُّ فِي أَنَّ ٱللَّحْنَ ٱلْمُخْتَارَ لَهَا quod ad Foraidam alteram adtinet, haec est ea, quam credo, vel potius non dubito, composuisse modum illum electum, Agân. art. Foraida.

Usurpatur etiam لَا بَلْ *minime! sed potius:* وَجْهُكَ ٱلْبَدْرُ لَا بَلِ ٱلشَّمْسُ facies tua est luna; minime! sed potius sol, Kâm. pag. 1401.

1399. Porro usurpantur بَلْ وَ quin etiam et بَلْ وَلَا quin etiam non, ne quidem: وَٱنْتَقَلَ شَأْنُهَا مِنَ ٱلْخَطِّ وَٱلْكِتَابِ بَلْ وَٱلْعِلْمِ إِلَى مِصْرَ atque migravit eius conditio, quae ad scripturam et litteraturam, quin etiam eruditionem, spectaret, in Aegyptum, Sacy chr. 2. pag. 126. ar. وَلَا يُسْنَدُ إِلَيْهَا أَدَبٌ وَلَا فِطْنَةٌ بَلْ وَلَا مَعْرِفَةٌ neque adtribuitur iis humanitas, neque prudentia, ne quidem scientia, Fâkeh. pag. 2.

1400. Interdum بَلْ perinde ut Wâwa par. 1267. genitivo indefinito ita praemittitur, ut nomen رُبَّ *multum* ante hunc genitivum supplendum esse videatur: بَلْ مَهْمَهٍ قَطَعْتُ بَعْدَ مَهْمَهٍ imo multum deserti [i. e. multa deserta] peragravi post desertum [i. e. post deserta prius peragrata] Freyt. lex. ar. tom. 1. pag. 147. Sacy gr. 1. par. 1104. Ewald gr. par. 521.

Classis octava. Coniunctiones causales.

1401. Sententiae antecedenti coniunctiones causales, ex quibus *nam*, *etenim*, *quia*, *quoniam*, sunt, sententiam aliam subiungunt, quae antecedentis causam exponit.

De coniunctionibus causalibus singulis, quae ab Arabibus usurpantur, quum simplicibus, tum compositis, supra dictum est locis variis; quare hoc loco breviter tantum eas recensemus:

1. لِأَنْ quia, par. 1307. litt. b. art. 13. Harîr. pag. 425.

2. لِأَنَّ quia, par. 1327. litt. b. art. 6.

3. بِأَنَّ propterea quod, par. 1327. litt. b. art. 5. sûr. 2. v. 276.

4. لِمَا أَنَّ propterea quod, par. 1327. litt. b. art. 6.

5. إِنَّ nam, etenim, par. 1297.

6. فَإِنَّ nam, etenim, par. 1301.

7. فَ et فَقَدْ nam, etenim, par. 1275. لَوْ وَجَدْتُ سَبِيلًا إِلَى نَصْرِ هٰؤُلَاءِ لَفَعَلْتُ فَقَدْ ظُلِمُوا si invenirem aptum modum adiuvandi hos homines, eo usurus essem; nam iniuria adfecti sunt, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 20. ar.

8. إِذْ quia, quandoquidem, par. 1179. art. c.

9. بِمَا propterea quod, par. 1129. art. 5. par. 1198. art. 2. litt. c. Sacy anth. pag. 111. ar. ذٰلِكُمْ بِمَا كُنْتُمْ تَفْرَحُونَ hoc [fit] propterea quod laetabamini, sûr. 40. v. 75.

10. حَيْثُ quia, par. 1176. art. 2.

11. لَمَّا quum, quia, par. 1180. لَمَّا لَمْ يَعْمَلْ quum non texerit, par. 1307. art. a.

12. مِنْ أَجْلِ أَنْ et مِنْ أَجْلِ أَنَّ propter causam eius quod, propterea quod, par. 1143. art. 5. Quae coniunctio ab poetis raro in أَجِنْ contrahitur: أَجِنْكَ عِنْدِى أَحْسَنُ ٱلنَّاسِ كُلِّهِمْ propterea quod tu mihi es pulcherrimus hominum omnium, Sacy gr. 2. par. 933.

Atque simili modo pro مِنْ أَجْلِ *propter causam* par. 1143. art. 5. in sermone vulgari مِنْجِل ponitur, Sacy anth. pag. 145.

Classis nona. Coniunctiones conclusivae.

1402. Sententiae antecedenti coniunctiones conclusivae, ex quibus *propterea* et *ideo* sunt, conclusionem subiungunt, quae ex sententia illa efficitur.

Conclusivas Arabes usurpant has:

1. لِذٰلِكَ propter hoc, propterea, par. 1130. art. 6.

2. لِأَجْلِ ذٰلِكَ propter causam huius rei i. c. propterea, et مِنْ أَجْلِ ذٰلِكَ ex causa huius rei i. e. propterea, par. 1143. art. 5. sûr. 5. v. 35.

3. مِنْ ثَمَّ ex istic, istinc, hinc, i. e. propterea, par. 1176. art. 4. وَمِنْ ثَمَّ قِيلَ لِلْعَرَبِ ٱلْأَسْوَدُ وَلِلْعَجَمِ ٱلْأَحْمَرُ atque propterea dicuntur Arabes nigri, Persae rufi, Nawâbig pag. 24. not.

Classis decima. Coniunctiones comparativae.

1403. Sententiae antecedenti coniunctiones comparativae, ex quibus *quemadmodum* et *velut si* sunt, aliam subiungunt, quae cum illa comparatur. Porro sunt coniunctiones comparativae aliae, ut *tanquam*, *ceu*, *instar*, *quasi*, quae nomini singulo aliud subiungunt, cum illo comparandum.

1404. Coniunctio كَأَنَّ prout, velut si, praemittitur nominibus in accusativo positis, pronominibusque suffixis par. 1326. 1327. litt. b. art. 7. كَأَنَّ عيونه ترنو الينا velut si oculi eius spectarent nos, Koseg. chrest. ar. pag. 173. 169. Sacy gr. 1. par. 1219. tom. 2. par. 125.

Si coniunctioni كَأَنَّ pronomina suffiguntur, subiungi possunt et nomina et verba: وَإِذَا قَدْ خَرَجَ مِنْ ذَلِكَ ٱلْخِبَاء إِنْسَانٌ تَامُّ ٱلطُّولِ كَأَنَّهُ طَوْدٌ atque ecce, iam prodiit ex hoc tentorio homo quidam, statura procera, velut si ille [esset] mons, Koseg. chrest. ar. pag. 68. كَأَنَّهُ يَعْشَقُ شَمْسَ ٱلضُّحَى velut si ille amaret solem antemeridianum, Koseg. chrest. ar. pag. 168 Ita ponuntur كَأَنِّي et كَأَنَّنِي velut si ego, كَأَنَّكَ velut si tu, pronominaque suffixa cetera, Sacy gr. 1. par. 1253.

1405. Coniunctio كَأَنَّمَا velut si est كَأَنَّ cum مَا *impedienti* coniunctum par. 1099. art. 3. par. 1329. Cui nomen in nominativo positum vel verbum subiungitur: كَأَنَّمَا شُعَلُ ٱلْكِبْرِيتِ مَنْظَرُهُ velut si flammae sulphuris essent facies eius, Koseg. chrest. pag. 170. 172. 174. وَمَنْ أَحْيَاهَا فَكَأَنَّمَا أَحْيَى ٱلنَّاسَ جَمِيعًا atque si quis vivificat eam, sane [hoc est] velut si vivificaret homines omnes, sûr. 5. v. 35. Hamâs. pag. 478.

1406. Coniunctio كَأَنْ prout, velut si, praemittitur particulis, quibus subiungitur verbum, par. 1307. litt. b. art. 14. فَلَمَّا كَشَفْنَا عَنْهُ ضُرَّهُ مَرَّ كَأَنْ لَمْ يَدْعُنَا quum vero depulissemus ab eo calamitatem, abiit velut si non invocasset nos, sûr. 10. v. 13. 46. sûr. 4. v. 75.

وَظَهْرُهَا كَأَنْ قَدْ كُسِرَ atque dorsum eius [erat] velut si iam fractum esset, Harîr. pag. 487.

Verba وَكَأَنْ قَدْ *atque velut si iam* per breviloquentiam ponuntur pro: atque [fuit hoc] velut si iam [peracta esset res], وَأُكْفِلْتُ ٱلنَّقْدَ وَكَأَنْ قَدْ atque factus sum sponsor pecuniae, atque [fuit hoc] velut si iam [peracta esset res] Harîr. 311. Sacy gr. 2. par. 854.

1407. Coniunctio كَمَا *sicut id quod* i. e. quemadmodum par. 1133. sibi subiungit verba et praepositiones: يَعْرِفُونَهُ كَمَا يَعْرِفُونَ أَبْنَآءَهُمْ noverunt eum quemadmodum noverunt filios suos sûr. 6. v. 20. Sacy gr. 1. par. 1047. Cui coniunctioni etiam pronomen personale subiungitur, quod verbi *esse* vicem explet: وَٱلْبِلَادُ كَمَا هِيَ sed terra [est], quemadmodum est i. e. terra non mutata est, Hamâs. pag. 505.

Ab coniunctione كَمَا *quemadmodum* distinguenda est praepositio كَمَا *ut* genitivo praemissa, quae مَا encliticum continet, par. 1131. Sacy gr. 1. par. 1048. Sed Fîrûsâbâdensis particulae كَمَا *ut* etiam nominativum subiungi fert: كَمَا سَيْفُ عَمْرٍو وَلَمْ تَخُنْهُ مَضَارِبُهُ ut gladius Amri, neque eum fefellit acies, Kâm. pag. 1973.

Deinde usurpatur coniunctio كَمَا أَنْ *quemadmodum*, quae sibi subiungit verbum, itemque coniunctio كَمَا أَنَّ *quemadmodum*, quae sibi subiungit nomen in accusativo positum, par. 1307. litt. b. art. 14. par. 1327. litt. b. art. 6. 7.

1408. Porro verbum sive enuntiationem sibi subiungunt coniunctiones نَحْوَ مَا *quemadmodum* par. 1159. حَسْبَمَا *secundum id quod* par. 1161. مِثْلَمَا *quemadmodum* par. 1160. مِثْلَ مَا قَدْ كَانَ يَفْعَلُ quemadmodum iam faciebat, Harîr. pag. 211.

Nomen singulum sibi subiungunt كَ *ut*, مِثْلَ et كَمِثْلِ *sicut*, نَحْوَ et كَنَحْوِ *sicut*, حَسْبَ et بِحَسْبِ pro ratione, par. 1131. 1159—1161.

1409. Coniunctio أَيْ *id est, videlicet*, est explicativa: وَلَا آتَلِي أَيْ لَا أُقَصِّرُ et quod adtinet ad [verba] *lâ âtali*, significant: non deero, Hamâs. pag. 119.

Interdum أَيْ pro إِي *nae* ponitur, par. 1197. art. 1. Porro أَيْ *o!* est interiectio, par. 1415.

1410. Coniunctiones *concessivae* sunt بِمَا *quamvis* par. 1129. art. 5. وَإِنْ *etsi* par. 1360. وَلَوْ *etiamsi* par. 1384.

Caput quintum.

De interiectionibus.

1411. Interiectio, quae ab Arabibus صَوْتٌ *vox* adpellatur, est exclamatio, adfectum animi significans, quae aut per se sententiam implet, aut sententiae alii praemittitur vel inseritur. Interiectiones arabicae sunt partim *primitivae*, partim *accitae* sive ex nominibus verbisque sumtae.

A. *Interiectiones primitivae.*

1412. Interiectiones primitivae sunt maximam partem vocabula breviora, quibus cognatio cum pronominibus demonstrativis, particulisque aliis, intercedit propinqua, par. 1127. qua de cognatione Hupfeldus in ephemeridibus orientalibus Gottingensibus tom. 2. pag. 124—163. et 427—482. exposuit. Interdum interiectiones primitivae ita extenduntur, ut terminationes casuum nominum, praesertim accusativi, sibi suffigant. Ita وَيْ *hui!* extenditur in وَيْهِ *heus!* et وَيْهًا *heus!*

1413. Interiectio compellandi est أَ *o!* أَمَاوِيَّ إِنَّ ٱلْمَالَ غَادٍ وَرَائِحٌ o Mawijja! utique divitiae veniunt et abeunt! Agân. art. Hatim ettâi: أَزَهْرَ ٱللَّوْزِ أَنْتَ لِكُلِّ زَهْرٍ مِنَ ٱلْأَزْهَارِ تَأْتِينَا إِمَامُ o, flos amygdali! tu omnium florum ad nos accedis primus! Koseg. chrest. ar. pag. 172. par. 916. 922. Cui interiectioni cognatum est adverbium interrogativum أَ *num?* par. 1245.

Porro cum sonu magis producto آ *o!* ponitur: آزَيْدُ o Seid! Kâm. pag. 1844. Sacy gr. 1. par. 1115. Quod ad compellandum eum, qui longius abest, usurpari dicitur Kâm. pag. 1967.

1414. Interiectio lamentandi est أَوْهِ *ah!* pro qua etiam آهٍ أَوَّهْ هَاهٍ آهًا آهٍ ponuntur, Kâm. pag. 1818. itemque أَحِّ *ah!* Hamâs. pag. 222.

أَخٍ *ah!* Kâm. pag. 316. آهًا لَهَا حَسْرَةً aha! hoc suspirium! Harîr. pag. 300. آهًا لَهُ بَيْتَ ٱلْبِلَى aha! illam domum contritionis! Harîr. pag. 598. Sacy gr. 2. par. 637.

Porro أَوْهُ *au!* est interiectio lamentandi; pro qua etiam أَوْهِ أَوْهْ أَوِّيَاهُ أَوَّتَاهُ آوِ آوِ أُووه أُوه أُوِّ أُوِهِ usurpantur, Kâm. 1818.

Cognatum esse videtur أَوَّةٌ calamitas, unde ductum est أَوَّةً لَكَ male sit tibi! Kâm. 1844.

1415. Interiectio compellandi est أَيْ *o!* Kâm. pag. 1845. أَيْ فَدَيْتُكَ o, redimem te! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 44. ar.

Sed أَيْهَا valet *apage!* pro qua etiam أَيْهَانِ أَيْهَانَ أَيْهَانُ أَيْهَا آيِهَاتَ هَايِهَاتَ هَيْهَاهْ هَيْهَاتِ هَيْهَاتُ هَيْهَاتَ آيِهَاتَ آيْهَانَ أَيْآتَ أَيْهَاتَ آيَهَانَ aliaque, quae his similia sunt, ponuntur, Kâm. 1818. 1838. Quorum usitatissimum هَيْهَاتَ est, quod valet:

a. *absit!* هَيْهَاتَ أَنْ أَسِيرَ absit ut proficiscar! i. e. nolo proficisci, Harîr. 364.

b. *procul est!* هَيْهَاتَ مِنْ أَمَةِ ٱلْوَهَّابِ مَنْزِلُنَا اذَا حَلَلْنَا بِسِيفِ ٱلْبَحْرِ مِنْ عَدَنِ procul fuit ab Amat el wahhâb mansio nostra, quum consedimus in littore maris apud Aden, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 77. rect. Hamâs. 790.

Porro أَيْهَكَ usurpatur pro وَيْهَكَ *vae tibi!* par. 1426. Kâm. pag. 1819.

1416. Interiectio adfirmandi est إِيْ *nae!* par. 1197. Cognata sunt إِيهِ et إِيهٍ et هِيهِ *perge!* إِيهِ يَا رَجُلُ perge, o vir! Kâm. 1818. 1838. Harîr. pag. 80. هِيهِ هِيهِ *vade! abi!* Kâm. 1838. إِيهًا *apage!* Kâm. 1818.

Atque إِيهًا valet *tace! apage!* Harîr. 282. 291.

1417. Interiectio exclamandi est هَا *ha!* هَا مَنْ أَحَسَّ بِبُنَيَّيَّ ha! quisnam vidit filiolos meos ambo? Abulf. ann. tom. 1. pag. 332. Ponuntur etiam هَهْ et هَاهْ *ha!* Kâm. pag. 1838. هَاهْ لَقَدْ أَجَادَ وَأَحْسَنَ ha! iam ille recte dixit, beneque! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 111. ar.

Deinde interiectio demonstrandi est هَا *en!* لَبَّيْكَ هَا أَنَا بَيْنَ يَدَيْكَ praesto tibi sum! en, ego adsum coram te! Koseg. chrest. pag. 77. Quae interiectio, quam Hupfeldus in ephem. orient. Gotting. tom. 2. pag. 147. particulam demonstrativam primitivam adpellat, ab Arabibus praefigitur pronominibus nonnullis, particulisque aliis, par. 1042. ex quibus sunt هَذَا hic, هَؤُلَاءِ hi, par. 1061. هَذَاكَ ille, هَذِيكَ illa, Kâm. pag. 1975. هَا هُوَ ذَا en ille ipse! هَا أَنَا ذَا en ego ipse! هَا أَنَا ذِهْ en ego ipsa! par. 1056. هَكَذَا en ita! par. 1190. هَهُنَا en hic! par. 1176. Pro هَا أَنْتُمْ et هَا أَنَا etiam هَأَنْتُمْ et هَأَنَا scribuntur, Sacy gr. 1. par. 1173.

1418. Porro هَا valet: *cape!* هَا زَيْدًا cape Seidum! Harîr. pag. 405. Cui interiectioni pronomina suffigi possunt, ut هَاكَ *cape tibi!* فَهَاكَ مَا يَشْفِي ٱلنَّفْسَ itaque cape tibi id quod sanat animum! Harîr. pag. 364. وَهَاكَ كَأْسَ ٱلنُّصْحِ atque cape tibi scyphum admonitionis! Harîr. 467.

Cum Medda هَآ *cape!* et هَآكَ *cape tibi!* ponuntur. Cui formae productae si pronomina suffiguntur, pro Kâfa pronominum substitui potest Hamsa ita, ut ponantur: هَآءَ cape, masc. هَآءِ cape, fem. هَآؤُمَا capite, dual. هَآؤُمْ capite, plur. masc. هَآؤُنَّ capite, plur. fem. Sacy gr. 1. par. 1255. هَآؤُمُ ٱقْرَءُوا كِتَابِيَهْ capite, legite librum meum! Kâm. pag. 1976.

Quas huius interiectionis formas distingui oportet:

a. ab imperativo verbi هَاتَى *dedit* decurtato, qui sic flectitur: هَآهِ da! هَآتِي da! fem. هَآتِيَا date! dual. هَآتُوا date! هَآتِينَ date! fem.

b. ab imperativo verbi هَآءَ *dedit*, qui sic flectitur: هَأْ da! هَآئِي da! fem. هَآءَا date! dual. هَآءُوا date! plur. هَأْنَ date! fem. Sacy gr. 1. par. 1255.

Interiectio هَاتِيكَ *en! cape!* fortasse continet pronomen تِيكَ *haec*, par. 1058. 1441. Harîr. 405.

Denique هَا *ha!* interiectio iurandi est, cui genitivus subiungitur: هَا ٱللّٰهِ ha, Deum! i. e. per Deum! Kâm. pag. 1976. Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 123. ar. Vide par. 1134. et par. 1268.

1419. Interiectio compellandi vel vocandi est يَا *o!* par. 916—929. quam Arabes لِلنِّدَآءِ *ad vocandum* poni ferunt, si nomini vocative posito praemittitur, Kâm. pag. 1976. Quod nomen si est appellativum, articuloque munitum, inter يَا et nomen illud interponitur أَيُّهَا vel أَيَّتُهَا pronomen vocans masculinum et femininum, par. 919. 1108. 1109. Nomini plurali item أَيُّهَا praemittitur: يَا أَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا o vos, qui crediderunt i. e. qui credidistis! sûr. 2. v. 98. vide par. 921. 1055. Pro يَا أَيُّهَا interdum per contractionem يَأَيُّهَا scribitur, Sacy gr. 1. par. 1174. Ab poetis interdum solum يَا praemittitur nominibus articulo instructis: فَيَا ٱلْغُلَامَانِ ٱللَّذَانِ فَرَّا sed o iuvenes ambo, qui fugerunt i. e. qui fugistis! Alfiyya pag. 144. يَا هَنُ o tu! يَا هَنِي o tu mi! Freyt. lex. 4. pag. 414.

Pronomen vocans أَيُّهَا fortasse conflatum est ex particula quadam demonstrativa أَيْ *o!* vel اِي *nae!* et item demonstrativa هَا *ha!* par. 1416. fere ut aramaea אִידֵהּ *ipse* et אִידָא *ipsa;* atque ab اِي etiam إِيَّا par. 1028. ductum esse censet Hupfeldus, Ephemer. orient. Gotting. tom. 2. pag. 150. Ewald gr. par. 349. Pro أَيُّهَا interdum أَيُّهَذَا usurpatur, par. 916. Sacy gr. 2. par. 846.

1420. Porro interiectio exclamandi est يَا *o!* quam Arabes لِلتَّنْبِيهِ *ad expergefaciendum* poni ferunt, si particulis vel verbis praemittitur; tum enim persona compellata non significatur nomine illi interiectioni subiuncto Kâm. 1976. أَلَا يَا ٱسْجُدُوا agitedum, o adorate! أَلَا يَا ٱسْقِيَانِي قَبْلَ غَارَةِ سِنْجَالِ agitedum, o propinate mihi ante expeditionem Sindschâlicam! يَا لَيْتَ كُنْتُ مَعَهُمْ o utinam apud eos adfuissem, par. 1192. يَا رُبَّ كَاسِيَةٍ فِي ٱلدُّنْيَا عَارِيَةٌ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ o! multae sunt vestitae in hoc mundo, nudae vero die resurrectionis, par. 1118. يَا لَهَا مِنْ كَفٍّ o! illam manum! par. 934. 935. 1143. art. 4. Kos. chrest. pag. 36. يَا هَيْءِ o heus! Kâm. pag. 42. يَا تُرَى o! num videbis! i. e. utinam scirem! par. 1192. Koseg. chrest. pag. 2. Fleischer de glossis Habicht. pag. 76.

Atque ita huic interiectioni ad exclamandum positae subiungi potest enuntiatio nominalis integra: يَا لَعْنَةُ ٱللّٰهِ وَٱلْأَقْوَامِ كُلِّهِمْ وَٱلصَّالِحِينَ

عَلَى سَمْعَانَ مِنْ جَارِ o! execratio Dei, gentiumque omnium, proborumque, [cadat] in Samânum, hospitem, [vel: ab hospite] Kâm. pag. 1977.

Ad vocandum ponuntur يَاهْ يَاهْ et يَاهِ يَاهِ et يَاهِ يَاهِ *heus, heus!* Porro يَاهَيَاهْ *heus!* et cum terminationibus dualis يَاهَيَاهَانِ et يَاهَيَاهَتَانِ heus, vos ambo! et cum terminationibus pluralis يَاهَيَاهُونَ et يَاهَيَاهَاتُ heus, vos! Kâm. pag. 1838.

1421. Interiectio compellandi est أَيَا *o!* ex أَ *o!* et يَا *o!* composita, qua ii, qui procul sunt, vocari dicuntur, Kâm. pag. 1969. أَيَا رَبُّ لَا آلُو ٱلْمَوَدَّةَ دَاهِرًا o domine! non abiiciam amorem unquam, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 106. ar. Pro أَيَا interdum هَيَا usurpatur, Kâm. 1976.

1422. Interiectiones excitandi sunt هَيّ et هَيَّا *heus!* هَيَّ بَنِي كِلَابِ ٱرْجِعُوا إِلَى وَرَآئِكُمْ heus, Kilâbitae, revertimini retro! Kos. chr. pag. 88. يَا هَيَّ مَا لِي o heus, quod mihi! formula admirandi, Kâm. pag. 1966. pro qua etiam يَا هَيْءَ مَا لِي ponitur, Kâm. 42. قُلْنَا لِلْغُلَامِ هَيَّا هَيَّا diximus illi iuveni: heus, heus! Harîr. pag. 44.

1423. Interiectiones excitandi sunt حَيّ et حَيَّا *heus!* حَيَّ عَلَى ٱلصَّلَاةِ heus, ad precationem! Kâm. 1869. حَيَّا بِكُمَّثْرَايَةٍ لَوْنُهَا لَوْنُ مُحِبٍّ زَائِدِ ٱلصُّفْرَةِ heus, cum piro! [i. e. sume pirum!] cuius color est color viri amantis, valde flaventis, Kos. chr. pag. 175.

Interiectioni حَيَّ suffiguntur formae variae interiectionis هَلَا *agedum!* ita ut ponantur حَيَّ هَلَا et حَيَّ هَلَّا et حَيَّ هَلَ et حَيَّ هَلْ et حَيَّهَلَ *heus, agedum!* vel: *adesdum!* Cum pronomine suffixo ponitur حَيَّ هَلَكَ *adesdum!* Sacy gr. 1. par. 1190. tom. 2. par. 695. Porro ponuntur: حَيَّ هَلَا عَلَى كَذَا heus, accede ad hoc! حَيَّ هَلَا إِلَى كَذَا heus, accede ad hoc! حَيَّ هَلْ بِزَيْدٍ adesdum cum Seido! adduc Seidum! Kâm. 1869. حَيَّ هَلَا ٱلصَّلَاةَ heus, ad precationem! Kâm. pag. 1568.

1424. Interiectiones excitandi sunt هَيْتَ هَيْتُ هَيْتِ هِيتَ هِيتُ هِيتِ *heus! agedum!* Ponitur etiam هَيْتَ لَكَ agedum, o tu! Kâm. 197.

1425. Porro interiectiones excitandi sunt:

a. أَلَا *agedum!* cui imperativus subiungitur: أَلَا أَعْجَبْ وَحَدِّثْ عَنْ قَسَاوَةِ قَلْبِهِ agedum, mirare, et narra de duritia eius cordis! Koseg. chr. pag. 67. Vide supra par. 1248. 1420. Interdum أَلَا reddi potest o! أَلَا لِلّٰهِ قَوْمٌ وَلَدَتْ أُخْتُ بَنِى سَهْمٍ o, Deo sit gens, quam peperit soror Sahmitarum! Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 51. ar. Vide supra par. 1313.

b. أَلَّا *agedum!* cui futurum subiungitur. Quae interiectio si valet *quidni?* sibi subiungit praeteritum, par. 1253.

c. هَلَا *agedum!* qua inclamant in equos, Kâm. 1976. Pro ea etiam هَال usurpatur, Kâm. pag. 1568.

d. هَلَّا *agedum!* cui futurum subiungitur. Quae interiectio si valet *quidni?* sibi subiungit praeteritum, par. 1253.

Quas interiectiones Arabes ex أَ *an* et لَا *non*, vel ex هَلْ *num* et لَا *non*, conflatas esse ferunt, par. 1253. Kâm. 1976. Hupfeldus vero eas existimat ductas esse ab particula quadam demonstrativa primitiva أَلْ et هَلْ *illic*, ab qua etiam articulus أَلْ *ille* et adverbium interrogativum هَلْ *num?* orta sint, Ephemer. Gotting. orient. tom. 2. pag. 140. 158. quod veri simillimum mihi videtur.

1426. Interiectio advocandi est هَلُمَّ *huc!* i. e. 1. *huc accede! agedum!* 2. *huc adfer!* pro qua rarius أَلُمَّ ponitur, Kâm. pag. 1695.

Arabes quidem eam ex هَا *ha!* et لُمَّ *collige!* conflatam esse ferunt Kâm. 1712. Harîr. 44. vel ex هَلْ et أُمَّ Hamâs. pag. 563. Sed rectius fortasse ab interiectione هَلَا ducta esse dicitur, Ewald gr. par. 494. Hupfeld in ephem. orient. Gotting. tom. 2. pag. 132. 160. Apud Hebraeos הֲלֹם valet *huc*, atque apud Arabes ab أَللّٰهُ *deus* et وَيْلٌ *calamitas* ducuntur أَللّٰهُمَّ *o deus!* et وَيْلُمَّ *o calamitas!* par. 1429.

Ponuntur igitur:

1. هَلُمَّ خَلِيلِى accede, mi amice! Hamâs. pag. 563. هَلُمَّ إِلَى أَلْقِرَى accede ad hospitium! فَلَمَّا أَضَاءَتْ شَخْصَهُ قُلْتُ مَرْحَبًا هَلُمَّ quum vero illa [i. e. flamma] illuminasset eius figuram, dixi: „commode! accede!“

Hamâs. 720. هَلُمَّ لَكَ accede, o tu! Kâm. pag. 1712. Atque in Korâno: يَقُولُونَ لِإِخْوَانِهِمْ هَلُمَّ إِلَيْنَا dicunt fratribus suis: „accedite ad nos!“ Hamâs. pag. 563.

2. هَلُمَّ ٱلشَّيْءَ huc adfer illam rem! هَلُمَّ شُهَدَآءَكُمْ huc adducite testes vestros! Harîr. pag. 44. هَلُمَّ بِٱلشَّيْءِ huc adfer illam rem! وَهَلُمَّ جَرًّا et adfer continuationem! i. e. continuando usque ad hunc diem, ظَعَنَ عَنْهَا سِرًّا وَهَلُمَّ جَرًّا abiit ab ea olam, et continuando [i. e. neque rediit ad eam] Harir. pag. 48. 49.

Interiectioni هَلُمَّ suffiguntur terminationes personarum imperativi, quas interiectioni هَا suffigi diximus par. 1418. Ponuntur igitur: هَلُمَّ accede, masc. هَلُمِّي accede, fem. هَلُمَّا accedite, dual. هَلُمُّوا accedite, plur. masc. هَلْمُمْنَ accedite, plur. fem. فَقَالَ ٱلْحَرِثُ كُلُّنَا شَاعِرٌ فَهَلُمُّوا نَصِفِ ٱلْبَرْقَ tum dixit El hâreth: „quisque nostrum est poeta; itaque agitedum, describamus illud fulgur!“ Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 106. ar.

Porro interiectioni هَلُمَّ suffiguntur terminationes imperativi nervosi, ita ut ponantur: هَلُمَّنَّ accede, masc. هَلُمِّنَّ accede, fem. هَلُمَّانِّ accedite, dual. هَلُمُّنَّ accedite, plur. masc. هَلْمُمْنَانِّ accedite! plur. fem. Kâm. 1712.

Si quis dixit: هَلُمَّ لَكَ adesdum! responderi potest: إِلَامَ أَهَلُمُّ ad quid adero? par. 1083. Si quis dixit: هَلُمَّ كَذَا وَكَذَا adfer hanc vel illam rem! responderi potest: لَا أَهَلُمُّهُ vel لَا أَهْلُمُّهُ non adferam eam! Kâm. 1712.

1427. Interiectio plorandi est وَا *vae! eheu!* quae quomodo vocativo ploranti praemittatur, par. 930—933. exposuimus. Ita posita sunt: وَا سَوْءَتَاهُ مِنْ رَفِيقٍ صَالِحٍ eheu, turpitudo! ab socio sincero! Kalîla ed. Sacy pag. 54. Interdum وَا ad compellandum ponitur: لَا بَأْسَ وَا لَكَ nihil mali [adest] o tu! Fâkihet pag. 17. Kâm. pag. 1974.

Interiectiones admirandi sunt وَاهًا et وَاهَا *vaha, euge!* وَاهًا لَهُ euge, illum! وَاهًا لِعَيْشٍ كَانَ لِي فِيهَا euge, vitam illam, quae fuit mihi in ea! Harîr. pag. 62. Porro ad plorandum وَاهًا *vaha!* poni perhibetur

a Fîrûsâbâdensi pag. 1838. itemque وَهْ et وَهٌ *vae!*, وَهًا مِنْ هٰذَا وَهْ eheu, illud! eheu!

1428. Interiectio admirandi est وَىْ *hui!* وَىْ لِزَيْدٍ hui Seidum! Cum pronomine suffixo وَيْكَ *hui, te!* ponitur: وَيْكَ يَا بُنَىَّ إِنَّمَا يُضَنُّ بِٱلضَّنِينِ hui, te, o filiole! non reservatur nisi id, quod pretiosum est, Harîr. pag. 36. 260. Porro ad increpandum atque ad plorandum وَىْ et وَيْكَ poni dicuntur, Kâm. pag. 1963. Sacy gr. 1. par. 1257.

Interiectiones excitandi sunt وَيْهِ وَيْهًا وَيْهٌ *heus!* Kâm. pag. 1838. Ab aliis وَيْهِ etiam ad plorandum poni dicitur, Sacy anth. pag. 40.

Interiectio commiserandi et vituperandi est وَيْحٌ *vae!* quae his modis usurpatur: وَيْحٌ لِزَيْدٍ vae Seido! وَيْحٌ لَهُ vae ei! وَيْحَ زَيْدٍ vae Seido! وَيْحَهُ vae ei! et cum مَا enclitico par. 1099. adiecto: وَيْحَمَا زَيْدٍ vae Seido! وَيْحَكِ يَا نَفْسُ ٱحْرِصِى إِلَى ٱرْتِيَادِ ٱلْمَخْلَصِ vae tibi, o anima, contende ad acquisitionem salutis! Harîr. pag. 598. Interdum وَيْحَكَ nil nisi adpellationem significat: وَيْحَكَ يَا أَعْرَابِىُّ مَا أَمْلَحَكَ heus, o Arabs, quam suavis es! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 111. ar.

Interiectio comminandi est وَيْبٌ *vae!* quae his modis usurpatur: وَيْبٌ لِزَيْدٍ vae Seido! وَيْبٌ لَهُ vae ei! Porro ponuntur: وَيْبًا لَهُ et وَيْبَ لَهُ et وَيْبَهُ et وَيْبِهِ et وَيْبَ زَيْدٍ et cum nominativo: وَيْبٌ زَيْدٌ Kâm. pag. 169. Ad mirandum quoque ponitur وَيْبًا لِهٰذَا vah, hoc!

Interiectio blandiendi est وَيْسٌ *eia!* qua adpellantur parvuli, Kâm. pag. 811.

1429. Interiectio plorandi est وَيْلٌ *vae! eheu!* Ponuntur: وَيْلٌ لَهُ et ٱلْوَيْلُ لَهُ et وَيْلًا لَهُ et وَيْلٌ لَهُ *vae illi!* فَوَيْلٌ لِلَّذِينَ يَكْتُبُونَ ٱلْكِتَابَ بِأَيْدِيهِمْ itaque vae illis, qui scribunt librum manibus suis, sûr. 2. v. 73. وَيْلٌ لِأُمِّ ٱلْأَرْضِ matri terrae vae! Hamâs. pag. 457. فَٱلْوَيْلُ ثُمَّ ٱلْوَيْلُ لِمَنْ لَمْ يَكُنْ مِنْ حِزْبِنَا itaque vae, iterumque vae ei, qui non est ex

agmine nostro! Sacy chr. 1. pag. 170. ar. Cum terminatione clamandi adiecta par. 923. 930. ponuntur وَيْلَاهْ et وَيْلَاهُ *vae!* Harîr. pag. 536.

Porro usurpantur وَيْلَ زَيْدٍ vae Seido! et cum pronominibus suffixis وَيْلِى vae mihi! وَيْلَكَ vae tibi! وَيْلَهُ vae ei! Hamâs. pag. 240. يَا وَيْلَتِى vae mihi! يَا وَيْلَةَ أَبِيكَ vae patri tuo! Harîr. pag. 554. فَقَالَتْ لَهُ ٱلْعَجُوزُ وَيْلَكَ لَا تَدَعُ مُجُونَكَ tum dixit ei illa vetula: „vae tibi! non omittis impudentiam tuam", Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 109. ar. يَا وَيْلَتِى لَيْتَنِى لَمْ أَتَّخِذْ فُلَانًا خَلِيلًا vae mihi! utinam non usus essem illo familiari! sûr. 25. v. 30. quo loco ab nonnullis cum terminatione vocandi يَا وَيْلَتَى vel يَا وَيْلَتَنَا scribitur, par. 928. Sacy gr. 2. par. 172. not. Vocabula وَيْلٌ et وَيْلَةٌ *calamitas* ut substantiva interdum usurpantur.

Ad exsecrandum ponuntur وَيْلَ ٱلشَّيْطَانِ et وَيْلَ ٱلشَّيْطَانِ et وَيْلِ ٱلشَّيْطَانِ vae Satanae! Kâm. pag. 1563.

Admirationem significant وَيْلُمِّهِ وَيْلُمِّ وَيْلِمِّ *vah! aha!* وَيْلُمِّ لَذَّاتِ ٱلشَّبَابِ aha, gaudia iuventutis! Hamâs. pag. 534. 239. Quae interiectio ab Arabibus etiam وَيْلَ أُمِّ scribitur, atque ex وَيْلٌ لِأُمِّهِ vae illius matri! aut ex وَىْ لِأُمِّهِ vae illius matri! conflata esse existimatur. Fortasse vero, quemadmodum ab هَلْ et ٱللّٰهُ per terminationem *umma* adiectam هَلُمَّ et ٱللّٰهُمَّ ducta sunt, ab وَيْلٌ ductum est وَيْلُمَّ par. 1426.

Arabes ab وَىْ *hui!* ductas esse وَيْلٌ وَيْسٌ وَيْحٌ وَيْبٌ ferunt, Kâm. pag. 316.

1430. Interiectio aversandi est أُفٍّ *phui!* quae etiam أُفِّ أُفُّ أُفَّ آفِ آفٍّ أُفٌّ إِفٍّ إِفْ أُفُوهْ أُفِّى أُفِّى أُفًّا multisque modis aliis profertur. Kâm. pag. 1133. أُفٍّ لِهٰذَا خَشْعًا phui, hunc pusillum! Taber. ann. vol. 1. pag. 170. وَٱلَّذِى قَالَ لِوَالِدَيْهِ أُفٍّ لَكُمَا أَتَعِدَانِنِى أَنْ أُخْرَجَ et quicunque dicit parentibus: „phui, vos! num pollicemini mihi, me eductum iri?" sûr. 46. v. 16. Hamâs. 534.

1431. Porro ex his interiectionibus sunt:

1. صَهْ *st! tace!* pro qua etiam صَهٍ صَهٍ et صَهْ صَهْ ponuntur, Kâm. pag. 1827. Harîr. pag. 405.

2. مَهْ *desine! desiste!* pro qua etiam مَهٍ مَهٍ et مَهْ مَهٍ ponuntur, Kâm. pag. 1834. Harîr. pag. 302.

3. بَخْ *euge! bene!* pro qua etiam بَخٍ et بَخٍّ بَخٍ et بَخْ بَخْ et بَخٍ بَخٍ similiaque ponuntur alia, Kâm. pag. 317. Fortasse ab بِهْ *bonum*, vocabulo persico, ductum est.

4. كَخْ *abstine! abiice!* pro qua etiam كَخْ كَخْ et كِخْ كِخْ ponuntur, qua interiectione pueri inclamantur, Kâm. pag. 332.

5. أَخْ et إِخْ *abstine! abiice!* Kâm. pag. 316. Deinde hac inter iectione cameli inclamantur, ut genua flectant.

6. لَعْ et لَعًّا et لَعًا لَكَ et لَعْلَعْ *bene sit tibi!* quibus caespitanti precantur, ut resurgat. Quare in imprecatione ponitur: لَا لَعًّا لَهُ ne sit bene illi! ne resurgat! Harîr. pag. 374. Porro interiectione لَعْلَعُ oves et caprae increpantur.

7. أَخَا أَخَا *veni, veni!* qua advocantur oves, Freytag lex. pag. 17. حَسِّ أَحْ *au vae!* quae dolorem significant, Hamâs. pag. 222. يَعَاطِ et يَاعَاطِ *cave!* هِقْطْ et هِقَبْ *cito!* qua inclamantur equi, par. 764. حَيَهْ *haja!* qua asini increpantur. حَيْهِ *haihi!* qua oves increpantur.

De لَوْلَا et لَوْمَا *quidni? agedum!* dictum est par. 1254. 1390.

Nonnullae vero earum interiectionum, de quibus hoc loco exposuimus, in numerum accitarum referri possunt; nam وَيْلٌ nomen esse existimari potest, atque هِقْطْ ductum esse ab هَقْطٌ *cursus*, vocabulo iemenico.

B. *Interiectiones accitae.*

1432. Interiectiones accitae sunt aut nomina vel pronomina ad clamandum posita, aut verba imperativa vel optativa, aut praepositiones vel adverbia exclamationem demonstrantia.

1. Interiectiones ex nominibus sumtae.

1433. Saepe **nomen in nominativo positum** significat exclamationem sive interiectionem: سَلَامٌ عَلَيْكَ salus tibi [sit]! نَهْيُكَ مِنْ رَجُلٍ praestantissimum tuum de viro! i. e. praestantissimus vir ille est! par. 1437. nro. 28.

Cui nominativo interdum particula clamatoria praemittitur; يَا بُؤْسُ لِزَيْدٍ o calamitas Seido! i. e. eheu, Seidum! لَعَمْرُكَ certe, vita tua! i. e. certe, per vitam tuam!

1434. Porro **nomen in accusativo positum** saepe exclamationem sive interiectionem significat, integrae enuntiationis clamatoriae, quae poni debebat, vicem explens. Nam qui animo incitatur, brevius loqui solet, par. 925. 1125. nro. 4. Quemadmodum latine, tanquam interiectiones, ponuntur: *nefas! nefandum! hanccine calamitatem!* ita apud Arabes usurpantur: تَبًّا damnum! طُوبَى felicitatem! huiusque generis alia, Ewald gr. par. 565.

Quos accusativos clamatorios per breviloquentiam pro integris enuntiationibus poni Arabes adfirmant. Nam رَأْسَكَ *caput tuum!* et اَلطَّرِيقَ اَلطَّرِيقَ *viam, viam!* poni ferunt pro: نَحِّ رَأْسَكَ averte caput tuum! et خَلُّوا اَلطَّرِيقَ date viam! Sacy gr. 2. par. 159. 160. 883.

1435. Atque interdum ipsa enuntiatio clamatoria integra usurpatur; in admonitione enim modo ponitur اِحْذَرِ اَلْأَسَدَ *cave leonem!* modo per breviloquentiam اَلْأَسَدَ *leonem!*

Sed ad accusativum clamatorium non adiicitur verbum, si accusativus ille bis ponitur, ut: اَلْأَسَدَ اَلْأَسَدَ *leonem, leonem!* neque si accusativi clamatorii duo diversi coniunguntur, ut رَأْسَكَ وَٱلْحَائِطَ *caput tuum et parietem!* i. e. averte caput, caveque parietem! Alfijja pag. 155.

1436. Accusativus clamatorius modo solitarius usurpatur, ut: بَهْرًا *mirum!* modo cum adiecto nomine, quod in casibus variis ponitur:

1. in genitivo: سُبْحَانَ ٱللّٰهِ laudem Dei! عَوْلَكَ calamitatem tuam! فَضَرْبَ ٱلرِّقَابِ tum percussionem collorum! sûr. 47. v. 4.

2. in dativo: طُوبَى لِزَيْدٍ felicitatem Seido! تَعْسًا لَهُ interitum ei! تَبًّا لَهُ damnum ei!

3. in accusativo: فَنَدْلًا زُرَيْقُ ٱلْمَالَ itaque transportationem, o Soraik, pecora! i. e. itaque transporta, o Soraik, pecora! Sacy gr. 2. par. 295. نَشْدَكَ ٱللّٰهَ obtestationem tui Deum! i. e. obtestor te per Deum! رُوَيْدَكَ عَمْرًا moram tui Amrum! i. e. moram concede Amro! Ita vero, si accusativus clamatorius est nomen actionis, ipsi subiungi potest accusativus; nam nomina actionis perinde ut verba sibi subiungere possunt accusativum, Sacy gr. 2. par. 278. Alfijja pag. 156.

Neque modo per Lâmam dativi, sed per alias quoque praepositiones ad accusativum clamatorium adiungitur nomen: أَهْلًا وَسَهْلًا بِكَ bene commodeque tibi sit!

Porro ad accusativum clamatorium per Wâwam interpositam adiici potest alius, ut: رَأْسَكَ وَٱلْحَائِطَ par. 1435. atque sine Wâwa interposita: ٱلنَّجَاءَ ٱلْهَرَبَ evasionem, fugam! Taber. ann. vol. 1. pag. 64. Accusativus clamatorius, cui articulus definiens praefixus est, saepe bis ponitur: ٱلْفِرَارَ ٱلْفِرَارَ fugam, fugam! i. e. fugite! ٱلطَّرِيقَ ٱلطَّرِيقَ viam, viam! i. e. date viam! Sacy gr. 2. par. 832. 883.

1437. Iam ea nomina recensebimus, quae prae ceteris funguntur officio interiectionum:

1. بَهْرًا *mirum! papae!* ثُمَّ قَالُوا تُحِبُّهَا قُلْتُ بَهْرًا deinde dixerunt: „amas eam!“ dixi: „papae!“ Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 58. ar. Porro بَهْرًا لَهُ valere: *interitum illi! pereat ille!* perhibet Kâmûs pag. 469.

2. بَسْلًا بَسْلًا *strenuum, strenuum!* i. e. certum est! بَسَلْ rectum est! ita est! Porro بَسْلًا لَهُ valere: *vae illi!* itemque بَسْلًا وَأَسْلًا *vae et pereat!* perhibet Kâmûs pag. 1396.

3. آمِينَ *certum!* et آمِينَ آمِينَ *certum, certum!* vel *fiat hoc!* quo concluduntur preces et epistolae, Kâm. pag. 1396. 1719. Pro quibus etiam آمِّينَ et أَمِينَ scribuntur.

4. سَلَامًا *salutem! salve!* فَقَالُوا سَلَامًا tum dixerunt illi: salve! sûr. 15. v. 52. سَلَامٌ عَلَيْكَ salus tibi [sit]!

5. أَهْلًا وَسَهْلًا *familiam et commodum!* i. e. bene tibi sit hoc loco! exoptatus mihi ades! quo salutant hospitem. Kâmûs أَهْلًا poni censet pro صَادَفْتَ أَهْلًا invenis [hoc loco] familiares, non peregrinos. Usurpantur vero haec: أَهْلًا بِكَ bene sit tibi! أَهْلًا وَسَهْلًا بِكَ bene commodeque sit tibi! أَتَيْتَ أَهْلًا bene veneris! وَقُلْتُ أَهْلًا وَسَهْلًا مَنْ هَدَاكَ لَنَا dixique: „bene commodeque! quisnam deduxit te ad nos?“ Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 111. Hamâs. pag. 184.

6. مَرْحَبًا *amplitudinem!* i. e. amplo loco, et commodo, fruere! exoptatus mihi venisti; quo salutant hospitem. Ponuntur مَرْحَبًا وَأَهْلًا وَسَهْلًا بِٱلسَّادَةِ ٱلْمُنْعِمِينَ ample, et bene, et commode valeant domini benigni! Koseg. chr. pag. 2. مَرْحَبَكَ ٱللّٰهُ وَمَسْهَلَكَ amplitudinem tuam Deus, atque commoditatem tuam [tibi impertiat]! مَرْحَبًا بِكَ ٱللّٰهُ وَمَسْهَلًا amplitudinem tibi Deus [impertiat] et commoditatem! رُحْبًا بِكُمْ amplitudinem vobis! exoptati venistis!

7. كَرَامَةً *honorem! verecundiam!* et كَرَامَةٌ *honor!* لَكَ عِنْدِي كَرَامَةٌ وَعَزَازَةٌ tibi apud me honor et auctoritas [tribuuntur] Harîr. pag. 282. أَفْعَلُ كَذَا وَكَرَامَةً لَكَ faciam illud, et honorem tibi [praestabo] Kâm. pag. 1687. حُبًّا وَكَرَامَةً amorem et verecundiam! i. e. libenter faciam id quod vis, نَعَمْ وَكَرَامَةً libenter et verecundiam! i. e. promtus tibi obsequar! Harîr. pag. 282. أَدْخُلُوا أَدْفِنُوهُ وَكَرَامَةً introite, sepelite eum, et verecundiam! i. e. libenter hoc vobis permitto, Notices et extraits, tom. 12. pag. 397. لَا وَلَا كَرَامَةٌ لَهُ non, neque ullus honor ei [sit]! i. e. haudquaquam obtemperabo! quae verba Tebrîsensis significare dicit: لَا أَفْعَلُ ذَلِكَ وَلَا أُكْرِمُ مَنْ يَسُومُنِيهِ non faciam hoc, neque honorabo eum qui imponit mihi illud! Hamâs. pag. 580. Idem significatur verbis: لَا وَلَا نِعْمَةٌ لَهُمْ non, neque ullum beneficium illis [sit] Hamâs. pag. 579.

Ab aliis in enuntiatione illa accusativus كَرَامَةً *honorem* ponitur, par. 1208. Satis recte haec explicuit Reiskius in annal. Abulf. tom. 1. pag. 398.

Porro usurpantur haec: كَرْمَةَ عَيْنٍ *propter verecundiam oculi* i. e. libenter hoc faciam, Kâm. pag. 1687. نُعْمَ عَيْنٍ *propter voluptatem oculi* i. e. libenter hoc faciam, ut oculum tuum exhilarem, Kâm. pag. 1700. multaque alia, illis similia, ut: كُرْمًا لَكَ et كُرْمَى لَكَ honoris tui causa, نَعِيمَ عَيْنٍ et نُعْمَى عَيْنٍ propter voluptatem oculi; quae omnia significant: *promtus obsequar!*

Arabes nonnulli حُبًّا وَكَرَامَةً perhibent significare: *situlam et operculum!* i. e. totam rem dabo, quam flagitas! non modo situlam, sed etiam ipsum operculum! Kâm. pag. 62. Freytag select. ex histor. Halebi pag. 82. Ewald gr. par. 565. Sacy gr. 1. par. 1110

8. سَمْعًا وَطَاعَةً *auditionem et obsequium!* et سَمْعٌ وَطَاعَةٌ *auditio et obsequium!* i. e. praecepto tuo obsequar. Contrarium significant: سَمْعًا وَلَا بَلْغًا *auditionem, sed non perfectionem!* i. e. nolo, perficiatur illa res! Porro usurpatur: سَمْعَكَ إِلَيَّ *auditio tua ad me!* i. e. audi me! Kâm. pag. 1037.

9. لَبَّيْكَ *obsequia tua!* i. e. praesto sum tibi! لَبَّيْكَ وَسَعْدَيْكَ *obsequia et felicitates tuas* i. e. fausta tibi apprecor! فَأَجَابَتْهُ زَوْجَتُهُ لَبَّيْكَ فَهَا أَنَا بَيْنَ يَدَيْكَ tum respondit ei uxor: „praesto tibi sum! en, ego coram te [adsum]“ Koseg. chrest. pag. 77. Rarius لَبَّيْ pronominibus suffixis ceteris praemittitur, ut لَبَّيْهِ *praesto sum ei!* et nominibus, ut: لَبَّيْ يَدَيْ مِسْوَرٍ praesto sum manibus Miswari! Alfijja pag. 97. Usurpatur etiam لَبَابِ لَبَابِ *bene, bene!* nihil adest mali! Kâm. pag. 155.

Arabum nonnulli لَبَّيْ dualem esse existimant vocabuli لَبٌّ *praesentia,* dualem vero ideo poni, ut obsequium significetur plus semel praestandum, Kâm. pag. 154. Harîr. pag. 6. Dualis terminationem, vel saltem *ai* terminationem, nomina plura receperunt, quae particularum officio funguntur, ut حَوْلَيْكَ circa te, حَوَالَيْكَ circa te, par. 1158.

Alii لَبَّيْكَ ab لَبَّةٌ اِمْرَأَةٌ *mulier amans* ductum esse ferunt, igiturque valere: amor meus tibi sit! Kâm. pag. 154. quo loco etiam aliae vocabuli لَبَّيْكَ explicationes proponuntur. Atque nonnulli لَبَّى singularem esse censent, Hamâs. pag. 550. 789.

10. سُبْحَانَ ٱللّٰهِ *laudem Dei!* [pronuntio], سُبْحَانَكَ laudem tuam! سُبْحَانَهُ *laudem eius!* sunt dictiones mirantium et deprecantium: إِنَّمَا ٱللّٰهُ إِلٰهٌ وَاحِدٌ سُبْحَانَهُ أَنْ يَكُونَ لَهُ وَلَدٌ non est Deus, nisi numen unum; laudem eius! [i. e. absit!] ut sit ipsi filius! sûr. 4. v. 169. سُبْحَانَهُ وَتَعَالَى عَمَّا يَصِفُونَ absit! atque immunis ille sit ab eo, quod adtribuunt [ipsi]! sûr. 6. v. 100. sûr. 10. v. 19. رَبَّنَا مَا خَلَقْتَ هٰذَا بَاطِلًا سُبْحَانَكَ domine noster! non condidisti hoc frustra; absit! sûr. 3. v. 188. Atque reverentiae causa dicunt: ٱللّٰهُ سُبْحَانَهُ deus, cuius laudem [pronuntio], قَوْلُهُ سُبْحَانَهُ dictum eius, cuius laudem pronuntio! i. e. dictum Dei.

Ascha poeta, admirationem significans: سُبْحَانَ مِنْ عَلْقَمَةَ ٱلْفَاخِرِ laudem! de Alkama, superbo! i. e. quam superbus est Alkama! Sacy gr. 2. par. 160.

11. مَعَاذَ ٱللّٰهِ et مَعَاذَةَ ٱللّٰهِ *refugium Dei* [peto], مَعَاذَ وَجْهِ ٱللّٰهِ *refugium faciei Dei!* i. e. refugio ad Deum ab illa re, absit illa res! مَعَاذَ ٱلْإِلٰهِ أَنْ تَكُونَ كَظَبْيَةٍ absit, ut sit illa instar dorcadis! Hamâs. pag. 184. 236. est enim ٱلْإِلٰهُ forma plenior vocabuli ٱللّٰهُ *deus*, par. 1044. Atque ita ponitur etiam عَوْذٌ بِٱللّٰهِ *refugium ad Deum!* Kâm. pag. 442.

De حَاشَا ٱللّٰهِ et حَاشَ لِلّٰهِ *avertat Deus!* dictum est par. 1150. حَاشَ لِلّٰهِ مَا هٰذَا بَشَرًا avertat Deus! non est hic mortalis! sûr. 12. v. 31. فَقَالَ حَاشَا لِلّٰهِ وَكَلَّا tum dixit: „avertat Deus! et nequaquam!" Harîr. 140.

12. سُحْقًا لَهُ *longinquitatem illi!* i. e. procul absit ille! sûr. 67. v. 11. حَلْقًا لَهُ caesionem illi! i. e. pereat! عَقْرًا حَلْقًا et عَقْرَى حَلْقَى vulnus, caesionem! i. e. pereat! Kâm. pag. 606. قُبْحًا لَهُ *turpitudinem illi* i. e. phy illi! Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 132. قُبْحًا لَهُ وَشَقْحًا

turpitudinem ei, et foeditatem! تَعْسًا لَكَ *interitum tibi!* Harîr. pag. 70. أَلَا تَبًّا لِمَا *damnum!* تَبَّةً i. e. pereat! *damnum ei* [sit] تَبًّا بِهِ et تَبًّا لَهُ فَعَلُوا تَبَابًا o intereat id, quod illi fecerunt, interitu! Agân. art. Mohammed ben monâdsir.

13. لَا أَبَ لَكَ *nullus pater tibi est!* i. e. o te nebulonem, infimo loco natum! Harîr. pag. 143. male tibi sit! Kâm. pag. 1563. pro quibus etiam لَا أَبَكَ et لَا أَبَا لَكَ et لَا أَبَاكَ et لَابَ لَكَ ponuntur, Kâm. 1839. فَقَالَ ٱسْكُتِي لَا أَبَا لَكِ tum dixit: „tace! o sceleratam te!“ Tab. ann. vol. 1. pag. 64.

Deinde vero haec imprecatio ad significandam admirationem ponitur: لَا أَبَ لَهُ فَمَا أَمْهَرَهُ nullus ei pater! quam ingeniosus est! Sacy anth. pag. 42. ar. quemadmodum vernacule dicimus: daß ihn das Wetter! was ist er gescheut! par. 1439. nro. 8. 9.

Ita etiam لَا أُمَّ لَكَ *nulla mater tibi!* est imprecatio; quae interdum ad significandam admirationem usurpatur, Kâm. pag. 1574. Harîr. pag. 143.

14. عَوْلَكَ *eiulatum tuum!* i. e. eheu, te! vae tibi! عَوْلَ زَيْدٍ et عَوْلَ زَيْدٍ vae Seido! يَا وَيْلَةَ أَبِيكَ وَعَوْلَةَ أَهْلِيكَ o vae patri tuo, atque eheu, familiares tuos! Harîr. pag. 554.

15. بُؤْسَكَ *adversitatem tuam!* i. e. vae tibi! يَا بُؤْسَ لِزَيْدٍ o calamitas Seido! vae Seido! Harîr. pag. 554.

16. حَسْرَتَا *o gemitum!* i. e. eheu! حَسْرَتَا إِذْ أَطَعْتُ أَمْرَ غُوَاتِي eheu, quum obtemperarem praecepto seductorum meorum! Agân. art. Ebn mofarrig.

17. يَا لَهْفِي *o dolorem meum! eheu!* pro quibus etiam يَا لَهْفَ et أَلَهْفِي et يَا لَهْفَا et لَهْفَهْ et يَا لَهْفَةَ et يَا لَهْفَتَاهُ et يَا لَهْفَتَيَاهُ usurpantur. Ita ponuntur يَا لَهْفِي عَلَيْكَ o dolorem meum de te! Kâm. pag. 1229. أَلَا لَهْفَ ٱلْأَرَامِلِ heu, dolorem viduarum! Hamâs. pag. 452. أَلَهْفِي بِقُرَى سَحْبَلٍ o dolorem! in [loco] Kurra Sachbal, Hamâs. pag. 19. لَهْفِي عَلَى ٱلْأَمْرِ ٱلَّذِي كَانَتْ عَوَاقِبُهُ نَدَامَةً dolorem meum! de illa re, cuius extremum fuit poenitentia! Agân. art. Ebn mofarrig.

18. رُوَيْدًا *lentitudinem!* i. e. cohibe te! moderatius rem age! تُهَدِّدُنَا وَتُوعِدُنَا رُوَيْدًا minaris nobis, minitarisque; cohibe te! Amr ben kulthum moall. ed. Koseg. vers. 56. رُوَيْدَكَ *lentitudinem tuam!* i. e. cohibe te! Koseg. chrest. pag. 18. Quum رُوَيْدٌ nomen actionis sit, non modo genitivus, sed etiam accusativus ei subiungi potest, par. 1436. nro. 3. Itaque ponuntur: رُوَيْدَ زَيْدٍ et رُوَيْدَ زَيْدًا et رُوَيْدَكَ زَيْدًا lente age erga Seidum! moram concede Seido! رُوَيْدَكَنِي lentitudinem tuam erga me! i. e. moderatius age erga me! رُوَيْدَكُمُونِي moderatius agite erga me! par. 1020. رُوَيْدَ بَنِي شَيْبَانَ بَعْضَ وَعِيدِكُمْ moderamini, o Scheibânitae, partem quandam minarum vestrarum! Hamâs. pag. 56.

19. بَلْهَ *omissionem!* i. e. omitte, sine! Kâm. pag. 1819. Subiungitur ei et genitivus, et accusativus: بَلْهَ ٱلْأَكُفِّ et بَلْهَ ٱلْأَكُفَّ *omissionem manuum!* omittite manus! par. 1125. nro. 4. par. 1151. Sacy gr. 2. par. 692. Alfiyya pag. 156. لَا مِسَاسَ *nullam tactionem!* i. e. noli tangere! sûr. 20. v. 97. لَا مَسَاسِ *ne tange!* par. 936. Kâm. pag. 803. مَهْلًا *lentitudinem!* et مَهْلًا لَكَ *lentitudinem tibi!* i. e. lente age! Kâm. pag. 803.

20. إِيَّاكَ *te!* par. 1028. i. e. eripe te! cave tibi! إِيَّاكُمْ *vos!* i. e. eripite vos, cavete vobis! par. 1030. Cui interiectioni Wâwa subiungit rem cavendam, in accusativo positam: إِيَّاكَ وَإِيَّاهَا cave tibi eas! i. e. cave ne capias eas! Taber. annal. vol. 1. pag. 182. إِيَّاكَ وَٱلْأَسَدَ cave leonem! إِيَّاكَ إِيَّاكَ وَٱلْقُرْآنَ وَٱلدِّينَ cave, cave Korânum et religionem! Sacy chrest. tom. 1. par. 125. ar.

Porro ponitur إِيَّاكَ مِنَ ٱلْأَسَدِ cave ab leone! Alfiyya pag. 155. Saepe huic interiectioni subiungitur أَنْ cum futuro coniunctum, quae explent vicem nominis actionis par. 1317. إِيَّاكُمَا أَنْ تَكْسِبَانِي شَرًّا cavete, ne paretis mihi calamitatem! Alfiyya pag. 144. Atque Wâwa praemitti potest أَنْ coniunctioni: إِيَّاكَ وَأَنْ تَفْعَلَ هٰذَا cave, ne facias hoc! Sacy anth. pag. 31. 32. ar. Ewald gr. par. 708.

21. أَمَامَكَ *frontem tuam! a fronte tua!* i. e. cave! pag. 1152. Kâm. pag. 1574. حَذَارِ *cautio!* i. e. cave! par. 936. pro qua etiam حَذَارِ حَذَارِ et حَذَارِ حَذَارِ *cautio, cautio!* ponuntur, Kâm. pag. 496.

22. دَوَالَيْكَ et أَلدَّوَالَيْكَ *cursum tuum!* i. e. curre! festina! quae interiectio, pro adverbio posita, valet etiam: *per cursus, per vices, alternatim, identidem,* Kâm. pag. 1448. Continere videtur nomen دَأْلٌ vel دَأْلَى *cursus* ab دَأَلَ *cucurrit* ductum.

Kâmûs in articulo دَلَكَ *fricuit,* pag. 1358. nomina أَلدَّآلِيكَ et أَلدَّوَالِيكَ *cursum* significare perhibet, quasi ab دَلَكَ ducta; in articulo دَالَ *versatus est* vero pag. 1448. vocabulum دَوَالَيْكَ *alternatim* pro مُتَدَاوَلَةً *alternatim* poni dicit, quasi ab دَالَ ductum.

Nomina أَلنَّجَآءَ أَلْهَرَبَ *evasionem, fugam!* valent: cito fugite! Tab. annal. vol. 1. pag. 64. أَلنَّجَاكَ أَلنَّجَاكَ et أَلنَّجَآءَكَ أَلنَّجَآءَكَ evasionem tuam, evasionem tuam! i. e. festina, festina! Kâm. pag. 1952.

23. مَكَانَكَ *locum tuum!* i. e. locum tuum tene! ne procede! Taber. annal. vol. 1. pag. 70. Sacy gr. 1. par. 1111. شَأْنَكَ *rem tuam!* [age!] i. e. fac id quod intendis! فَقُلْتُ شَأْنَكَ tum dixi: „rem tuam [age!]“ Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 118. ar. شَأْنَكَ بِهِ *res tua in eo!* i. e. cape illum! Kâm. pag. 1135.

24. يَا عَجَبًا *o mirationem! o mirum!* فَيَا عَجَبًا مِمَّنْ أَشَارَ بِصَلْبِهِ o mirationem propter eum, qui iussit cruci figi illum! Koseg. chrest. pag. 67. يَا لَلْعَجَبِ *o mirum!* par. 1420. Harîr. pag. 24. يَا لَلْعَجَبِ o *mirum!* par. 935. Harîr. loc. cit. يَا أَللّٰهُ *o Deus!* i. e. o mirum! ohe! par. 919.

Interiectionem بِٱللّٰهِ *per Deum!* praemittunt praecepto et interrogationi, ut nervosius dicant: بِٱللّٰهِ إِنْ تَسِرْ تَرَى ٱلْعَجَائِبَ فِي كُلِّ مَنْزِلَةٍ أَبْذُلْ رُوحَكَ per Deum, si incedis, spectans res mirandas in quacunque statione, trade animum tuum! Ajjuhal pag. 26. بِٱللّٰهِ هَلْ فَعَلْتَ كَذَا per Deum, num fecisti illud? Harîr. pag. 491.

25. اَللّٰهُمَّ *o Deus!* par. 919. pro qua ab poetis interdum لَاهُمَّ ponitur, Sacy anth. pag. 275. Nonnunquam eam adfirmationi praemittunt, ut nervosius dicant: فَقَالَ اَللّٰهُمَّ نَعَمْ tum dixit ille: „o Deus! sane!“ Harîr. pag. 491. Ita اَللّٰهُمَّ sententiae subiungitur, ut eam confirmet, si sequitur exceptio ab إِلَّا أَنْ *nisi ut, nisi si,* introducta: وَيُجْتَنَبُ أَكْلُ ٱللَّيْلِ ٱلَّذِى يُعْشِى ٱللّٰهُمَّ إِلَّا أَنْ تَقِدَ نَارُ ٱلْجُوعِ ac vitetur coena nocturna, quae caecat; sane [vitanda est], nisi si urit ignis famis, Harir. pag. 45. Sacy anth. pag. 71. ar.

26. طُوبَى لَكَ *felicitatem tibi!* i. e. felix sane es! فَطُوبَى لِمَنْ يُخْتَضَرُ itaque felix ille, qui caeditur virens! [i. e. moritur adolescens] Nawâbig pag. 22. Usurpatur etiam طُوبَاكَ *felicitatem tuam!* Kâm. pag. 120. رَعْيًا لَكَ *tutelam tibi!* i. e. tueatur te Deus! Harîr. pag. 540. سَقْيًا لَكَ *rigationem tibi!* i. e. riget te Deus! recreet te Deus! Kâm. pag. 1895. Sacy gr. 2. par. 159.

27. فَحَسْبُ *atque satis est!* par. 1161. اَقْطَعِى اَقْطَعِى حَسْبُكِ حَسْبُكِ tace, tace! ohe, iam satis est! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 46. ar. Deinde formula laudandi est: هٰذَا رَجُلٌ حَسْبُكَ مِنْ رَجُلٍ hic est vir sufficiens tibi quod ad virum adtinet i. e. hic est vir probatus, praeter quem non indiges alio, Kâm. pag. 66.

28. نَاهِيكَ *summum tuum est!* vel: *sufficiens tuum est!* est formula laudandi, quae variis modis cetera sibi subiungit: هٰذَا رَجُلٌ نَاهِيكَ مِنْ رَجُلٍ hic est vir sufficiens tibi quod ad virum adtinet i. e. hic est vir probatus, فِى وَصْفِهَا عَجَبٌ نَاهِيكَ مِنْ عَجَبٍ in descriptione eius est aliquid miri, praestantissimum sane mirum! Koseg. chrest. pag. 169. وَلٰكِنَّهُ نَاهِيكَ مِنْ مُغَنٍّ مُطْرِبٍ sed tamen ille est praestantissimus cantor exhilarans, Agân. art. Mohammed ben hamsa, إِذَا رَاضَ يَحْيَى ٱلْأَمْرَ ذَلَّتْ صِعَابُهُ وَنَاهِيكَ مِنْ رَاعٍ لَهُ وَمُدَبِّرٍ si moderatur Jachja rem, evanescunt difficultates eius, ipseque sufficiens tibi est illius rei curator et administrator, Sacy chrest. tom. 1. pag. 15. ar. وَنَاهِيكَ بِتَسْوِيَةِ سِيبَوَيْهِ atque satis tibi est [i. e. satis argumenti pro illa re habes] in aequipara-

tione Sîbeweihi, Sacy anth. pag. 7. ar. فَنَاهِيكَ مَا كَانَ أَنْبَلَهَا igitur quam eximie ingeniosa fuit illa! Koseg. chr. pag. 132. وَنَاهِيكَ بِهَا سُبَّةً atque satis est tibi in illa quod ad ignominiam adtinet i. e. insignis ignominia fuit illa! Harîr. pag. 79. وَنَاهِيكَ غُصَّةً بِمَرَارَةِ ٱلْفِطَامِ atque satis tibi est angoris in amaritudine ablactationis! Harîr. pag. 576. Si nomen definitum praecedit, in accusativo نَاهِيكَ subiungi perhibet El dschauhari: هٰذَا عَبْدُ ٱللّٰهِ نَاهِيكَ مِنْ رَجُلٍ hic est Abd alla, praestantissimus sane vir! Sacy chr. 1. pag. 45.

Usurpantur etiam نَهَاكَ مِنْ رَجُلٍ et نَهْيُكَ مِنْ رَجُلٍ *praestantissimus vir est!* porro cum feminino نَاهِيَتُكَ مِنِ ٱمْرَأَةٍ sufficiens tibi illa est quod ad feminam adtinet i. e. praestantissima femina est. Atque sic etiam in duali et plurali: نَاهِيَاكَ et نَاهُوكَ *sufficientes tibi* poni possunt; Sacy chrest. 1. pag. 45. et جَازِيكَ مِنْ رَجُلٍ vir excellens! Kâm. pag. 11.

29. لِلّٰهِ *Deo!* est interiectio laudandi, cui subiungitur res laudata in nominativo posita: أَلَا لِلّٰهِ قَوْمٌ وَلَدَتْ أُخْتُ بَنِي سَهْمٍ o, Deo gens, quam peperit soror Sahmitarum! i. e. o, praeclaram gentem, quam peperit soror Sahmitarum! Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 51. ar. لِلّٰهِ أَيَّامُ ٱلشَّبَابِ suavissimi sunt dies iuventutis! Sacy anth. pag. 446. لِلّٰهِ أَبُوكَ *Deo pater tuus!* est formula laudandi: وَلِلّٰهِ أَبُوكَ حَيْثُ يَقُولُ et Deo pater tuus! ubi dicit i. e. praeclarum sane poetam se probavit eo loco, quo dixit, Harîr. pag. 38.

Atque لِلّٰهِ دَرُّهُ *Deo eius ubertas!* est formula laudandi, quae valet: praeclarus est ille! لِلّٰهِ دَرُّكَ مِنْ عَبْدٍ Deo ubertas tua quod ad servum adtinet i. e. praeclarus servus es! Koseg. chrest. pag. 88. لِلّٰهِ دَرُّهَا مَا كَانَ أَحْسَنَ غِنَاءَهَا praeclara fuit illa! quam excellens fuit eius cantus! par. 616. Koseg. chrest. pag. 131. لِلّٰهِ دَرُّ جِيَادَةِ ٱلْعُذْرِيِّ Deo ubertas praestantiae Udsritae i. e. praeclara sane est praestantia Udsritae! Agân. ed. Koseg. pag. 111. ar. لِلّٰهِ دَرُّكِ يَا ٱبْنَةَ ٱلنُّعْمَانِ praeclara es, o filia Ennomâni! Agân. artic. Adi ben seid. Vocabulum دَرٌّ proprie *ubertatem lactis*, flumen lactis ex ubere prorumpens, significat. Ad imprecandum

ponuntur: لَا دَرَّ دَرُّهُ ne sit uber ubertas eius! i. e. ne bene procedant res eius! Kâm. pag. 522.

30. أَيْمُنُ ٱللّٰهِ *iuramenta Dei!* et أَيْمُنِ ٱللّٰهِ *iuramentorum Dei!* i. e. iuro per Deum! Quae dictio multis modis immutatur par. 168. nro. 5. et decurtatur: أَمُ ٱللّٰهِ هَيْمُ ٱللّٰهِ آيمِ ٱللّٰهِ ايمِ ٱللّٰهِ أَيْمُ ٱللّٰهِ لَيْمُنُ ٱللّٰهِ مَ ٱللّٰهِ مُ ٱللّٰهِ مِ ٱللّٰهِ مُنُ ٱللّٰهِ مِنِ ٱللّٰهِ إِمُ ٱللّٰهِ لَيْمُ ٱللّٰهِ quorum extrema adverbium adfirmans لَ par. 1198. sibi praefixisse videntur, Kâm. pag. 1817. فَقَالَ أَيْمُ ٱللّٰهِ لَلْحَقُّ أَحَقُّ أَنْ يُتَّبَعَ tum dixit: „iuramenta Dei! certe ius est dignius, quod observetur," Harîr. pag. 24. 454. Taber. ann. vol. 1. pag. 38. 40. 178.

Nonnunquam ponuntur أَمُ وَٱللّٰهِ *iuramenta, per Deum!* Fâkihet pag. 47. 73. Taber. ann. vol. 1. pag. 40. 70. Ewald gr. par. 711. not. Num legendum أَمُو ٱللّٰهِ *amullâhi?* Pro لَعَمْرُ ٱللّٰهِ *certe vita Dei!* interdum لعمرو الله inveni scriptum, Agân. cod. Hammer. art. Omajja ben abi aïds. Vide articulum sequentem.

31. Deinde ex dictionibus iurantium sunt: لَعَمْرُ ٱللّٰهِ *certe vita Dei!* [est id, per quod iuro]! par. 1198. nro. 2. Harîr. pag. 207. لَعَمْرِ ٱللّٰهِ *per vitam Dei!* Kâm. pag. 609. عَمْرَ ٱللّٰهِ *vitam Dei!* عَمْرَكَ ٱللّٰهَ *vitam tuam Deus!* quod pro عَمَّرَتْكَ ٱللّٰهُ *vitam tibi precor a Deo!* poni ferunt, Kâm. pag. 608. عَمْرَكَ ٱللّٰهَ *vitam tuam Deum!* quod pro أُذَكِّرُكَ ٱللّٰهَ in memoriam te revoco Deo! poni dicitur Kâm. pag. 609. لَعَمْرِي *certe vita mea!* Hamâs. pag. 348. quod Kâmûs: *certe religio mea!* significare censet, لَعَمْرُكَ *certe vita tua!* Harîr. pag. 207. بِعَمْرِكَ *per vitam tuam!* Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 127. ar. Ponuntur etiam: أَعَمَرْتُكَ ٱللّٰهَ أَنْ تَفْعَلَ vitam tibi precor a Deo, [i. e. obtestor te] ut facias hoc! Kâm. pag. 608.

Pro لَعَمْرُ ٱللّٰهِ interdum لعمرو الله positum inveni, quod fortasse لَعَمْرُو ٱللّٰهِ pronuntiandum est; vide articulum praecedentem.

32. Deinde est dictio iurantis et adseverantis: أَمْرَأَتُهُ طَالِقٌ إِنْ لَمْ *uxor eius sit repudiata, nisi* i. e. eveniant dira, nisi: vel: *medius fidius!*

أَمْرَأَتُهُ طَالِقٌ إِنْ لَمْ أَحْسُبْ لَكَ ٱلضَّرْطَةَ بِنُقْطَةٍ uxor eius sit repudiata, nisi computabo tibi hunc crepitum ventris pro puncto uno [in lusu talorum] i. e. medius fidius, computabo tibi cet. Agân. art. Asch-ab.

Idem significant أَمْرَأَتُهُ ٱلطَّلَاقُ إِنْ لَمْ *uxorem eius repudium* [adficiat] *nisi.* Exemplum est: فَقَالَ أَمْرَأَتُهُ ٱلطَّلَاقُ إِنْ لَمْ يَكُنْ هٰذَا ٱلْجَدْيُ بَعْدَ أَنْ ذُبِحَ وَشُوِيَ أَطْوَلَ حَيَاةً وَأَكْثَرَ عُمْرًا مِنْهُ قَبْلَ أَنْ يُذْبَحَ tum dixit: „uxorem eius repudium! nisi hic hoedus, postquam mactatus et assatus est, diutius vivet et perennior supererit quam ante quam mactatus est“ Agân. art. Asch-ab.

33. Itemque ex dictionibus iurantium sunt: قَسَمًا حَقًّا بِٱللّٰهِ *iuramentum verum per Deum!* Iss eddîn aves pag. 23. نَفْسَكَ *animam tuam!* Taber ann. vol. 1. pag. 242. وَأَبِيكَ *per patrem tuum!* Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 111. ar. وَٱللّٰهِ *per Deum!* par. 1268. بِٱللّٰهِ *per Deum!* par. 1129. nro. 6. تَٱللّٰهِ *per Deum!* par. 1134. aliaque huius generis multa.

34. شَتَّانَ et شَتَّانِ *diversitatem!* i. e. diversi sunt: شَتَّانَ مَا عَمْرٌو وَأَخُوهُ diversi sunt Amr eiusque frater! شَتَّانَ مَا بَيْنَهُمَا diversitas intercedit inter eos! par. 764. 1099. nro. 3. Kâm. pag. 185. سَرْعَانَ et سُرْعَانَ *celeritatem* i. e. celeriter! لَسَرْعَانَ مَا صَنَعْتَ كَذَا certe celeriter confecisti hoc! سَرْعَانَ ذَا إِهَالَةً celeriter hic quod ad effusionem adtinet i. e. celeriter hic homo effudit! Kàm. pag. 1033. Quae nomina, quoniam pro exclamationibus ponuntur, ab Arabibus *nomina verborum* vocantur; ex quibus etiam nomina vocativa formae فَعَالِ sunt par. 764. Sacy gr. 1. par. 955. 956. 1190. tom. 2. par. 690.

35. نَشْدَكَ ٱللّٰهَ *obtestationem tui Deum!* i. e. obtestor te per Deum! pro quibus etiam نَشَدْتُكَ ٱللّٰهَ وَٱلرَّحِمَ obtestor te per Deum et cognationem! atque نَاشَدْتُكَ ٱللّٰهَ et أَنْشُدُكَ ٱللّٰهَ obtestor te per Deum! ponuntur, Kâm. pag. 423. Hamâs. pag. 95. أَنْشُدُكَ ٱللّٰهَ يَا عَلِيُّ وَحَظَّنَا مِنْ رَسُولِ ٱللّٰهِ obtestor te per Deum, o Ali! atque portionem nostram ex legato Dei [nobis concede!] Taber. ann. vol. 1. pag. 22.

2. Interiectiones ex verbis sumtae.

1438. Interiectiones ex verbis sumtae sunt partim veri imperativi, ut هَبْ *fac! pone!* partim praeterita modum optativum significantia, ut جُعِلْتُ فِدَاكَ *fiam redemtio tua!* i. e. obtestor!

1439. Ex verbis, quae interiectionum officio funguntur, sunt haec:

1. هَبْ *da!* i. e. *pone! finge!* imperativus verbi وَهَبَ *dedit*. Cui aut أَنَّ *ut* subiungitur: هَبْ أَنَّكَ أَمِيرٌ pone te principem esse! Ewald gr. par. 632. aut solum praeteritum: هَبْنِي فَعَلْتُ *da me feci* i. e. pone me fecisse, هَبْكَ عُمِّرْتَ عُمْرَ عِشْرِينَ نَسْرًا pone te obtinuisse vitam viginti vulturum! Sacy anth. pag. 445. هَبِيكِ ٱعْتَسَفْتِ ٱللَّيْلَ pone te oberrasse noctu! Ibn khacan pag. 36.

2. دَعْ *sine!* imperativus verbi وَدَعَ *sivit:* دَعْنِي sine me! missum fac me! دَعْنِي أَنْ أَفْعَلَ ذَلِكَ permitte mihi, ut faciam hoc! Cui imperativo etiam مَا cum nominativo subiungitur: دَعْ مَا زَيْدٌ sine id quod Seidus! i. e. sine Seidum! par. 1100. Kâm. pag. 1897. ذَرْ sine! ab وَذَرَ ductum.

3. هَاتِ *da! cedo!* هَاتِي *da!* fem. هَاتُوا *date!* Quod poni videtur pro آتِ *adfer! da!* imperativo verbi أَتَى in forma quarta positi: هَاتِ يَا غُلَامُ تِلْكَ ٱلْوَدِيعَةَ cedo, puer, illum thesaurum! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 108. ar. Harîr. pag. 268.

4. حَبَّذَا *gratum est hoc!* i. e. euge! macte! par. 611. cui subiungitur nomen, quod laudatur, definitum, in nominativo positum: وَحَبَّذَا ٱلطَّلَبُ atque eu, illud studium! Harîr. pag. 89. حَبَّذَا فَاطِمَةُ eu, Fatima! حَبَّذَا ٱلْمُسْلِمُونَ eu, Moslemi! Sacy gr. 2. par. 376. Saepe يَا praemittitur: يَا حَبَّذَا أَنْتُمْ o eu, vos! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 126.

Ad nomen laudatum, ut plenius describatur, adiici potest nomen indefinitum, quod aut in accusativo ponitur: حَبَّذَا زَيْدٌ رَجُلًا *eu, Seidus, vir!* i. e. *vir praeclarus est Seidus!* aut per مِنْ subiungitur: حَبَّذَا زَيْدٌ مِنْ رَجُلٍ *vir praeclarus est Seidus!* Sacy anth. pag. 150. ar.

Rarius solum حَبَّ ad laudandum ponitur: حَبَّ زَيْدٌ eu, Seid! et حَبَّ بِزَيْدٍ رَجُلًا vir praeclarus est Seid! Sacy gr. 2. par. 376.

5. أَبَيْتَ ٱللَّعْنَ *averte imprecationem!* i. e. vive felix! salve! est dictio salutantis, qua Arabes antiquiores utebantur. Modo enuntiationi praemittitur, modo inseritur: أَبَيْتَ ٱللَّعْنَ إِنَّ سَكَابِ عِلْقٌ نَفِيسٌ salve! utique Sakâb est gemma pretiosa, Hamâs. pag. 101. لَا تَحْقِرَنْ أَبَيْتَ ٱللَّعْنَ ذَا أَدَبٍ ne contemne, salve, hominem eruditum! Harîr. 425.

6. ثَكِلَتْكَ أُمُّكَ amittat te mater tua! i. e. pereas! est imprecatio, Harîr. pag. 143.

7. حَيَّاكَ ٱللَّهُ *servet te Deus!* est dictio salutantis, pro qua usurpantur etiam حَيَّا ٱللَّهُ وَجْهَكَ servet Deus faciem tuam! et بَيَّاكَ ٱللَّهُ tueatur te Deus! Kâm. pag. 1850.

8. قَاتَلَهُ ٱللَّهُ *impugnet eum Deus!* est imprecatio, quae ad significandam admirationem traducitur par. 1437. nro. 13. igiturque valet: *eia!* قَاتَلَهُ ٱللَّهُ فَمَا أَشْعَرَهُ eia, quam est ille poeta! poeta egregius est ille homo! par. 615. Sacy anth. pag. 42. ar. قَاتَلَكَ ٱللَّهُ فَمَا أَلْعَبَكَ بِٱلنُّهَى eia, quam capax es prudentiae! Harîr. pag. 203. Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 44. ar.

Imprecatio est قُتِلَ ٱلْإِنْسَانُ *occidatur ille homo! pereat!* قُتِلَ ٱلْإِنْسَانُ مَا أَكْفَرَهُ pereat ille! quam impius est! Kâm. pag. 1526.

9. Imprecatio ad significandam admirationem traducta est لَا عُدَّ مِنْ نَفَرِهِ *ne numeretur ex gente sua!* i. e. ne referatur in numerum gentis suae! pereat! Ita Amriulkais, poeta, sagittarium probatum laudavit his: فَهْوَ لَا تَنْمِي رَمِيَّتُهُ مَا لَهُ لَا عُدَّ مِنْ نَفَرِهِ ille vero — non aufugit fera ab eo percussa! quid ei? ne numeretur ex gente sua! Sacy anth. pag. 41. ar.

10. Dictio adseverantis et obtestantis est فَدَيْتُكَ *redimam te! moriar pro te!* فَدَيْتُكَ أَنَّى زُرْتَ نُورُكَ فَاضِحٌ profecto! quocunque vadis, lumen tuum splendet! Ibn khacan pag. 36. أَيْ فَدَيْتُكَ أَمْسِكْ عَلَيَّ صَوْتَكَ

o, te obtestor, ut producas mihi cantilenam tuam! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 44. ar.

Atque idem significat: جُعِلْتُ فِدَاكَ ponar redemtio tua! fiam pretium, quo redimaris! Agân. loc. cit. pag. 127. ar. وَهَبَنِي ٱللّٰهُ فِدَآءَكَ, efficiat me Deus redemtionem tuam! Kâm. pag. 169. فِدَاكَ أَبِي redemtio tua sit pater meus! فِدًى لَكَ أَبِي redemtio sit tibi pater meus! Freyt. lex. فِدَاكَ أَبِي وَأُمِّي rediment te pater meus materque mea! Sacy chrest. 1. pag. 18. ar. Taber. ann. vol. 1. pag. 6. بِأَبِي أَنْتَ وَأُمِّي patre meo tu, matreque mea [redimaris]! nam ad haec supplendum est فُدِيتَ *redimaris!* Tab. ann. vol. 1. pag. 4.

11. Nomini Dei subiunguntur praeterita optativa par. 1451. quibus reverentia praestatur Deo: ٱللّٰهُ تَعَالَى Deus, qui sit sublimis! ٱللّٰهُ عَزَّ وَجَلَّ Deus, qui emineat et praecellat! ٱللّٰهُ جَلَّ ذِكْرُهُ Deus, cuius memoria praecellat [celebretur]! Koseg. chrest. pag. 32. Vide quae de سُبْحَانَ dicta sunt par. 1437. nro. 10.

Atque pronominibus, quae Deum significant, praeterita illa subiunguntur: قَوْلُهُ تَعَالَى dictum eius, qui sit sublimis! i. e. dictum Dei, qui sanctissimus habeatur.

Nominibus hominum defunctorum praeterita optativa subiunguntur, quae illis bene precantur, ut: رَحِمَهُ ٱللّٰهُ misereatur eius Deus! pro quibus etiam: رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ misericordia Dei super eo sit! ponuntur.

12. De نِعْمَ *praeclarus est!* et بِئْسَ pravus est! verbis laudandi et vituperandi, quibus nominativus subiungitur, par. 608. et 612. dictum est. Exempla sunt: وَهُوَ حَسْبِي وَنِعْمَ ٱلْوَكِيلُ atque ille est praesidium meum, praeclarusque est patronus! Koseg. chrest. ar. pag. 1. قَالَ بِئْسَ ٱلضَّيْفُ أَنْتَ dixit: „pravus hospes tu es!“ loc. cit. pag. 32.

Interdum his verbis مَا *id quod* pronomen subiungitur, praesertim si res laudata vel vituperata significatur verbo. Tum igitur ponuntur نِعِمَّا, نِعِمَّا, نَعِمَّا *praeclarus est!* بِئْسَمَا *pravus est!* إِنَّ ٱللّٰهَ نِعِمَّا يَعِظُكُمْ بِهِ certe Deus [i. e. quod ad Deum adtinet], praeclarum quid est id, de

quo commonet vos! sûr. 4. v. 61. Vide supra par. 609. 1097. Sed نِعِمَّا interdum nomini subiungitur solitarium: غَسَلْتُهُ غَسْلًا نِعِمَّا lavi eum lotione, quae praeclara fuit! Sacy anth. pag. 364. Qua in dictione Kâmûs cum nûnatione adiecta نِعِمًّا ponit, quasi adiectivum, pag. 1701. 1972. quod fortasse mendose scriptum est.

13. Dictiones يَا تَرَى o *videbis?* تَرَى *videbis?* يَا هَلْ تَرَى o *num videbis?* أَتَرَى *num videbis?* quae in sermone communi usurpantur, valent: **utinam scirem!** Praefiguntur haec et votis, et interrogationibus, quibus aliquis aut se ipsum, aut alios adpellat, impatienter requirens, Fleischer gloss. Habicht. pag. 76. وَأَنَا أَقُولُ فِي نَفْسِي يَا تَرَى لِأَيِّ شَيْءٍ هُوَ مُعَبِّسُ ٱلْوَجْهِ atque dicebam mihi: „o num videbis [i. e. utinam scirem!] propter quamnam rem ille est tetrico vultu?" Koseg. chrest. ar. pag. 3. يَا تَرَى إِنْ كَانَتِ ٱلسِّتُّ تُحْبَلُ مِنْ هٰذَا ٱلطَّعَامِ أَمْ لَا utinam scirem, si [i. e. utrum] domina conceptura sit per hunc cibum, necne! Mille noct. ed. Habicht tom. 4. pag. 207.

Deinde dictiones illae pro **utinam** ponuntur: يَا ٱبْنَ أَخِي تَرَى يَجْمَعُ ٱللّٰهُ شَمْلَنَا وَشَمْلَكَ o fili fratris mei, utinam consociaret Deus coetum nostrum coetumque tuum! Mille noct. tom. 2. pag. 107. Ita etiam praeteritum رَأَيْتُ *videam!* vel رَأَيْتَ *videas!* cum vi optativa positum pro *utinam* usurpatur: نَمْ رَأَيْتُكَ لَا تَقُومُ أَبَدًا dormi! videam te non surgentem unquam! Fleischer loc. cit. Atque رَأَيْتَ *utinam* in sermone vulgari in رَيْتَ contrahitur.

3. Interiectiones ex particulis sumtae.

1440. Quod ad interiectiones ex particulis sumtas adtinet, sunt maximam partem praepositiones cum nomine vel pronomine coniunctae, quae pro enuntiatione integra ponuntur, par. 1434. Ita prae ceteris usurpantur:

1. عَلَيْكَ زَيْدًا super te Seidum! et عَلَيْكَ بِزَيْدٍ super te cum Seido! i. e. *cape Seidum!* suscipe Seidum! capiendus tibi est Seidus! par. 1139. art. 1. Sacy gr. 1. par. 1065. 1190. tom. 2. par. 851. عَلَيْكَ بِجَارِ ٱلْقَوْمِ suscipe hospitem gentis! Hamâs. pag. 214.

2. إِلَيْكَ عَنِّي ad te ab me! converte te ad te, ab me recedens i. e. abi, meque sine! par. 1135. Harîr. pag. 441. إِلَيْكُمْ يَا بَنِي بَكْرٍ إِلَيْكُمْ ad vos, o Bekritae, ad vos! i. e. abitote! Sacy gr. 1. par. 1194.

3. دُونَكَ زَيْدًا sub te Seidum! prope te Seidum! i. e. arripe Seidum! دُونَكَهُ prope te illum! i. e. arripe illum! par. 1020. 1155. دُونَكُمْ نَهْبَ ٱلْأَمْوَالِ accedite ad direptionem bonorum! Koseg. chrest. ar. pag. 82. دُونَكَ وَمَا تُرِيدُ accede ad id quod intendis! loc. cit. pag. 80. Sacy gr. 1. par. 1098. art. 7. Harîr. pag. 421.

1441. Vocabulum هَاتِيكَ *cape illam!* idem quod خُذْ تِلْكَ *cape illam!* valere fertur, Harîr. pag. 405. Nam هَا significat *cape!* par. 1418. et تِيكَ *illa* par. 1058.

Sed etiam pro هَاتَاكَ *haec* par. 1063. vel *en haec* par. 1417. vocabulum هَاتِيكَ poni potest. Nam تَاكَ et تِيكَ idem significant, par. 1058. Apud Taberistanensem vol. 1. pag. 8. leguntur haec: هَاتِيكَ ٱلْأَنْصَارُ حِينَ ٱجْتَمَعَتْ فِي ظُلَّةِ بَنِي سَاعِدَةَ يُبَايِعُونَ رَجُلًا مِنْهُمْ hi Anssârii, quum convenerunt in mansionem Sãiditarum, fidem spondent viro ex ipsis sumto. Scripta esse videntur هَا تِيكَ ٱلْأَنْصَارُ quemadmodum ponuntur: تِلْكَ ٱلْعَسَاكِرُ hi exercitus, Sacy gr. 2. par. 471. Ab Isfahanensi scripta sunt; تَهَدَّدْتَهَا وَهَا هِيَ تِيكَ بَاكِيَةٌ minatus es ei, atque en, ea ipsa flet! Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 141. ar. quemadmodum ponuntur هَا أَنَا ذَا en ego ipse, par. 1417.

1442. De لَيْتَ *utinam!* dictum est par. 1192. art. 2. De مَا *quantum!* par. 615. 1085. 1439. nro. 8. De أَيُّ *qualis!* par. 1107. Interiectio مَا لَهُ *quid ei?* admirationem significat: *o mirum illum!* par. 1439. nro. 9.

Pars secunda.

De usu formarum grammaticarum.

Liber primus.

De usu temporum verbi.

Caput primum.

De usu praeteriti.

1443. In parte huius libri prima, quae varias, in quas verba, nomina, pronominaque declinantur, explicat formas, maxime de litteris syllabisque, quibus vel adiectis, vel mutatis, formarum grammaticarum habitus constituitur, dictum est, proptereaque de formarum illarum vi et significatione strictim tantum exponi potuit par. 392—397. 879. Iam itaque, ut formarum vim et usum adcuratius illustremus, paullo uberius dici oportet, quaenam vocabulorum rationes quum verborum temporibus, tum nominum casibus, Arabes demonstrent. Qua in re tractanda primo ad verbum accedimus.

1444. Praeteritum arabicum proprie actionem, quae iam peracta absolutaque est, demonstrat par. 392. Sed saepe Arabes eas res, quae aut praesentes, aut futurae esse apud nos existimantur, per metonymiam quandam rhetoricam tanquam gestas sive peractas significant. Unde fit, ut pro praeterito arabico latine saepe aut praesens, aut futurum, reddi possit.

1445. Primo igitur praeterito arabico **perfectum** latinum significatur: قَالَ كَذَلِكَ أَتَتْكَ آيَاتُنَا فَنَسِيتَهَا dixit ille: ita pervenerunt ad

te signa nostra; sed ea oblitus es; sûr. 20. v. 126. قَالَ هَذَا شَيْءٌ قُلْتُهُ فِي شَبَابِي dixit ille: hoc est aliquid, quod dixi in iuventute mea, Agân. art. Ali ben el chalil. فَبَيْنَا هُمْ كَذَلِكَ قَدِمَ عِكْرِمَةُ atque dum illi ita [versantur], accessit Ikrima, Tab. ann. vol. 1. pag. 224. كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ scripsit ad me Surrensis, loc. cit. pag. 156. عَلِقْتُهَا عَرَضًا affixus sum illi [feminae] fortuito, Kâm. pag. 907.

Praeterito *perfectum* significanti praemitti possunt particulae مَا *non* par. 1202. فَ *tum*, *itaque*, par. 1272. ثُمَّ *deinde*, حَتَّى *quoad*, إِلَى أَنْ *quoad* par. 1183. بَعْدَ أَنْ *posteaquam:* بَعْدَ أَنْ ضَمَّ إِلَى نَفْسِهِ قُوَّادَهُ posteaquam ad se adiunxit duces suos, Koseg. chrest. ar. pag. 105.

1446. Praeterito, cui praemissae sunt particulae قَدْ *iam* par. 1184. لَمَّا *quum*, حِينَ *quum* par. 1180. إِذْ *quum* par. 1179. مُنْذُ et مُذْ *ex quo* par. 1183. perfectum latinum significatur.

1447. Praeteritum id, quod ex praeterito praemisso pendet, vel in enuntiatione, quae ex antecedenti pendet, positum est, saepe significat rem prius peractam sive plusquamperfectum latinum: وَعَرَضَ عَلَيْهِمْ مَا أَمَرَ بِهِ ٱلْمَأْمُونُ atque exposuit iis id quod praeceperat El mamûn, Abulf. ann. tom. 2. pag. 158. فَبَلَغَ إِبْرَاهِيمَ بْنَ ٱلْمَهْدِيِّ وَٱلْمُطَّلِبَ ٱلَّذِي أَخَذَ ٱلْبَيْعَةَ لِإِبْرَاهِيمَ وَغَيْرَهُمَا قُدُومُ ٱلْمَأْمُونِ tum delatus est ad Ibrahimum ben el mahdi atque El mottalibum, qui exegerat sacramentum Ibrahîmo, aliosque, adventus El mamûni, loc. cit. pag. 118.

Tum praeterito secundo interdum particulae قَدْ وَقَدْ فَقَدْ praemittuntur par. 1262. فَأَبْرَزَ مِنْهُ رِقَاعًا قَدْ كُتِبْنَ بِأَلْوَانِ ٱلْأَصْبَاغِ tum eduxit ex eo folia, quae signata erant variis coloribus, أَزْمَعْتُ ٱلشُّخُوصَ مِنْ بَرْقَعِيدَ وَقَدْ شِمْتُ بَرْقَ عِيدٍ decrevi abitum ex Barkaîdo posteaquam conspexeram fulgur festi, Sacy gr. 1. par. 364. 366. Ewald gr. par. 200. 201.

Porro huius generis praeteritis, quae ex praeterito antecedenti pendent, particulae لَمَّا *quum*, بَعْدَ أَنْ *posteaquam*, لِأَنَّ *propterea quod*, فَإِنَّ

etenim, aliaeque, praemitti possunt: هُوَ ٱلَّذِى سَلِمَ وَٱنْهَزَمَ لَمَّا قُتِلَ أَهْلُ بَيْتِهِ hic est ille, qui salvus evasit, fugamque cepit, quum necata esset eius familia, Abulf. ann. tom. 2. pag. 62. وَنَهَبُوا مِنْ دَارِهِ أَمْوَالًا جَمَّةً لِأَنَّ ٱلْمُسْتَعِينَ أَطْلَقَ يَدَ أَتَامِشَ atque rapuerunt ex eius domo opes ingentes, propterea quod El mostaîn liberam dimiserat manum Atâmischi, loc. cit. pag. 210. كَانَ لَمَّا بَلَغَ صَلَاحَ ٱلدِّينِ خَبَرُ ٱلْعَدُوِّ وَقَصْدُهُ عَكَّا جَمَعَ ٱلْأُمَرَاءَ iamque, quum pervenisset ad Salâch eddînum rumor, adesse hostem, petereque eum Akkam, convocaverat duces, Sacy gr. 1. par. 368.

1448. Praeteritum, cui لَوْ *si*, vel لَوْ أَنَّ *si*, vel لَوْلَا *nisi*, praemittitur, sive in membro conditionis hypotheticae primo, sive in secundo, positum est, plerumque significat plusquamperfectum coniunctivi, par. 1379. 1383. 1386. Huius generis praeterito, quod in membro secundo, vel tertio, positum est, interdum لَ *certe*, vel إِذًا لَ *tum certe* praemittitur:

لَوْ كُنْتُ مِنْ مَازِنٍ لَمْ تَسْتَبِحْ إِبِلِي بَنُو ٱللَّقِيطَةِ مِنْ ذُهْلِ بْنِ شَيْبَانَا

إِذًا لَقَامَ بِنَصْرِى مَعْشَرٌ si fuissem ex Mâsinitis, non rapuissent camelos meos filii ancillae ex gente Dsuhl ben scheibân! tum certe surrexisset in auxilium mihi coetus! Hamâs. pag. 4. 5. Vide par. 1179. art. 3.

Interdum vero لَوْ cum praeterito subiuncto ad res praesentes vel futuras ita pertinet, ut pro eo imperfectum coniunctivi reddi possit par. 1380. Quod et ipsum fit, si in conditionis hypotheticae membro primo futurum, in altero vero praeteritum ponitur, par. 1381.

1449. Saepe praeterito p r a e s e n s n e r v o s e d e m o n s t r a t u m significatur, quoniam res peracta certior est quam ea, qua in peragenda versantur: فَإِنْ أَعْرَضُوا فَقُلْ أَنْذَرْتُكُمْ صَاعِقَةً مِثْلَ صَاعِقَةِ عَادٍ وَثَمُودَ quodsi illi se avertunt, tum dic: „minatus sum vobis [i. e. minor vobis] fulmen, quod est instar fulminis Aditarum et Themuditarum!“ Unde fit, ut in *promittendo* et *adseverando* utantur illo praeterito: قَدْ وَهَبْتُ لَكَ iam dedi tibi i. e. iam tibi do, وَأَمَّا ٱلزَّوَاجُ فَقَدْ زَوَّجْتُهُ ٱبْنَةَ مَوْلَانَا quod vero ad matrimonium adtinet, iam in matrimonium ei dedi [i. e. do] filiam domini nostri! par. 392. art. b. Sacy gr. 1. par. 365.

Porro hoc praeterito utuntur, ubi nervose dicunt: قُلْتُ *dico*, شِئْتُ *volo*, تَمَنَّيْتُ *opto*, أَنْشَدْتُ *obsecro*, حَسِبْتُ *existimo*: اِصْنَعَا مَا شِئْتُمَا facite quod velitis! Abulf. ann. tom. 1. pag. 30. فَأَنْشَدْتُكَ ٱللّٰهَ itaque obsecro te per Deum! loc. cit. tom. 2. pag. 66. Ewald gr. par. 197. Ita pro praeterito عَسَى أَنْ *fortasse factum est ut* apud nos poni solet praesens: *fortasse fit ut*: عَسَى أَنْ يَبْعَثَكَ رَبُّكَ مَقَامًا مَحْمُودًا fortasse fit, ut mittat te dominus tuus in locum laudatum, Abulf. ann. tom. 2. pag. 358.

1450. Deinde praeterito significatur praesens indefinitum, quod pertinet ad rem eam, quae non tempore uno, sed quovis tempore fieri dicitur. Unde fit, ut in praeceptis et proverbiis hoc praeteritum ponant: رُبَّ قَوْلٍ أَوْرَدَكَ مَوْرِدَ ٱلْقِتَالِ saepe verbum aliquod deducit te in locum proelii, Ennawâbig pag. 30. كَمْ رَأَيْتَ مِنْ أَعْرَجَ فِي دَرَجِ ٱلْمَعَالِي أَعْرَجَ quot vides claudos in gradus nobilitatis adscendentes! loc. cit. pag. 44. Atque praesertim verborum كَانَ *est* et لَيْسَ *non est* ita usurpantur: مَا كَانَ لِنَفْسٍ أَنْ تُؤْمِنَ إِلَّا بِإِذْنِ ٱللّٰهِ non est alicui animae [concessum], ut fidem adhibeat, nisi permittente Deo, Sacy gr. 1. par. 412. وَلَمَّا كَانَتِ ٱلسُّبُلُ فِي تَرْتِيبِ أَوْتَارِ هٰذِهِ ٱلْآلَاتِ سُبُلًا مُتَشَابِهَةً ٱسْتَغْنَيْنَا عَنْ تَعْدِيدِ وَاحِدَةٍ وَاحِدَةٍ مِنْهَا quum sint modi, qui in collectione chordarum horum instrumentorum usurpantur, inter se similes, supersedimus enumerare singulos, Agâu. ed. Kos. tom. 1. pag. 113.

1451. Praeterito saepe significant votum sive optativum, ut id, quod vovent, certe eventurum esse, vel quasi iam evenisse adfirment, par. 1266. 1439. Praeteritum optativum aut a fronte sententiae ponitur: سَقَى جَدَثًا وَارَى أَرِيبَ بْنَ عَسْعَسٍ مِنَ ٱلْعَيْنِ غَيْثٌ riget tumulum, qui tegit Arîbum ben as-as ex nube imber! aut sententiae inseritur, vel subiungitur, nulla coniunctione interposita: دُفِنَ رَسُولُ ٱللّٰهِ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ مِنْ وَسَطِ ٱللَّيْلِ sepultus est legatus Dei, cui bene dicat Deus, media nocte, Taber. ann. vol. 1. pag. 24. يَا أَهْلَ ذَا ٱلْمَغْنَى وُقِيتُمْ شَرًّا o homines huius mansionis, defendamini ab infortunio! Sacy gr. 1. par. 381. Ita hoc praeteritum precantes subiungunt nominibus: ٱللّٰهُ تَعَالَى

Deus, qui celebretur! ٱللّٰهُ عَزَّ وَجَلَّ Deus, qui colatur et honoretur! قَالَ ٱلْمُؤَلِّفُ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ dixit auctor [libri], cuius misereatur Deus! Ita in precando et exsecrando Germani antiquiores praeteritum pro optativo ponunt: *wola ward thio brusti!* bene fuit illi pectori i. e. bene sit illi pectori! Grimm gramm. germ. tom. 4. pag. 175.

Interdum لَيْتَ *utinam!* praeterito optativo praemittitur: يَا لَيْتَنِي كُنْتُ تُرَابًا o utinam essem pulvis! sûr. 78. v. 41. Koseg. chrest. ar. pag. 146. lin. 6.

Negatio لَا *ne!* praeterito optativo praemitti potest: فَلَا نَالَتْنِي شَفَاعَةُ مُحَمَّدٍ إِنْ كُنْتُ وَضَعْتُ يَدِي عَلَيْهَا لِرِيبَةٍ قَطُّ sed ne pertineto ad me intercessio Mohammedis, si admovi manum ad eam proterve unquam! Koseg. chrest. ar. pag. 148. Post لَا *non* praemissam, quae *ad respondendum* ponitur, Wâwam praeterito optativo, quod statim subiungitur, praemitti oportet, ne لَا ad hoc praeteritum trahatur, par. 1267.

In propositione conditionali, ab إِنْ *si* vel إِلَّا *si non* introducta, Fâam praemitti oportet praeterito optativo: إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ هَمَّامٍ فَحُيِّيتَ si es filius Hemmâmi, tum salveto! Nam si Fâa omissa esset, per إِنْ antecedentem etiam حُيِّيتَ in futurum mutaretur, par. 1280. art. 4. par. 1346.

1452. Praeterito, cui لَا *non* praemittitur, significatur futurum: لَا أَبُوكَ نُشِرَ وَلَا ٱلتُّرَابُ نُفِدَ non resuscitabitur pater tuus, neque terra penetrabitur! Arab. proverb. ed. Freytag tom. 2. pag. 495. In Korâno tantum, atque apud poetas, لَا cum praeterito subiuncto interdum ad praeterita pertinet, par. 1209. 1212.

Si vero in enuntiatione antecedente negatio مَا *non* vel لَمْ *non,* quae ad res praeteritas respiciunt, posita est, earumque vicem tenens لَا in enuntiatione subiuncta ponitur, tum etiam haec لَا cum praeterito adiecto ad res praeteritas spectat, par. 1210. 1211.

1453. Pro praeterito in *enuntiationibus conditionalibus* posito apud nos reddi solet futurum, vel futurum exactum, vel praesens indefinitum; quanquam in huius generis enuntiationibus a nobis quoque praeteritum

poni potest. Nam idem fere valent: steigst du auf den Berg, so erlangst du die weiteste Aussicht, et: wirst du auf den Berg steigen, so wirst du die weiteste Aussicht erlangen, et: bist du auf den Berg gestiegen, so hast du die weiteste Aussicht erlangt.

Itaque post particulas illas, ab quibus enuntiationes conditionales introducuntur, pro praeterito reddi potest futurum, vel praesens indefinitum. Quibus ex particulis primo est إِنْ *si:* إِنْ أَجْرَمْتَ *si peccabis* vel *si peccas*, par. 1346. 1347. Si vero inter إِنْ et praeteritum interponitur verbi كَانَ praeteritum, res praeterita demonstratur: إِنْ كُنْتَ أَجْرَمْتَ *si peccasti*, par. 1353.

Inter إِنْ et praeteritum subiunctum interponi potest nomen: إِنْ هُمْ صَلَوْا بِٱلْحَرْبِ si illi aestuant bello, Hamâs. pag. 13. إِنِ ٱللّٰهُ أَقْدَرَنِي si Deus potentem reddit me, ib. pag. 14. إِنْ ذُو لُوثَةٍ لَانَ si homo segnis torpescit, ib. pag. 5. إِنِ ٱللّٰهُ سَلَّمَ si Deus servabit, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 46. ar.

Porro ex illis particulis sunt: أَنَّى *quomodocunque* et *quocunque* par. 1189. مَهْمَا *quidquid* par. 1182. أَيْنَ et أَيْنَمَا *ubicunque* par. 1176. حَيْثُ et حَيْثُمَا *ubicunque* par. 1176. كَيْفَ et كَيْفَمَا *quomodocunque* par. 1189. كُلَّمَا *quotiescunque* par. 1182. أَنَّى زُرْتَ نُورُكَ فَاضِحٌ quocunque vadis, lumen tuum splendet, Ibn khacan pag. 36. أَقْتُلُوهُمْ حَيْثُ ثَقِفْتُمُوهُمْ interficite eos ubicunque eos invenietis! Sacy gr. 1. par. 403—405.

Si vero كَانَ vel praeteritum aliud praemittitur, tum etiam particulae illae cum praeterito subiuncto ad rem praeteritam pertinent: فَكَانُوا كُلَّمَا جَعَلُوا ٱلتُّرَابَ فِيهِ ذَهَبَ ٱلتُّرَابُ atque erant illi, quotiescunque iniiciebant humum in illud, evanescebat humus [i. e. hoc iis accidit, ut, quotiescunque humum iniicerent, humus evanesceret] Sacy chrest. 1. pag. 6. ar.

Particula إِلَّا *nisi, si non*, si propositionis conditionalis partem primam introducit, ad res futuras pertinet par. 1363. Quae si in negationis restrictae parte altera ponitur, praeterito subiuncto id tempus significatur, quod in huius propositionis parte prima significatum est, par. 1367. 1368.

1454. Itemque adverbia temporalia إِذَا *quando*, إِذَا مَا *quandocunque* par. 1179. مَتَى *quando*, مَتَى مَا *quandocunque* par. 1178. مَا *quamdiu* par. 1095. cum praeterito subiuncto ad futura pertinent: فَإِنَّهُ مَتَى كَانَ مَبْلَغُ جُودَةِ إِحْسَاسِهِ هٰذَا ٱلْمَبْلَغَ قَدَرَ nam ille, quando summa praestantiae eius intellectus erit talis, aptus erit, Agân. ed. Koseg. tom. 1. pag. 112. هَلْ تَرَى ٱلْيَوْمَ فَتًى لَا يَقْمُرُ ٱلْقَوْمَ مَتَى مَا دَسْتُهُ تَمّ num invenies hoc tempore hominem, qui non ludendo emungat homines quandocunque forus aleatorius ipsi paratus est? Sacy gr. 1. par. 405. لَا لَقِيتُمْ مَا بَقِيتُمْ ضُرًّا ne incidite, quamdiu vivetis, in calamitatem! Sacy gr. 1. par. 397.

Si vero in iis, quae antecedunt, كَانَ vel praeteritum aliud praemittitur, vel modo alio res praeterita significatur, tum etiam particulae illae cum praeterito subiuncto ad rem praeteritam pertinent, par. 1179. art. 2. Sacy gr. 1. par. 408. كَانَ إِذَا غَنَّى عَمِلَ مَنْخِرَاهُ erat ille, quando canebat, laborabant eius nares [i. e. canebat ita, ut nares laborarent] Agân. ed. Kos. tom. 1. pag. 31. ar. صَبَا مَا صَبَا حَتَّى عَلَا ٱلشَّيْبُ رَأْسَهُ lusit quamdiu iuvenis fuit, quoad occupavit canities eius caput, Sacy gr. 1. par. 397. وَنَدْمَانٍ يَزِيدُ ٱلْكَأْسَ طِيبًا سَقَيْتُ إِذَا تَغَوَّرَتِ ٱلنُّجُومُ saepe socio, qui augebat poculum suavitate, infudi [vinum], quando occiderant astra, Sacy gr. 1. par. 395. 396.

Atque eadem ratione usurpantur حَتَّى إِذَا et حَتَّى إِذَا مَا cum praeterito subiuncto, par. 1179. pag. 539.

1455. Pronomina relativa مَنْ *qui*, مَا *quod* par. 1089. أَيٌّ *quicunque* par. 1111. أَيُّمَنْ *quicunque*, أَيُّمَا *quodcunque* par. 1114. quum et ipsae enuntiationes conditionales introducant, pro praeterito iis subiuncto futurum vel praesens indefinitum reddi potest par. 1091. 1280. مَنْ عَيَّرَ عُيِّرَ qui vituperat, vituperatur, Freyt. prov. ar. tom. 2. pag. 724. مَنْ أَرْسَلَ نَفْسَهُ مَعَ ٱلْهَوَى فَقَدْ هَوَى فِي أَبْعَدِ ٱلْهَوَى qui emittit animam suam cum cupiditate, is cadit in profundissimum barathrorum, Ennawâbig pag. 52. مَنْ كَانَ ٱلطَّمَعُ لَهُ مَرْكَبًا كَانَ ٱلْفَقْرُ لَهُ صَاحِبًا cui cupiditas est iumentum, ei paupertas erit comes, Sacy gr. 1. par. 404.

p. 8.

Doppelgeräusche [illegible], die der [illegible] der [illegible] Blätter S. 14 § 13; die neuern S. 15 f. § 14

مهملة (ˇ) signum, punctum auferens (د, ر, س etc.) p. 33 § 32

لا richtige Vocalisation لأي ... , 33

[illegible] 34

مهملة litera, puncto vacua p 34, 35

معجمة ... . signata

موحدة ب litera ب uno puncto signata -

مثناة من فوقها ت lit ت, duobus signata supra ..

مثلثة ث tribus punct. signata ..

مثناة من تحتها ي lit ي duobus punctis signata ... infra

آخر الحروف der Buchstabe ي ...

Über die Schreibung solcher Worte [illegible] hamza [illegible] mit [illegible] Bezeichnung ihrer einzelnen Bestandteile 34 f., 35

Aussprache der Worte. ...... , 36

ألف مهموزة 35, 37

ألف الوصل ......

المدّة 35, 38

مقصورة .... Alif brevis } [illegible] 35 f. 39
ألف ملساء ... mollis }